DE INCONSTANTIA IN IURE ADMITTENDA, VEL NON OPUS IN VARIOS...

Francesco Albizzi





DE INCONSTANTIA IN IVRE ADMITTENDA, VEL NON.

OPVS IN VARIOS TRACTATVS DIVISVM;

In primo, qui lucem nunc aſpicit, agitur de Inconſtantia in Iudicijs.

In ſecundo de Inconſtantia in Contractibus.

In tertio de Inconſtantia in Vltimis Voluntatibus.

In quarto de Inconſtantia in Clericis, Monachis, Regularibus, atq; Monialibus.

Qui tres vltimi Tractatus modò typis non eduntur, ſed ſtudio, ac diligentia R. P. D. RAYNALDI DE ALBITIIS Auctoris Nepotis, ac labore FRANCISCI ANTONII BVCCIARELLI Patritij Narnienſis à Studijs, & Bibliothecarij eiuſdem Auctoris, breuì fortaſſe lucem aſpicient.

In quinto agitur de Inconſtantia hominum circa virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, earumque actus.

AVCTORE

FRANCISCO


TIT. S. PRAXEDIS S. R. E. PRESBYTERO

CARDINALI ALBITIO.



SVPERIORVM PERMISSV.





ROMÆ,

TYPIS CAROLI FEDERICI STAVRENGHI.

ANNO MDCLXXXIV.

Die 20 Januarij 1703.

Bibliothecæ Angelicæ Vrbis -

DE INCONSTANTIA IN IVDICIIS.

TRACTATVS PRIMVS.

LEGENTI.



OST lauream Doctoratus assumptam in celeberrima Bononiæ Vniuersitate, & post collatum munus publici Professoris tam Pontificij, quàm Cæsarei iuris in Patrio Gymnasio, subijt in animum aliquod opus aggredi, quo memoria nominis mei posteris emandaretur: Incidi in Tractatulum Guidonis Papæ, cui titulus, In quibus casibus de iure sit locus pœnitentiæ, & in quibus non, & qualiter, & quando admitti debeat: *Sed materiam, quæ in immensum opus excrescere debuerat, doctus ille vir vna, vel altera pagina absoluit, de quo certè miratus sum. Ad manus meas postea peruenit alter Tractatus Ioannis Baptistæ Costæ Ticinensis, inscriptus,* De re integra, nempe, Re integra, quid liceat, vel non. *Doctissimus Auctor licet per plures distinctiones diffusius materiam tractauerit, omnia tamen non est complexus, quæ maxima etiam cum difficultate complecti possunt. Statui ergo illam latius aggredi, & sub titulo DE INCONSTANTIA IN IVRE ADMITTENDA, VEL NON, studiosis Legalis Philosophiæ patefacere, & quæ sparsim à Doctoribus tractata sunt, in vnum colligere, partiendo Opus in quinque Tractatus, quorum primus esset* de Inconstantia in Iudicijs. *Secundus* de Inconstantia in Contractibus. *Tertius* de Inconstantia in vltimis voluntatibus. *Quartus* de Inconstantia in Clericis, Monachis, Regularibus, atque Monialibus. *Et quintus* de Inconstantia hominum circa virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, earumque actus. *Sed cum constans in labore esse debuissem, inconstans persæpè manus ab eo retraxi; tum ob curam rerum domesticarum, tum ob munus publici Professoris, & Aduocationis frequenter impeditus: Dilectissima postea vxore orbatus Romam petij, vt anno Iubilæi millesimo sexcentesimo vigesimo quinto Indulgentijs fruerer. Vix in Curia pedem fixi, cum à f. mem. Vrbano Octauo, qui affinitatem cum familia Albitiorum palam profitebatur, Neapolim missus, ibi Magistratu Auditoris Nunciaturæ Apostolicæ functus sum, primò sub Laurentio Tramallo Internuntio; secundò sub Episcopo Casertano; tertiò sub Cæsare Montio Nobili Mediolanensi, qui ad Regem Catholicum Nuncius Extraordinarius missus, voluit me comitem, vt in arduo illo negocio pacis Casalensis illi adiumento essem. Varijs ergo occupationibus distractus inconstans opus iam ceptum dimisi, quæ inconstantia eò magis creuit, quando Montius fuit in Patriarcham Antiochenum electus, & Ioanni Baptistæ Pamphilio Nuncio Ordinario apud Regem Catholicum ad Purpuram euecto suffectus, nam onus Datariæ, & Fiscalatus Nunciaturæ mihi demandatum fuit. Aucta fuit inconstantia, dum ad munus Auditoris Generalis præfatæ Nunciaturæ electus fui; magnis enim laboribus pressus, non suberat animus opus aggressum perficere. A Legatione Hispanica cum Cæsare Montio in Purpuratorum Collegium, cooptato, Romam reuersus, arduum Assessoris Supremæ, & Vniuersalis Inquisitionis onus mihi commissum fuit; sed vix annum eo in munere consumaui, cum f. m. Vrbanus Octauus me, vt inseruirem Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinali Martio Ginnetto ad Reges, & Principes pro ineunda Pace generali Legato de latere misso, deputauit, quocum Coloniam accessi, vbi per tempus quindecim mensium moram traxi, dum aeris intemperie, & alijs de causis ad Vrbem regredi coactus fui. Cura Assessoratus per me iterum adepta (loco enim mei donec abessem R. P. D. Buccabella Rotæ Auditor inseruiuerat) incredibile est quantum in ea insudauerim, additis etiam Congregationibus extraordinarijs, præsertim in quibus agebantur negotia Regnorum Hispaniæ; inter quæ arduissimum fuit illud expulsionis à Regno Portugalliæ R. P. D. Castracani in eo Collectoris Apostolici. E viuis interim R. P. D. Francisco Ingolo sublato, à Secretis Sacræ Congregationis de Propaganda fide pro interim in locum illius suffectus fui, & per aliquot menses mirabiliter vtroque in munere insudaui, superadditis etiam laboribus, quos in corrigendis Sacræ Pœnitentiariæ expeditionibus (illius enim Sacri Tribunalis Corrector eram) impendere debueram, itaut nec hora ferè comedendi suppeteret. Transactis octo circiter annis agitatum est in Sacra Congregatione Sancti Officij negocium illud Laminarum Granatensium adeò accuratè, & diligenter, vt tribus diebus singulæ hebdomadæ apud Eminentissimum Cardinalem Spadam, eo autem impedito, vel apud Cardinalem de la Cueua, vel Cardinalem de Lugo, Congregationes haberentur, & integrum decennium in huiusmodi laboribus consumpsi; sed huic negocio S. D. N. Innocentius XI. finem dedit per suum Breue datum die 6. Martij 1682. Accessit postremò peruersa Iansenistarum hæresis, ad quam profligandam toto animo incubui, & ea diligentia, quæ par erat negocio, quod nedum Galliam, & Belgium, sed vniuersalem Ecclesiam Catholicam, non dicam, euertere; quia portæ Inferi aduersus illam non præualebunt, sed magna ex parte labefactare poterat. Alsi, insudaui, sed non irrito conatu; Spiritus Sanctus enim, qui Summis Pontificibus in materia fidei semper assistit, adstitit peculiariter gloriosæ memoriæ Innocentio Decimo, itaut afflante Aura Diuina suo Diplomate illam profligauerit, & euerterit. Bone Deus, quot artes, quot calumniæ, quot mendacia, quæ falsitates non fuerunt à Iansenistis inuentæ, vt Sedem Apostolicam à decisione quinque Propositionum hæreticalium ex libro Augustini Cornelij Ianseny Episcopi Iprensis excerptarum.*

retraherent? Sed Deus Optimus Maximus eorum machinamenta, fraudes, & astutias delusit, & quamuis adhuc subdolis inuentionibus tentent ab obedientia Constitutionum Apostolicarum se subtrahere; Rex tamen Christianissimus Ludouicus Decimusquartus ea, qua pollet pietate malitiam euertet, & duritiem mentium franget. Necessitate horum compulsus ad inconstantiam in meo opere me conuerti: fauente tamen Deo, benignitate Innocentij Decimi supremi mei Benefactoris, ad Purpuram euectus, paulisper quietaui, & manum ad opus denuò porrexi, itaut Tractatum istum sic ad finem perductum statuerim typis euulgare.

Hæc non ad iactantiam, sed ad veras causas meæ inconstantiæ, demùm constantiæ explicare volui, vt si aliquod imperfectum, vel incomptum, vel tandem errores in Opere inueneris tua humanitate excuses. Et si quæ à me congesta sunt, ex alijs Auctoribus transcripserim, ne mireris, non enim tantæ eruditionis Ego sum, vt quæ à solo penu meo prodeunt, auctoritatem apud indigenas, & exteros sibi conciliare valeant; sed satis mihi gloriæ erit si ea omnia ad methodum vberiorem redigam, & quæ ab eisdem Auctoribus sparsim tradita sunt, in vnum colligam, & sub oculis ponam. Protestor me stylo Iuristarum puro, & simplici, non verò politiori, & elegantiori ea exarasse; vnde si fortasse in Barbarismos incidas, calamo meo parce, qui non ad fucum verborum, sed ad substantiam materiæ intentus fuit. Vale.

APPROBATIO.

Doctissimas *de Iudiciorum Inconstantia Dissertationes*, ab Eminentissimo Domino meo Cardinali Albitio exaratas, summa cum animi iucunditate, requisitus à Reuerendissimo Sacri Palatij Apostolici Magistro, perlegi, nec quicquam in ijs offendi, quod sanæ doctrinæ aduersetur. Eas itaque publica luce dignissimas existimo, ad religiosissimorum Iudicum immortale documentum, vt constantem cuique suum reddendi voluntatem perpetuò seruent, Eminentissimum Authorem imitantes, qui præstantissimis summa cum laude muneribus perfunctus, constanti studio, atque labore de iurisprudentia non minus, quàm de iustitia, & religione optimè meruit: & præcipuè summa in iudicando, & in asserendis Sedis Apostolicæ iuribus constantia, cuius perennem posteris normam exhibuit in suo elaboratissimo opere. Ita propterea in sincerum veritatis testimonium censeo.

Ego Prosper Bottinius Archiepisc. Myren.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro S.Palatij Apostol.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Vicesger.

IMPRIMATVR,

Fr. Dominicus Maria Puteobonellus Ordinis Prædicatorum Sacri Apostolici Palatij Magister.

INDEX ARGVMENTORVM.



PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Inconstantia quomodo hic accipienda.*
2 *Reprobatur inconstantia, & laudatur perseuerantia.*
3 *Inconstantiæ vitium opponitur prudentiæ, & iustitiæ.*
4 *Inconstantia vocatur iniquitas, est legibus inimica, & doli mali plena.*
5 *Inconstantia reprehensibilis in Ecclesia an, & quando sit, & num.* 46.
6 *Præsertim Romana.*
7 *Item in Summo Pontifice, & num.* 8. *ac* 47.
9 *Constantia qualis in Papa requiratur.*
10 *Papa varians præsumitur circumuentus.*
11 *Inconstantia vitanda à Cardinalibus.*
12 *Ab Episcopis.*
13 *Ab omnibus Ecclesiasticis.*
14 *Ecclesiastici debent esse constantes.*
15 *Inconstantia damnanda in Imperatore an, & quando, & num.* 49.
16 *In Rege.*
17 *In omni Principe.*
18 *Princeps quantum debeat esse constans, & num.* 19.
20 *Princeps debet esse plenus Philosophiæ.*
21 *Philosophia exigit constantiam exactam.*
22 *Princeps assimilatur Deo, & dicitur Deus in terris.*
23 *Immutabilitas connumeratur inter attributa, & perfectiones Dei.*
24 *Inconstantia damnanda in Senatu.*
25 *In Fisco.*
26 *Fiscus retractare nequit quod semel vendidit.*
27 *Iudices puniunt inconstantiam.*
28 *Virtus constantiæ, & fortitudinis exigitur in Iudicibus.*
29 *Iudex grauis esse debet, & constans.*
30 *Aduocatus defensionem semel susceptam deserere inconstans non potest.*
31 *Iniustam tamen litem debet deserere.*
32 *Aliàs peccat mortaliter.*
33 *Patrocinium improbæ causæ in scelere est.*
34 *Procurator mandatum susceptum non potest inconstans renunciare.*
35 *Instrumentum varium, & inconstans suspicionem falsitatis innoluit.*
36 *Testis fidem adimit illius inconstantia, & variatio.*
37 *Responsa variare, & vacillare turpe est.*
38 *Inconstantia reprehensibilis in omnibus hominibus.*
39 *Mulier fragilis consilij, leuis inconstans.*
40 *Inconstantio damnanda in muliere.*
41 *Variatio, & inconstantia multis in casibus permittitur.*
42 *Consilium mutare in melius sapientis est.*
43 *Errorem per se ipsum corrigere melius est, quam ab alio corrigi.*
24 *Sapientis hominis est reuocare, quod malè loquitur.*
45 *Viri in Republica præstantes permanere perpetuo debent in vna sententia.*
48 *Sancti se ipsos aliquando correxere in melius.*
50 *Operis methodus.*

1 INCONSTANTIAM voco mutationem illam voluntatis, quæ quandoque illicita est, quandoque licita.

2 Licet enim regulariter variatio, & inconstantia reprobetur, *l. in causæ, verbo cæterum, ff. de Procurat. l.4. §. 1. l. penult. ff. de lege commissoria, cap. cum in multis, in fin. de rescript. in 6. cap. quod semel placuit 21. cap. mutare 33. de reg. iur. in 6.* Bart. *in l. de rebus, ff. rer. amot.* Alex. *in l. ex toto, §. fin. de legat.* 1. Angel. *in §. is itaque,* in Gloss. *in verb. aduertit instit. de iust. & iur.* Dec. *in l. nemo potest mutare 75. num.* 2. & ibi Cagnol. *num.* 12. *ff. de reg. iur.* Barbos. *in d. cap. quod semel*, vbi ex Diuo Bernardo laudes perseuerantiæ adducit, Felyn. *in cap. cum olim, de re iudicata, & in cap. præsentata, de testibus*, Clem. 1. *de renunciat.* Dauid Marot. *in l.* 168. *num.* 5. *de reg. iur.* Franciscus de Petris *cons.* 13. *nu.* 8. & eruditè in tractatu festiuarum lectionum, *cap.* 1. *sub nu.* 6. *ver. constans inquam,* Themud. *decis.* 22. *num.* 20. *par.* 1. Magon. *decis. Florent.* 2. *num.* 11.

3 Est enim inconstantia vitium, quod opponitur prudentiæ, S. Thomas 2. 2. *qu.* 5.

art. 5. Franciscus Salernus *conf.* 19. *nu.* 36. opponiturque iustitiæ, de Petris *d. conf.* 13. *num.* 8. *in fine*.

4 Et ab Imperatore vocatur iniquitas *in l. si quis ius iurandum, C. de reb. credit.* & ibi Glos. *in verb. iniquitatis*, Roman. *singul* 42. de Petris *loco citato*, & inimicam legibus, & doli mali plenam dicit Bald. *conf.* 327. *num.* 4. *lib.* 1. Tuscus *litt. V, concl.* 21. *nu.* 1. Nouar. *de elect. for. tom.* 1. *quæst.* 3. *num.* 2. Thor. *comp. decis. Neap. tom.* 5. *par.* 2. *sect.* 3. *vers. variatio an competat Clerico, vers. vltra quod*, Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 107. *num.* 4. *tom.* 4.

5 Ideo primò reprehensibilis est in Ecclesia Dei, argum. *cap.* 1. *de pactis*, Durand. *de modo Generale Concilium celebrandi rub.* 29. Larath. *conf.* 7. *num.* 18.

6 Præsertim in Ecclesia Romana, Durand. *loco citato*.

7 Secundò reprehensibilis est in Summo Pontifice, Clem. *cum illusio de renunc. cap. quidem, eod. tit.* Bald. *d. conf.* 327. *num.* 3.
8 *lib.* 1. Io. Andr. *in cap* 1. *de renunciat. in* 6. Decian. *conf.* 25. *num.* 24. *lib.* 1. Paris. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 25. *num.* 18. 19. *&* 20. Mantua *de Concil. nu.* 188. Add. *ad dec.* 217. *num.* 471. *par.* 9. *recent.* Gonzalez *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 2. *num.* 31. *&* 32. vbi quod Papa debet esse constans, & immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in cælo, & vnum solum calamum, & vnam linguam
9 habere, & non plures, Paris. *de resign. lib.* 3. *quæst.* 18. *nu.* 92. cum alijs per dictum Gonzal. *alleg. &c.* & vltra eos R. P. D. Fagnan. *in cap. cum olim à num.* 5. *de sent. & re iudic. & in cap. consult. de Cler. ægrot. à num.* 57.
10 *cum seqq.* Ideo Papa variando præsumitur circumuentus, *cap. cum olim, de re iudicata*, Zabarell. *conf.* 136. *&* 142. *num.* 3. Tuscus *d. conclus.* 21. *num.* 8. R. P. D. Fagnan. *dicto cap. cum olim à num.* 10. *de sent. & re iudic.* vbi conclusionem ampliat, & declarat multis modis.

11 Tertiò vitanda itidem est à Cardinalibus, Bald. *l.* 1. *col.* 4. *C. de latin. libert. toll.* Paris. *de resignat. d. quæst.* 25. *nu.* 22. Mandos. *reg.* 32. *quæst.* 18. *num.* 3.

12 Quartò ab Episcopis, Felyn. *in cap. cum olim num.* 5. *ver. & dicit Rot.* Paris. *loco cit. num.* 22.

13 Quintò, & ab omnibus Ecclesiasticis, dicta Clem. *cum illusio*, Io. Selua *de benefic. quæst.* 14. *num.* 16. *par.* 2. *cap. cum ita* 22. *quæst.* 2. *cap. super his, de pœnis*, Zabarell. dicta Clem. *cum illusio num.* 2. & ibi Anchar. *num.* 2. Felyn. *d. cap. cum olim num.* 5. Tuscus *d. concl.* 21. *num.* 1. Leoncill. *decis.* 54. *num.* 24. Themud. *decis.* 103. *num.* 9. *par.* 2. qui loquitur de Monialibus, Borgnin. *decis.* 35. *num.* 54. *par.* 2. R. P. D. Fagnan. *in cap. cum olim numer.* 4. *de sentent. & re iudic.*

14 Debent enim esse constantes, *cap. irrisor. de pœnit. dist.* 3. *cap. inter dilectos, de excess. Prælat. cap.* 2. *de elect. in* 6. Zabarell. dicta Clem. *illusio num.* 2. Staffileus *super comm. litterarum iustitiæ, vers. post num.* 66. Mandos. *regul.* 34. *quæst.* 28. *num.* 6. Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 13. *numer.* 6. *, & lib.* 6. *quæst.* 1. *num.* 32. *& lib.* 11. *quæst.* 2. *num.* 30.

15 Sextò damnatur in Imperatore, Bald. *d. conf.* 327. *lib.* 1. Tusc. *d. conclus.* 21. *nu.* 10. Decian. *respons.* 25. *num.* 25. *lib.* 1.

16 Septimò, damnatur in Rege, Cutellius ad leges Siculas Martini *cap.* 22. *in* 1. *fol. mihi* 517.

17 Octauò damnatur in omni Principe, *l.* 1. *&* 2. *C. ne Fiscus rem quam vendidit &c. lib.* 10. & ibi eruditissimus Amaya, Dec. *in reg. nemo potest mutare num.* 3. *de reg. iur.* Decian. *d. resp.* 25. *num.* 26. Castill. *de tertijs Decimarum lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 38. Add. *ad decis.* 217. *num.* 471. *par.* 9. *recent.* Borgnin. *decis.* 35. *num.* 54. *par.* 2. Richter. *decis.* 4. *num.* 22. Rot. *decis.* 33. *num.* 17. *de præben. in antiquis*, Bellamer. *decis.* 742. *nu.* 9.

18 Principi enim conuenit illud *semel locutus est Deus, & quod scripsi, scripsi* licet virum iniquissimum habuerit Auctorem, Cagnol. *dicta reg. nemo potest mutare nu.* 12. Bellon. *de potestate eorum, quæ fiunt incontinenti &c. cap.* 143. *num.* 1. ideo dicebat Baldus *in conf.* 277. *lib.* 3. quod Princeps debet habere vnum calamum, & vnam
19 linguam, & non plures, quia scriptum est: *quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita*, & debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cælo, quæ reassumpsit, Menoch. *conf.* 282. *num.* 38. *lib.* 3. Mandos. *in reg.* 4. *quæst.* 7. *num.* 7. Decius *conf.* 197. *in fine, & conf.* 488. *in fine, & conf.* 580. *num.* 5. *& conf.* 689. *col. vlt.* Decian. *dicto conf.* 25. *num.* 25. *vol.* 1. Add *ad dictam decis.* 217. *num.* 473. Marta *de iurisd. par.* 4. *cas.* 52. *num.* 18. Bossius *de Principe num.* 18. *&* 19 cum alijs per Salnianum de Oleua, & Sousa *de foro Ecclesiastico par.* 1. *quæst.* 13. *num.* 7. Richter. *d. decis.* 4. *num.* 22. R. P. D. Fagnan. *d. cap. cum olim sub num.* 7. *& cap. consultationibus de Cleric. ægrotan. num.* 57. *&* 58.

20 Cum enim Philosophiæ plenum debere esse Principem iura decernunt, *l. cum Syllanian. C. ad Senat. Conf. Syllan.* in Philoso-
21 pho exacta constantia exigitur, *l. si quod venditor, ff. de ædilit. edict.* Franc. Salern. *conf.* 19. *num.* 36. *lib.* 1. Imò cum assimile-
22 tur Deo, & sit Deus in terris, Ancharan. *conf.* 310. *num.* 3. Borell. ad Bellugam *in speculo Principum rub.* 6. *lit. D, in principio*, Decian. *d. conf.* 25. *nu.* 25. *lib.* 1. Peregr. *conf.* 4. *num.* 10. *lib.* 4. Bellon. *iun. conf.* 5. *num.* 122. qui multos adducit, Adden. *ad d. decis.* 217. *num.* 45. *par.* 9. *recent.* imitari Deum debet,

23 cui inter alia attributa, & perfectiones conuenit immutabilitas, vt videbimus in prima quæstione alterius tractatus *de inconstantia in fide*.

24 Nonò, damnatur in Senatu, qui loco Principis est, vt de Senatu Mediolanen. dicit Menoch. *dicto consil.* 282. *num.* 37. *&* 38.

25 Decimò, damnatur in Fisco Principis, *d. l.* 1. *&* 2. *C. ne Fiscus rem quam vendidit, &c.* vbi Imperatores Honorius, & Theodos. AA. Palladio PP. Orientis aiunt re-
26 tractare Fiscum, quod semel vendidit æquitatis, honestatisque ratio non patitur, & ibi latissimè Amaya *à num.* 9. *per multos.*

27 Vndecimò, damnatur in Iudicibus, quia eam in alijs puniunt, *l. in causa*, §. 1. *de Procurat. cap.* 2. *de rescript. in* 6. Clem. 1. *de renunciat.* Marsil. *singul.* 166. Vincent. *in l. in ratione, in princip.* §. *fin. ff. ad l. falcid.* Rebuff. *in l. quod iussit, in princip. ff. de re iudic.* Menoch. *cons.* 488. *num.* 17. *lib.* 5. Vbert. *de mod. cit. par.* 5. *formula* 13. §. *variatio*.

28 In Iudicibus enim exigitur virtus constantiæ, & fortitudinis, Viuius *decis.* 189. Stephan. Naten. *de iustitia in administratione vulnerata, cap.* 3. *num.* 1. de Petris *d. cap.* 1. *lib.* 1. *festiuarum lectionum à num.* 6.
29 grauem enim, hoc est constantem Iudicem esse oportere, ex Diuo Bernardo, tradit Gabriel Velasco in Iudice perfecto, *rubr.* 6. *annot. vnica in princ. vers. Grauis ergo*.

30 Duodecimò, damnatur in Aduocatis, quia defensionem semel susceptam, sine crimine leuitatis, & inconstantiæ deserere non possunt, *l. properandum* 13. §. *illo proculdubio* 9. *C. de iudicijs*, Ioannes Trachinus *in vindicijs Palatinis, in præfatione num.* 63. sed vbicumque ex litis improbi-
31 tate læsam habent conscientiam, patrocinium susceptum deserere debent, Specul. *in tit. de Salario Aduocat. num.* 1. Mager. *de aduocat. armat. cap.* 11. *num.* 484.
32 alias mortaliter peccant, Corat. *de communi opinione lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 39. eo quod
33 in scelere patrocinium præstare legibus, & ipsi naturæ contrarium sit, *l.* 6. *C. de defens. Ciuit.* Mager. *loco citato num.* 485. de quo latè dicemus infra in hac priori parte operis de inconstantia iudiciali.

34 Decimotertiò, damnatur in Procuratore, qui post susceptum mandatum inconstans pœnitere non potest, & illud renunciare, Clem. 1. *de Procurat. l. si mandauero,* §. *fin. ff. mandati*, Gaill. *obseru.* 46. *num.* 3. de qua re pariter videbimus infra in hoc tractatu.

35 Decimoquartò, damnatur in Notarijs, quorum instrumenta, si varia sint, suspicionem falsitatis arguunt, *l. eos qui*, vbi Bart. *ff. de fals.* Decian. *cons.* 91. *num.* 21. *lib.* 3.

36 Decimoquintò, damnatur in testibus, quorum variatio, & inconstantia fidem illis adimit, Decian. *dicto cons.* 91. *num.* 21. *lib.* 3. Ciriac. *controu.* 681. *num.* 8. Zuccar. *decis. crimin.* 19. *num.* 7. Turpe enim est
37 aliquem vacillari, vel variare in suis responsis, *cap.* 1. *vt benef. Eccles. cap. fin. de iureiur. in* 6. Goffred. Zabarell. & Anchar. *dicto cap.* 1. Test. *alleg.* 6. *num.* 200.

38 Decimosextò, denique in omnibus prorsùs hominibus reprehensibilis est, *l. in causa, ff de Procurat.* & ibi Gloss. *in verb. recusauit*, & ab omnibus repellenda, Gloss. *in l. si impubes,* §. *quoties, vers. totam*, de Carbon. *adict. & in l. ex filio, ver. ex momentarijs, ff. de inoffic. testam. l. fin.* §. *fin. ff. de mod. mulctan.* Franciscus Salernus *dicto cons.* 19. *num.* 36. Scurph. *cons.* 12. *num.* 9. *cent.* 3. Themud. *decis.* 103. *num.* 9. *par.* 2. Rot. *decis.* 33. *num.* 17. *de praben. in antiquis*, Reipublicæ enim non expedire dixit Riether. *decis.* 4. *num.* 22.

39 Decimoseptimò, quin, & in mulieribus, quæ licet cum sint fragilis consilij, *l.* 2. §. *verba ibi*, ibi, *infirmitas enim fœminarum, ff. ad Velleianum, l. mulier, C. eodem*, ibi, *ex consequentia suæ fragilitatis*, cum alijs per Aldobrand. *in rubr. de satisd. tutor. num.* 36. Odd. *de restit. in integrum quæst.* 2. *num.* 41. Rubeus *ad decis.* 81. *par.* 8. *recent. num.* 12. *& ad decis.* 262. *num.* 171. *eadem par. sint variæ, & inconstantes, l. si filia, C. de inoff. testam. cap. forus* 10. §. *testes*, & ibi Gloss. *in verb. varietatem, de verb. significat.* vbi addentes hos versus inscribunt:

Quid leuius fumo? flamen; quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier; quid muliere? nihil.

Quos pariter adducit post Catalan. & Paramum Castill. *decis.* 182. *num.* 10.

Et alter Poeta dicebat:

Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.

De Petris *dicto cap.* 1. *& numer.* 5. vbi eruditè:

Et ter in hora mutari docet idem Rubeus *loco citato*.

40 Nihilominus in eis inconstantiam damnari scripsit Sanctus Leo *epist.* 90. ad Rusticum *cap.* 13. *&* 14. *registr. in cap. Puellæ* 20. *quæst.* 1.

Non inde tamen inferre debemus variationem, & inconstantiam nunquam licere.

41 In multis enim casibus, quod semel nobis placuit circumstantijs mutatis displice-

re nobis debet, & quamuis rationem mali res non inuoluat, potest nihilominus aliquando esse variabilis, vt bene aduertit Bardus ad regulam, quod semel *num.2. de reg. iur.* Hinc prodijt Axioma illud, con-
42 silium mutare in melius sapientis est, *l. nunquam,* ibi Gloss. *ff. de collat. bonor. instit. de legat. in principio*, Rebuff. *de nominat. quæst.17. num.4.* cum alijs per Barbos. *axiomate 55. num. 3.*

43 Et eo magis licita est variatio si constet de errore, melius enim, ac minus verecundum est seipsum corrigere, quam expectare ab alio corrigi, ad Text. *in §. 1. in fine, in Auth. de nupt.* sic Pontifex monuit quosdam Iudices *in cap. qualiter 17. de accusat.* ibi - *si contra præscriptum ordinem tamquàm homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores.*

44 Ideo Diuus Augustinus *in cap. magnæ 22. quæst. 4.* dicit, *sapientiæ est reuocare hominem, quod malè locutus est*, & Beatus Isidorus *in lib. 2. de synonimis registr. in cap. in malis, ead. causa, & quæst.* ait, *in malis promissis rescinde fidem, & in turpi voto muta decretum, quod incautè vouisti, ne facias; turpis est enim promissio, quæ scelere adimpletur*, ibidem Turrecremat. Petr. Pecchius ad regulam non est obligatorium *de reg. iur. in 6.* Mantua in Gymnasio scholastico in verbo *variatio*, vbi quod in nullo animalium genere tanta est ingeniorum, & morum varietas, vt in homine, ex quo fit, vt neque mirum sit, si nulla alia animalia inter se diffideant, vt homines, namque Cicada Cicadam, & Formica Formicam amat.

45 Hinc Cicero, qui licet docuerit nihil esse, quod tam deceat, quàm in omni re gerenda seruare constantiam, nihilominus asseruit nunquam præstantibus in Republica viris perpetuam in vna sententia permansionem laudatam fuisse.

46 Ideo Ecclesia mutat sententiam suam in melius, *cap. fraternitatis, de frigid. & malefic.* Anchar. *conf. 67. num. 1.*

47 Et Papa paratus est se corrigere in melius, *cap. nos incompetenter 2. quæst. 7.*


48 Imò, & Sancti se correxere in melius, *cap. certe 12. quæst.1.* Anchar. *dicto conf. 67.* Tusc. *in conclus. 435. num. 7,*

49 Et Imperator non erubescit se ipsum corrigere, Anchar. *dicto conf. 67. num. 2.* Tusc. *loco citato num. 8.*

50. Cum ergo variatio in Iudiciis, in vltima voluntate, in contractibus, & in alijs actibus humanis per sæpè fiat; de hac variatione, & inconstantia tractaturi, opus aggredimur ab inconstantia in Iudicijs.



DE



DE INCONSTANTIA IN IVDICIIS.



QVÆSTIO I.



ARGVMENTVM.

An, & quando impetrans Commiſſionem, ſiue Reſcriptum ad lites, poſſit Inconſtans eidem Commiſſioni, ſiue Reſcripto renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impetrans poteſt illi inconſtans renunciare.*

2 *Inuitus nemo agere compellitur.*

3 *Intereſſe illius contra quem fuit obtentum reſcriptum non conſideratur ante citationem.*

4 *Reſcriptum principaliter conceſſum dicitur fauore impetrantis.*

5 *Inducta ad fauorem alicuius non debent in eius odium, & præiudicium redundare.*

6 *Commiſſioni expeditæ* Motu proprio *ad priuatam vtilitatem impetrans, poteſt renunciare.*

7 *Quid de Commiſſione impetrata in Signatura Gratiæ.*

8 *Quid ſi contineat aliquid fauorabile alteri parti.*

9 *Impetrans Commiſſionem excitatoriam iuriſdictionis poteſt illi renunciare.*

10 *Commiſſio excitatoria iuriſdictionis an efficiatur ſtatim communis.*

11 *Commiſſioni coram Iudice præſentatæ poſt decretam, ſed nondum executam citationem renunciari an poſſit.*

12 *Actor, qui obtinuit decretum citationis poteſt ante executionem inconſtans pœnitere.*

13 *Lis quoad Actorem introducta dicitur per ſolum decretum citationis, etiam illa non executa, & num. 28.*

14 *Subrogationem ad impetrandam lis non dicitur cæpta, niſi citatio ſit executa.*

15 *Triennalis poſſeſſio ad impediendum effectum Regulæ, an interrumpatur per citationem non executam.*

16 *Decretum citationis impetratum à Procuratore Actoris, ac per Principalem ratificatum, an cauſet introductionem litis, quamuis citatio non fuerit executa.*

17 *Citationis decretum non cauſat introductionem litis, quando Actor inconſtans ante executionem illi renunciauit.*

18 *Attentatum non eſt, quod Actor innouauit poſt citationem cui renunciauerat.*

19 *Renuncians commiſſioni impetratæ non poteſt per Aduerſarium cogi ad illius vſum.*

20 *Commiſſio non fit communis alteri parti ante executam citationem.*

21 *Commiſſio an efficiatur communis ante citationem, itaut impetrans non poſſit ea non vti quando tribuit ius conſiderabile alteri parti.*

22 *Reſcriptum Papæ, quo mandatur aſſecurari iudicium per impetrantem, an tribuat ius conſiderabile alteri parti.*

23 *Reſcriptum concernens publicam vtilitatem à die datæ imprimit iuriſdictionem Iudici, & tribuit ius cuicunque volenti, & valenti proſequi publicum intereſſe.*

24 *Iudex, cui fuerunt directæ litteræ in cauſa Inquiſitionis, poteſt ex officio procedere, & intereſſe publicum proſequi.*

25 *Quid inuito, deſiſtente, renunciante, vel contradicente eo, qui litteras impetrauit.*

26 *Commiſſionem obtinens poſtquam citauit Ad-*

uersarium, non potest illi amplius renunciare.
27 *Commissio an, & quando efficiatur communis, etiam non citata parte* ad dicendum contra Commissionem, *ob vsum impetrantis.*
29 *Decretum citationis perpetuat iurisdictionem Iudicis respectu Actoris.*
30 *Cessio rei, super qua fuit impetrata Commissio, an importet illius renunciationem.*
31 *Vel litem extinguat.*
32 *Inconstantia non præsumitur.*
33 *Voluntatis duratio est præsumenda.*
34 *Citatio in dubio præsumitur executa.*

1 LICITAM esse Inconstantiam, & Impetrantem posse Rescripto renunciare, dixit Baldus *in l. 1. C. vt lit. pend.* Socin. *in cap. fin. de crim. fals.* Doctor. omnes *in cap. Ex conquæstione, de restit. spoliat.* vbi Anchar. *num. 8.* Zabarell. *num. 11.* Abbas *num. 10. ad finem*, Bellamer. *num. 10.* Imol. *num. 9.* Butr. *num. 12.* Felyn. qui alios cumulat *in rubr. de rescript. num. 3.* Achill. *decis. 10. de rescript.* Gallerat. *de Renunciat. centur. 1. renunciat. 5. num. 4.* Ridolphin. *in praxi par. 1. cap. 13. num. 519.* Buratt. *decis. 138. num. 4.* & ibi Addentes *litt. B*, & *decis. 871. per tot.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem, quam sæpè Rota tenuit Adden. *ad decis. 552. Gregorij XV. num. 7.* & Rota *decis. 181. num. 5. par. 8. recent.*

2 Ratio est, quia nemo inuitus agere compellitur, *l. vnic. C. vt nem. inuit*, Ancharan. *dicto cap. Ex conquæstione num. 8.* Butr. *num. 12.*

Secundò, quia ante citationem non
3 consideratur interesse eius, contra quem est Rescriptum, ideo Impetrans potest pœnitere, *l. de ætate, §. fin. ff. de interrogat. action.* Ancharan. & alij *dicto cap. Ex conquæstione*, Rota *in Salamantina Pensionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo*, penès Marchesf. *de Commiss. par. 1. pag. 172.* Dunozett. iun. *decis. 574. num. 4.* Bichius *decis. 384. num. 5. & 6.*

4 Tertiò, quia Rescriptum ad fauorem Impetrantis principaliter est concessum, ideo si non daretur pœnitentia, in eius
5 odium, ac præiudicium redundaret, contra dispositionem Textus *in l. Quod fauore, ff. de legib.* Rota *in d. Salamantina num. 1.*

Amplia primò, conclusionem habere
6 locum, etiamquod expedita sit Commissio *Motu proprio* ad vtilitatem tamen priuatam, Abb. *in dicto cap. Ex conquæstione num. 10. vers. Et puto*, & ibi Adden. *litt. B*, Felyn. *in rubr. de Rescript. num. 3. versic. Etiamsi Motu proprio.*

7 Amplia secundò, etiamsi Commissio esset impetrata à Signatura Gratiæ, & in
8 ea contineretur aliquid, quod esset fauorabile alteri parti, Ancharan. *in dicto cap. Ex conquæstione num. 9.* & ibi Imol. *item nu. 9.* Hostien. *concl. 3. in fin.* Io. Andr. *col. 2. in fin.* Butr. *num. 13.* Abb. *num. 1.* Rota *in dicta Salamantina Pensionis coram Bubalo*, Addent. *ad dictam decis. 552. Gregor. XV. num. 7. Romana Legati 4. Iulij 1642. coram Eminentiss. Cerro*, relat. per Bich. *decis. 582. sub num. 9.*

Amplia tertiò, siue commissio infundat nouum habitum iurisdictionis, siue sim-
9 pliciter excitet iurisdictionem, quicquid enim voluit aliàs Rota *decis. 61. de appellat. in nou.* & Felyn. *in d. rubr. de rescript. d. num. 3.* tenentes commissionem, quæ excitat iurisdictionem, effici statim communem, ab eorum tamen opinione recessit Rota, vt per Mohed. *decis. 4. de*
10 *rescript.* Caputaq. *decis. 178. lib. 1. in Manuscript.* cum alijs per Rotam *decis. 317. num. 3. par. 2. in recent.* Addent. *ad dictam decisionem 552. Gregorij XV. vers. Item procedit.*

Amplia quartò, etiamsi commissio esset Iudici presentata, & ab eo decreta citatio,
11 sed non executa, Abbas *in dicto cap. Ex conquæstione num. 10.* Felyn. *loco citato num. 3. vers. 3. limita* Aretin. *cons. 33.* Rota *dicta decis. 317. num. 3. ante finem*, Addent. *ad dictam decisionem 552. Gregorij XV.* Bichius *decis. 384. num. 6.*

Et licèt contrarium latè defendat Bellamer. *in dicto cap. Ex conquæstione num. 7. & 8.* Non est tamen recedendum à supradicta ampliatione, quam semper secuta est Rota, vt in *Burgen. de Arrorij 24. Nouembris 1593. coram Litta*, penès Marchesf. *de commiss. par. 1. pag. 171.* Bichius *dicta decis. 384. num. 13.*

Certum est enim, quod Actor, qui obtinuit decretum citationis, potest ante
12 illius executionem Inconstans pœnitere, Rota *decis. 17. aliàs 402. de dol. & contum. in nouis, & antiquis*, Bellamer. *decis. 406. & 462.* Achill. de Grass. *decis. 10. aliàs 26. de rescript.* Put. *decis. 234. in fin. lib. 2. in correct.* latè Lancellott. *de attentat. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 46.* Vbert. Concinis meus, post hæc scripta visus, *de citat. to. 3. cap. 12. num. 34.* Dunoz. iun. *decis. 574. nu. 4.*

Hinc propterea infertur, quod licèt quoad Actorem lis per citationem decre-
13 tam dicatur introducta *Clement. 2. vt lit. pend. cap. Cum M. Ferrarien. de Constitut. Gloss. in dicta Clement. 2.* Lancellott. *loco citato num. 3.* Buratt. *d. decis. 871. num. 6.* Bichius *decis. 12. num. 2.* Dunozett. iun. *d. decis. 574. num. 2.* etiamquod citatio non fuerit executa, Rota *decis. 6. aliàs 7. de lit. pend. in nou. & decis. 17. aliàs 402.*

de dolo, & contum. in nou. cum alijs allegatis
à Lancellotto *loco citato num.* 36. Buratt.
14 *decis.* 262. *num.*2. licèt ad effectum impe-
trandæ subrogationis lis non dicatur cęp-
ta, nisi citatio sit executa, iuxta *decis.* 971.
num. 3. *coram Dunozett. iun.* de qua mate-
ria vid. Baron. *de citat. to.* 1. *quæst.* 45. *sub*
num. 36. *vers. Sextus effectus, cum num. seqq.*
15 *decis.* 64. *par.* 12. *recent. num.* 11. vbi de
regula triennali.

Imò solùm fuerit impetrata à Procura-
tore Actoris cum cautione de rato, &
16 deinde per eundemmet Actorem ratifi-
cata, Seraph. *decis.* 20. Lancellott. *loco cit.*
num. 43. Intrigliol. *decis.* 46. *num.* 48.

17 Cessabit tamen litis pendentia, si Actor
Inconstans citationi renunciet ante illius
executionem, Achill. *decis.* 10. *aliàs* 26. *de*
dolo, & contum. Lancellott. *loco cit. num.*46.

18 Et propterea quid demum gesserit
Actor post renunciationem, non cense-
bitur attentatum, vt ex pluribus decisio-
nibus Rotalibus tradit idem Lancellott.
loco citato, vers. Sciendum tamen est num. 47.
Bich. *decis.* 383. *num.*9. & 582. *num.*8. & 9.

19 Amplia quintò, vt hisce casibus impe-
trans commissionem non possit cogi à
Parte aduersa, vt commissione impetrata
vtatur, Abbas *in dicto cap. Ex conquæstione*
num. 10. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.*13.
num. 520. Rota *d. decis.* 317. *par.* 2. *in rec.*
Buratt. *d. decis.* 138. *num.* 4. Bichius *dicta*
decis. 384. *sub num.* 8.

20 Non enim ante citationem executam
fuit illi facta communis, Bellamer. *in dicto*
cap. Ex conquæstione num. 3. Zabar. *prope*
finem, Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13.
num. 517. Rota *in citata decis.* 317. Buratt.
d. decis. 138. & *decis.* 871. Addent. *ad dict.*
decis. 552. *Gregorij XV.* Rota *decis.* 264.
par. 10. *recent. num.*4.

Limita primò, vt cesset Inconstantia,
quando rescriptum non concernit simpli-
21 citer instantiam impetrantis, sed vlterius
dat ius considerabile alteri parti, eo enim
casu videtur commissio facta communis,
arg. l. fin. C. de pact. Bald. *in l. postquam liti, in*
fin. C. de pact. Felyn. *d. rub. de rescript. num.*3.
Rota *dicta decis.* 317. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*
vbi tamen deciditur non dici datum ius
considerabile alteri parti, si in commissio-
22 ne Papa mandauit, assecurari iudicium
per impetrantem, prout de iure; Quia
siue illa clausula consideretur in vim con-
ditionis, siue in vim modi, nihil ponit in
esse ante deliberationem; vel si secuta de-
liberatione præscribat modum in agendo
semper pendet à præambula deliberatio-
ne impetrantis, si velit vti rescripto.

Sed circa hanc limitationem vide, quæ
dixi *in ampliatione secunda.*

Limita secundò, si commissio esset im-
petrata in causa tangente publicam vtili-
23 tatem, nam in ea imprimitur iurisdictio
à tempore datæ, & quæritur ius ex litteris
cuicunque valenti, & volenti prosequi
interesse publicum, Doctores *in d. cap. Ex*
conquæstione, vbi Abbas *nu.* 10. Butr. *nu.*12.
Bellamer. *num.* 3. Felyn. *in d. rubr. de re-*
script. num. 3. *vers.* 5. *Et cæteri*, & innuit
Rota *in d. Salamantina coram Bubalo.*

24 Et propterea, si impetrentur litteræ in
causa Inquisitionis, Iudex potest ex offi-
cio prosequi interesse publicum, *cap. Cum*
oporteat, de accusat. Imò non solùm impe-
25 trante desistente negotium prosequi, sed
etiam eo innito, renunciante, aut quoquo
modo contradicente, *cap. Quoniam Apo-*
stolica, §. *Is autem de offic. deleg. cap. Licèt,*
de accusat. cap. 1. & 2. *de collus. deteg.* Abb.
in dicto cap. Ex conquæstione num. 10. Butr.
num. 12. Bellamer. *num.* 3. Hostien. *num.*8.

26 Limita tertiò, si fuerit præsentata com-
missio obtenta citatio, & executa, tunc
enim cessat Inconstantia, Doctores omnes
in d. cap. Ex conquæstione, Rota *d. decis.*138.
& 871. *coram Buratto,* & in alijs *supra citat.*
Addent. *ad dictam decis.* 552. *Gregor. XV.*
*nu.*8. Ridolph. *in prax. par.* 1. *cap.*13. *nu.*521.

27 Limita quartò, si quoquo modo con-
stet de vsu impetrantis commissionem,
puta quia vigore illius deuenerit ad plu-
res actus, tunc enim efficitur communis,
etiamsi Pars non fuisset citata *ad dicendum*
contra commissionem, vt tenuit Rota *in His-*
palen. præeminentiarum 16. *Decembris* 1618.
coram Vbaldo, Adden. *ad dict. decis. Greg. XV.*
552. *vers. Prædicta tamen omnia*, Rota
decis. 264. *par.* 10. *recent. num.* 7.

28 Sed hanc decisionem coram Vbaldo
benè declarat Burattus *d. decis.* 871. *nu.* 6.
qui dicit, quod in casu illius decisio-
nis Procurator impetrantis obtinuerat
29 decretum citationis, per quod dicitur in-
choata lis quoad Actorem, & perpetuata
iurisdictio quoad Iudicem; vlterius vsus
fuit commissione, dum inhibitionem,
quam eius vigore acceperat, præsentari
curauit Nuncio Hispaniarum, ac alios
actus iudiciales fecit, ex quibus vsus com-
missionis confirmatur.

30 Non erit tamen sufficiens signum Incon-
stantiæ, & renunciationis, si rem, super
qua commissionem, & citationem, Actor
31 impetrauit, cesserit saltem ad effectum
litem extinguendi, Put. *decis.* 362. *lib.* 3.
Lancell. *d. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.*49.

32 Et in dubio Inconstantia non est præ-
sumenda, tum quia præsumitur eadem
33 voluntas durare, arg. Text. *in l. fideicom-*
missa 11. §. *Si rem, post princip. ff. de leg.* 3.
decis. 189. *num.* 8. *par.* 12. *recent. decis.* 19.
post 2. *par. tract.* Nouar. *de elect. & variat.*
for. num. 12. Tum etiam quia in dubio
34 præsumitur citatio executa, Rota *dicta*
*decis.*17. *aliàs* 402. *de dolo, & contum. in nou.*

QVÆSTIO II.

ARGVMENTVM.

An Actor, qui Aduersarium citare fecit absque libelli oblatione, possit Inconstans in Iudicio non comparere.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui obtinuit simplicem citationem absque oblatione libelli, tenetur ad Iudicium accedere, & de ratione.*
2 *Actor an, & quando teneatur comparere in præciso termino citationis.*
3 *Iudex non potest prorogare Actori terminum ad comparendum.*
4 *Reus non tenetur expectare Actorem per diem, nec per horam.*
5 *Moram Actor non tam facile purgare potest, quàm Reus.*
6 *Contumacia Actoris maior est, quàm illa Rei.*
7 *Iudex an, & quando possit cogere citatum, vt expectet citantem.*
8 *Iudex potest cogere citantem, vt expectet citatum.*
9 *Æqualitas in Iudicijs seruanda est.*
10 *Miles iusto casu detentus, qui propterea ad diem commeatus non venit, non habetur pro desertore.*
11 *Actor non comparens in termino citationis per ipsum facta condemnatur ad reficiendas expensas Reo.*
12 *Actor contumax non auditur, nisi reficiat expensas contumaciales.*
13 *Quid in causa diuersa.*
14 *Vel si Actor sit minor.*
15 *Aut Ecclesia.*
16 *Aduocatorum, & Procuratorum expensæ reficiendæ sunt inter contumaciales.*
17 *Expensæ reficiendæ vti contumaciales, quæ dicantur.*
18 *Expensæ factæ in hospitio reficiendæ an veniant inter contumaciales.*
19 *Expensas contumaciales, qui reficere debet, an teneatur ad damna.*
20 *Damna non veniunt appellatione expensarum.*
21 *Artifex, qui vocatus ad Iudicium lucrari non potuit in arte sua, an petere valeat ab Aduersario succumbente lucrum amissum.*
22 *Lucrum amissum non venit sub appellatione damnorum.*
23 *Doctori, qui propter litem fuit impeditus ne clientibus inseruiret, an debeantur à succumbente lucra, quæ amisit.*
24 *Expensæ taxantur arbitrio Iudicis.*
25 *Expensæ contra Actorem contumacem taxari an possint sine illius citatione.*
26 *Actor contumax an admittatur ad causam prosequendam non præstita cautione de fideliter comparendo, & quomodo præstetur ista cautio.*
27 *Reus comparens Actore contumace absoluitur ab obseruatione iudicij.*
28 *Sententia absolutoria ab obseruatione Iudicij, an Actoris citationem requirat, & quomodo practicari debeat ista citatio.*
29 *Delegati Iudicis iurisdictio an, & quando expiret per sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij.*
30 *Instantia est temporalis.*
31 *Instantia perit per sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij.*
32 *Iurisdictio est perpetua.*
33 *Citatio circumducitur Actore non comparente.*
34 *Citatio circumducta perinde est, ac si non interuenisset.*
35 *Præscriptio an, & quando interrumpatur per solam citationem.*
36 *Actor non comparens in termino citationis, censetur illi renunciasse.*
37 *Actor tenetur comparere in termino citationis etiamsi illa non sit legitima, vel non legitimè executa.*
38 *Actor est certus de facto suo.*
39 *Actor nullum incurrit præiudicium ex eo, quod non comparuerit in termino citationis, per ipsum facta, si in eodem termino non compareat Reus, & accuset contumaciam.*
40 *Quid si Reus à Iudicio recedat de licentia Iudicis.*
41 *Reus citatus tenetur expectare donec Iudex discesserit à Tribunali, & accusare contumaciam.*
42 *Actore non comparente, & Reo contumaciam non accusante, vel à Iudicio recedente sine licentia Iudicis an, & quando circumducatur citatio ex vtraque parte.*
43 *Contumacia cum contumacia compensatur, & absentia cum absentia.*
44 *Citatio ad totam causam quando circumducatur, & quando sit licita.*
45 *Actor non comparens in termino citationis iusto impedimento occupatus nullum incurrit præiudicium.*
46 *Impedimentum quando dicatur iustum, & quomodo probetur arbitrio Iudicis remittitur.*
47 *Actor non comparens ex eo, quod Iudex absit à loco iudicij, dicitur legitimè impeditus.*

1 ILLICITA est Inconstantia quando fuit executa simplex citatio absque libelli oblatione, iuxta Text. *in cap.* 1. *de dol. & contum. in* 6. tenetur enim Actor ad iudicium accedere, ne Iudicem contemnere videatur, Textus est *in d.cap.*1. *de dolo, & contumacia in* 6. vbi etiam Glossa, & Archid. Gemin. Io.Andr. Butr. Anchar. Monac. & Franc. Scacc. *de Iudic. cap.* 91. *num.*3. *ante fin.lib.*1. Soccin.*de Citat. art.*31. *num.*19. Rot.*decis.*7.*aliàs* 885.*de verb. signif. num.*4. *lib.*1. *in antiq.* Viuius *decis.*11.

Nec solum Actor tenetur in iudicio comparere, sed in termino præcisè cita-
2 tionis, itàut terminum in eadem citatione præfixum præuenire non possit, Anchar. *in d.cap.*1. *nu.*2. qui declarat, hoc habere locum, quando terminus est præfixus ad explicandum aliquem actum momentaneum, puta ad litem contestandum, iurandum de calumnia, & similes actus, secùs si ad actum, qui requirat interualla temporum, vt ad probandum, non enim debet se in fine termini coarctare, sed infra totum illum terminum debet esse sollicitus, vt notat Bart. *in lege Qui ante Kalendas, de verb. obligat. num.*5. D.Vbertus Concinis meus, post hæc scripta visus, *in tract.de citat.to.*2. *cap.*10.*nu.*562.

Nec Iudex terminum Actori prorogare potest, cum enim citans termino præ-
3 fixo, quem ipse apposuit, consenserit, non licet ei Inconstanti prorogationem petere, *cap. Oblata, de appell.* Bald. *consil.*268. *num.* 2. *in fin. lib.*1. *& in l. Si ea, C. Qui accus. non pos.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 8. *Gloss.*2. *num.*10.

4 Neque Reus tenetur expectare Actorem, saltem per diem, vel horam, Bald. *in cap.*1. *num.*11. *de iudic. in* 2. *lect. per text. in l. vt vitem*, §. *fin.* & ibi Pegn. & Bart. *ff. Quod vi, aut clam.* Tiraquell. *loco citato num.*11. *& seqq.* & ratio est, quia non tam
5 facile moram purgare potest Actor, quàm Reus, Bald. *in l. Etsi post tres, ff. Si quis caut.* Bart. *in l.Hac conditio, la* 2. *ff.de condit.& demonstr.& in l.Si insulam, q.*9.*ff.de verb. oblig.*

6 Maior enim est contumacia Actoris, quam Rei, *cap. Causam, de dol. & contum. cap. vlt. de eo, quis mittit. in possess. d.cap.*1. *de dol. & contum. in* 6. & ibi *Gloss.* Rota *decis.*53. *aliàs* 384. *de appellat. in nou. & decis.* 458. *in antiq.* cum alijs per Tiraquell. *loco cit. num.* 12. Fermos. *ad cap. fin. de libell. oblat. quæst.* 4. *num.* 20. *tom.* 2. *de iudic.* Barbos. *dicto cap.*1. *nu.*5. Viuius *decis.* 11. *lib.*1. *num.*10. Seraphin. *decis.*684. *num.*7.

7 Dicit tamen Bald. *in dicto cap.*1. *extr.de indic. in secunda lect.* Quod si æquitas moueat Iudicem, id debeat decernere, vt ex-
8 pectetur Citator, nam hoc potest facere è contrario, vt scilicet Citator expectet Citatum, *cap. Consuluit, de offic. delegat.*
9 æqualitas enim seruanda est in iudicio, *l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* & tandem concludit, quod hoc residet in arbitrio Iudicis, quia potest esse, quod citans, & citare faciens fuerit impeditus, ad Text. *in l.* 3. §. *Ad diem, ff. de re milit.* qui tamen Text. vt aduertit Tiraquell. non bene ad-
10 ducitur ad propositum, nam ibi tractatur de milite, qui ad diem commeatus non venit, vt pro desertore non habeatur, si casibus quibusdam detentus sit, per quos venia dignus esse videatur, & propterea dicendum est, quod si ex actu citationis ius est quæsitum parti, nullo modo Iudex poterit terminum prorogare bellè Panormit. *in cap. Sæpè contingit, de appellat.* qui dicit hoc casu limitari, Text. *in cap. Consuluit, de off. delegat.* sequitur Felyn. *in d. cap. Consuluit, num.*4. *vers.*2 limita Tiraquell. *loco cit. num.*13. Rot. *d. decis.* 17. *alias* 402. *de dol. & contum. in nouis.*

Plura autem Actori sic Inconstanti parantur præiudicia; etenim primo condem-
11 natur in expensis factis à Reo clarè Text. *in dicto cap.* 1. *de dol. & contum. in* 6. & ibi Gloss. Hostien. *num.*1. Monac. *in princip.* Butr. *num.*1. Anchar. *num.*5. Archid. *nu.*1. Scacc.*d.cap.*91.*n.*9. latè Azeued. *lib.*4.*tit.*3. *leg.*5. *num.*3. Rota *dicta decis.*7. *alias* 885. *de verb.signific.in antiq.& decis.*69. *in nou.* Vestr. *in praxi lib.*4. *cap.*4. *num.*2. Fermosin. *de indic.to.*2. *ad cap. fin. de libell. oblat. quæst.*4. *num.*19. §. 1. Baron. *de citat. tom.*1. *qu.* 47. *num.*8. Oliban. *de Act. par.*1. *lib.*3. *cap.*4. *num.*30. Carpan. *ad Statut. Mediolan. par.* 1. *cap.*10. *num.*149. Anichin. *de recent. Instr. cap.*3. *quæst.*7. *num.*12.

12 Et adeo hoc verum est, quod antequam has expensas reficiat Actor audiri non debet, non solùm in illa causa, sed
13 etiam in alia diuersa, Marant. *in Specul. par.*6. *tit. de contum. num.*15. Marsil. *in l. de Vnoquoque, num.* 197. *ff. de Iudic.* Azeued. *loco cit. num.*4. Borell. *in Summ. decis.tit.*46. *num.*80. Viuius *decis.*11. *lib.*1. *num.*5.

14 Quod procedit siue Actor sit minor Marsil. *loco citato num.* 200. Azeued. *dicto*
15 *nu.*4. siue Ecclesia Menchaca, *Controuers. vsufrequent. par.* 2. *cap.*9. *num.*19. Burgos de Paz. *cons.*12. *num.*12. Menoch. *de Arbitr. lib.*1. *quæst.*36. *num.*1.

Expensæ autem, quæ sunt reficiendæ illæ sunt, quas passus est Reus occasione dictæ citationis, Franc. *in d. cap.*1. *num.*2. vbi dicit tenendum menti, quod licèt
16 aliàs expensæ Aduocatorum, & Procuratorum veniant reficiendæ, vt per Gloss. & Innoc. *in cap. in nostra, de iur. iur. & in l. Non ignorat, C. de fruct. & lit. expens.* tamen propter contumaciam in non com-
17 parendo veniunt solum expensæ, quas fecit comparens ex sua comparitione, & ratione illius contumaciæ, Anchar. *in dicto*

*cap.*1. *num.* 5. vbi exemplificat in expensis
18 factis in hospitio Actorem expectando.

An autem sub huiusmodi expensis veniant damna? videtur negatiuè respon-
19 dendum, eo quia Text. *in d. cap.* 1. solum de expensis mentionem facit, qua-
20 rum appellatione damna non veniunt, *cap. in nostra, de iniur.* Roman. *singul.* 342. Boer. *decis.*2. *num.*3. Azeued. *loco cit. n.*14. *& seqq.* Surd. *decis.*261. *num.*1. Hodiern. *ad eand. decis.* 261. *num.*1. *&* 3. Bichius *decis.*73. *num.*18. *&* 123. *num.*3. Sed contrarium tenuit Gloss. *in d. cap.* 1. *in figuratione casus, vers. Contrarium*, Bart. *in l.* 1. *col.*2. *ff. de Alien. iudic. mut. cau. fact.* & ibi Alex. *in Addit. per Gloss. in l.* 1. §. *fin. ff. Si quis ius dicen. non obtemp.* idem Bartolus *in leg. Eum, qui temerè, colum.* 2. *ff. de Iudic.* Alex. *in l. si fracta*, §. *Iulianus*, *num.*80. *ff. de damn. infect.* Burgos de Pazz. *in proœm. legum Tauri, num.*154. Azeued. *loco citato num.*17. Plot. *in repet. l. si quando, C. vnde vi, num.* 674. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.*3. *littera E, conclus.* 637. Menoch. *de arbitr. cas.*154. *num.*1. Surd. *dec.*261. *num.*2. Bichius *decis.*497. *num.*12. *& decis.*123. *numer.* 4. qui exemplificat in Artifice, qui
21 vocatus ad iudicium, in arte lucrari non potuit, Thes. *decis.*67. *num.* 4. *vers. Intrinseca autem damna*, licèt contrarium tueatur Bellon. iun. *cons.*89. *num.*5. *&* 6. vbi quod
22 damnorum appellatione non continetur lucrum amissum, & loquitur de Doctore,
23 qui sub prætextu, quod suis clientulis non potuerat inseruire propter litem, quam substinuerat, illud non debeatur.

24 Solent autem huiusmodi expensæ taxari arbitrio Iudicis, *l. Sancimus, C. de Iudic.* Menoch. *d. cas.*154. *num.*2. Thes. *dicta decis.*67. *n.*6. Couuarr. *pract. quæst. cap.*27. *nu.*6.

25 Qui quidem poterit absque citatione Actoris contumacis illas taxare, vt ex Bald. & Marant. tenet Azeued. *loco citato num.*5. Carpan. *ad Statut. Mediolan. par.*1. *cap.*10. *numer.*123. Borell. *in Summ. decis. tit.*46. *nu.*132. *& tit.*44. *nu.*392. 393. *&* 394.

Cuius tamen contrarium voluit Petrus Barbos. *in l. eum qui temerè, num.*267. *ff. de iudic.* vbi resoluit ad hanc taxationem faciendam contumacem esse citandum, ex Boer. *decis.*285. *num.*6.

Quamuis ad istarum expensarum solutionem non requiratur citatio, Hippolyt. *singul.*377. Gratian. *regul.*103. *num.*1. Iacob. Philip. Port. *in tract. comm. opin. lib.*1. *conclus.*43. *limit.*50. *& limit.*57. Borell. *in summa decis. tit.*44. *num.*391. *&* 46. *num.*59. 131. *&* 132. August. Barbos. *in l. sancimus, C. de iudic.* Vestr. *loco cit. num.* 2.

26 Secundò, non admittitur Actor contumax ad causam, nisi prius præstita per eum sufficienti cautione, quod in termino fideliter comparebit, vt patet ex Textu *in d. cap.*1. *vers. Ad citationem*, & hanc esse iuris noui dispositionem, dixit Innocent. relatus per Gloss. *in d. cap.*1. *in addit.* quicquid dixerit Hostien. ab eadem Gloss. reprobatus, quàm sequuntur, Anchar. *in d. cap.*1. *num.*7. Io: Andr. *num.*2. Monac. *num.*1. Archid. item *num.*1. Vestr. *loco cit. num.* 3. & ibi addent Scacc. *de Iudic. dicto cap.* 91. *sub num.*9. Rot. *decis.*7. *aliàs* 885. *num.*3. *de verb. signif. in antiq.*

Et hæc cautio debet esse cum fideiussore, vel pignore, Gloss. *in d. cap.* 1. *verbo sufficienter*, Archid. ibidem *num.*1. Franc. *num.*5. Monac. *num.*3. Pontifex enim *in d. cap.* 1. vsus est verbo *sufficienter*, quod importat cautionem cum pignore, vel fideiussore, vt latè pluribus allegatis dicit Felyn. *in cap. Ad nostram, num.* 7. *de iur. iuran.* Franc. *d. cap.*1. *num.*5.

Dicit tamen Gloss. *in d. cap.*1. *in verbo sufficienter*, quod si Actor contumax cauere cum pignore, vel fideiussore non posset, iuratoria cautio sufficeret, quod latè prosequitur Franc. *in d. cap.*1. *num.*5. dicens, quod si propter paupertatem, vel aliam iustam causam non possit Actor dare fideiussorem, vel pignus ad iuratoriam admitteretur cautionem, sed cum promissione pœnæ secundùm Innocen. quod etiam voluit Bart. *in l. Nisi*, §. *Quamuis*, *ff. si cui plusquam per legem falcid.* Imò debebit tunc obligare se, & omnia bona sua, & sic facere cautionem sibi possibilem, secundum Bald. *in l. an omnes*, §. *In hac*, *ff. de Episc. & Cleric.* & hanc doctrinam amplectitur Monac. *in d. cap.* 1. *num.*3. & sequitur Archid. *num.*1.

27 Tertiò, Reus citatus comparens poterit petere absolutionem ab obseruatione iudicii, Franc. *in d. cap.*1. *num.*4. Marant. *de ordin. Iudic. par.*5. *princ. num.*49. Ridolphin. *in praxi par.*3. *cap.*2. *num.*133. Scacc. *loco cit. num.* 9. Rot. *d. decis.* 885. *ad fin. & decis.*14. *alias* 345. *de dolo, & contum. in nou.*

28 Requiritur tamen, quod ad istum actum citetur Actor ad instantiam Rei, Innoc. *in cap. Consuluit, de off. deleg.* Franc. *in d. cap.*1. Rot. *d. decis.*885. *num.*4. Quidquid contra scripserit remissiuè Baron. *de citat. quæst.*46. *sub num.*21. referendo Petr. Barbos. *in l. ad Peremptorium, nu.*5. *de Iudic.*

Etsi per audientiam contradictarum procedatur, requiritur trina citatio, & quarta ex superabundanti, vt notatur *in d. cap. Consuluit*, & ibi Innoc. *& in cap. ad petitionem, de accusat.* Rota *decis.*3. *aliàs* 69. *de dolo, & contum. in nou.* vbi dicitur, quod si fiat hæc absolutio per delegatum, non
29 per hoc expirat sua iurisdictio, quo minus si infra annum Actor denuo Inconstans veniat ad iudicium in vim primæ
30 commissionis, possit procedere Iudex in causa citato, & vocato Reo de nouo, vt

31 per Innoc. *in d. cap. Conſuluit,* licet enim
32 pereat inſtantia iuriſdictio tamen remanet, quia perpetua.

33 Quartò, citatio ipſa Actore Inconſtante non comparente circumducitur per
34 indeque ac ſi nulla citatio interueniſſet, *l. & poſt Edictum*, §. 1. *ff. de iudic.* Marant. *in praxi par.6. de contum. num.*1. Grauat. ad Veſtr. *lib.*4. *cap.*4. *num.*14. Petrus Barboſa *ad l. properandum, num.*5. *ff. de iudic.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 8. *Gloſs.*2.*num.*28. Azeued. *loco cit. num.*2. Carpan. *ad Statut. Mediolan. d. cap.*10. *num.* 152. Baron. *de citat. tom.*1. *quæſt.*46. *à num.* 20. *cum ſeqq.* vbi multa ad materiam, & propterea niſi Actor compareat, & accuſet contuma-
35 ciam Rei, non interrumpitur præſcriptio, quæ aliàs per ſolam citationem interrumpitur, *l. ſicut*, *l. cum notiſſimi*, *C. de præſcript.* vt benè docet Bald. *in l. nam, etſi*, §. 1. *ff. de inoff. teſtam.* Tiraquell. *dicto* §. 8. *Gloſs.*2. *num.*150. Gratian. *cap.*66. *num.* 41. Fontanell. *deciſ.*274. *num.*24. diſtinguendo tamen inter præſcriptionem merè fauorabilem, odioſam, vel mixtam, quam materiam latè tractant Caſtill. *de Tertijs Regijs, cap.*35. *num.*6. Surd. *deciſ.* 5. *nu.* 2. *& ſeqq.* alijque relati à Carlenal. *de iudic. to.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſput.*4. *num.*22. Baron. *de citat. quæſt.*45. *tom.*1. *num.* 29. videtur enim ta-
36 citè Actor renunciare citationi Tiraquel. & Bald. vbi *ſupra*, Surd. *dicta deciſ.* 5. *ſub num.*5. *verſ. Quando citatio.*

Neque has pœnas, ſiue præiudicia euitabit Actor non comparens in termino
37 citationis, ſi citatio non fuerit legitima, vel legitimè executa, Scacc. *d. cap.*91. *nu.*5. Carpan. *ad Statut. Mediol. lib.* 1. *cap.* 10. *num.*151. Borell. *in ſumm. deciſ. par.*1. *tit.*46. *num.* 165. cum enim Actor certus ſit de
38 facto ſuo, vt dicit Rot. *deciſ.*53. *alias* 384. *in fin. de appell. in nou.* ſequitur quod reſpectu eius nihil refert, an citatio ſit legitima, necne Scacc. *loco cit. num.*5. *ad fin.*

Sed ad hoc, vt Actor Inconſtans huiuſmodi præiudicijs oneretur, requiritur
39 primò, quod Reus citatus in termino citationis compareat, & accuſet contumaciam Actoris, Franc. *in d. cap.*1. *in princ.* Rebuff. *ad conſt. Franciæ, tom.* 3. *tit. de contumacia, art.*7. *Gloſs. vnic. num.*9. Azeued. *loco cit. num.*1. Carpan. *ad Statut. Mediolan. par.*1. *cap.*10. *num.*151. Caccheran. *deciſ.*3. *num.*2. *deciſ.*71. *num.*48. *&* 49. Baron. *de citat. quæſt.* 45. *num.*81. Borell. *in ſumm. deciſ. tom.*1. *tit.*44. *num.*509.

40 Secundò, quod accuſata contumacia Actoris de licentia Iudicis à iudicio recedat, Alex. *in l. ſi finita*, §. *Iulianus*, *nu.* 25. *ff. de damn. infect.* Azeued. *loco cit. num.* 2. Duen. *reg.*153. *limit.*1. *&* 2. Baronius, qui alios cumulat *de citat. to.*1. *quæſt.*47. *num.*3.

41 Vel expectet, donec Iudex diſceſſerit de Tribunali, & accuſet contumaciam, Abb. *in d. cap. Conſuluit, num.* 7. Duen. & Azeued. *locis citatis*, Baron. *de citat. tom.*2. *in addit. ad quæſt.*47. *ſub num.*7. *cum ſeqq.*

42 Etſi vnum ex his deficiat, circumducta redditur citatio tam ex parte Actoris, quàm Rei, Bart. *in d. l. ſi finita*, §. *Iulianus*, *ff. de damn. infect. not. in cap. Conſuluit, de offic. deleg.* & ibi Innocent. Doctores *in l. calumniam*, *ff. de pœn.* Franc. *in d. cap.* 1. *num.*1. Rebuff. *loco cit. art.*1. *Gloſs.*1. *num.*1. Azeued. *loco cit. verſ.* 29. Scacc. *loco cit. num.* 12. & compenſabitur contumacia
43 cum contumacia, ſine abſentia cum abſentia, Archid. *in dicto cap.*1. & Io. Andr. *in princ.* Gloſs. *in addit. ad fin. l. ſi ambo*, *ff. de compenſ.* Scacc. *loco cit.* Petrus Anchar. *conſ.*97. *per tot.* Oliban. *de act. par.*1. *lib.*3. *cap.*4. *num.*30. Fab. *in Cod. lib.*3. *tit.*1. *de indic. diffinit.*29. *&* 30. Aſin. *in praxi*, §. 17. *de litis conteſt. cap.* 1. *verſ. Præcedens concluſio*, Fontanell. *deciſ.*274. *num.*10.

Quod tamen intellige de citatione particulari ad certum actum, non autem de
44 citatione generali ad totam cauſam, nam licèt quo ad terminum, in quo neuter comparuit, ſit circumducta citatio, non tamen quoad totam cauſam, & alios actus Franc. *in d. cap.* Rot. *d. deciſ.*14. *alias* 345. *de dol. & contum. in nou.* Hieronym. Portoles ad Molin. *verb. Actor, num.* 6. Baron. qui alios refert *de citat. to.*1. *q.*46. *num.*23.

Quando autem licita ſit citatio ad totam cauſam, vide Grauat. ad Veſtr. *dicto cap.*4. *num.*15. Borell. *in ſumm. deciſ. par.* 1. *tit.*44. *nu.*482. Baron. *de citat. quæſt.*16. *to.*1. *num.*150. Vbertus *de citat. tom.*1. *cap.*7. *verſ. de citatione generali, num.*113. *& ſeqq. & capit.*9. *num.*409. Rota *rec. par.*5. *deciſ.*199. *nu.*16. *& deciſ.* 291. *nu.*2. *&* 3. *par.* 10. *rec.*

Euitabit tamen Actor Inconſtans huiuſmodi præiudicia, ſi iuſto impedimen-
45 to, vel cauſa legitima detentus ad iudicium accedere non potuit, Franc. *in dicto cap.*1. *num.*3. Butr. *item nu.*3. Archid. *nu.*1. Io: Andr. *item nu.*1. Anchar. *nu.*18. Scacc. *loco cit. nu.*8. Couarr. *pract. quæſtion. cap.*27. *num.*3. poſt Rebuff. Azeued. *loco cit. nu.*7. Afflict. *deciſ. Neapol.* 29. *nu.*3. Gaill. *pract. obſeruat. lib.*1. *obſeruat.*59. *num.*2.

Quæ verò ſit legitima cauſa, vel iuſtum impedimentum, & quomodo probetur,
46 an per iuramentum partis, an per alium probandi modum arbitrio Iudicis remittendum eſſe, voluere Archid. Io: Andr. Franc. Anchar. & Butr. *in d. cap.*1. Rebuff. & Azeued. *locis citatis*, qui exemplificant
47 quando Iudex eſſet abſens à loco iudicij, quod expreſsè voluit Archid. *in d. cap.* 1. *num.*2. & ad materiam vide Doctores, quos refert Borell. *in ſumm. deciſ. par.*1. *tit.* 64. *nu.*37. 38. 39. *&* 40. Vbertus *de citat. cap.*10. *num.* 448. *cum ſeqq.*

QVÆSTIO III.

ARGVMENTVM.

Quid si Actor vnà cum citatione porrexit libellum, an possit esse Inconstans; & in quibus casibus.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui porrexit libellum, tenetur exercere litem vsque ad finem, & num.* 9.
2 *Aliàs Reus absoluitur ab obseruatione Iudicij.*
3 *Ac etiam ab impetitis per sententiam definit.*
4 *Dilationes Actori assignandæ pendent ab arbitrio Iudicis.*
5 *Reus per definitiuam absoluitur etiam lite non contestata quando Actor porrexit libellum, & postea amplius non comparuit.*
6 *Actor non tenetur sustinere litem Reo consentiente.*
7 *Actor non tenetur comparere quamuis libellum porrexerit, quando Reus quoque est contumax.*
8 *Petitorium intentans an, quando, & quomodo transire possit ad possessorium, & petitorium suspendere.*
10 *Actor inuita parte non potest liti renunciare.*
11 *Modum Iudicij Actor mutare potest etiam inuita parte.*
12 *Iudicium solemniter cæptum, an debeat solemniter terminari.*
13 *Actor liti renunciare potest.*
14 *Actor renunciare potest instantiæ remanentibus sibi actionibus, pro quibus libellauit.*
15 *Reus excommunicatus an, & quomodo possit cogere Actorem ad persistendum super actione intentata.*
16 *Iudex potest ex officio cogere Actorem ad persistendum in Iudicio.*
17 *Solemnitates* Auth. Qui semel, C. quomodo, & quando Iudex, *an seruandæ sint in foro Ecclesiastico.*
18 *Dilationes abbreuiantur secundum consuetudinem Fori.*
19 *Actor citare faciens personam Ecclesiasticam coram Iudice sæculari pœnas, & censuras incurrit.*
20 *Citatio sufficit, vt citatus dicatur in iudicium trahi.*
21 *Citari faciens personam Ecclesiasticam coram Iudice sæculari, an, & quando, possit pœnitere ad euitandas pœnas, & censuras, & num.* 24.
22 *Deus facere non potest, quod factum non sit factum.*
23 *Pœnitentia non datur in præiudicium alterius partis, cui fuit ius quæsitum.*

1 CERTVM est, quod vbi Actor vnà cum citatione porrexit libellum, illicita est Inconstantia, ille enim tenetur vsque ad finem litem exercere, Textus est expressus *in Auth. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex.* & ibi Gloss. & Doctores præsertim Bart. Corn. Odofred. Castrens. Innocent. *in cap.* 1. *vt lit. non contest. in princip.* Soccin. *cap.* 2. *de libell. oblat. num.* 145. Afflict. *decis.* 173. *num.* 5. Rota *d. decis.* 7. *aliàs* 885. *in antiq. de verb. signific.*

2 Si autem sit Inconstans, tunc Reus seruata forma tradita in dicto Textu, *vers. Qui si causam*, poterit petere à Iudice non solùm absolutionem ab obseruatione iudicij, iuxta Textum *in d. cap.* 1. *de dolo, & contumacia*, sed etiam absolutionem à pe-
3 titis per sententiam definitiuam, vt disponit idem Textus Odofred. ibidem Corneus, & cæteri Doctores, Innocentius *in dicto cap. Consuluit, de offic. deleg.* Rota *dicta decis.* 7. *aliàs* 885. *de verb. signific. in antiq. & decis.* 3. *aliàs* 69. *de dolo, & contumacia, in nou.* Petrus Barbosa *in dicta l. properandum num.* 11. *ff. de iudic. qui num.* 12. subiungit, quod licèt vt procedatur ad sententiam in ea lege dentur dilationes longæ Actori absenti, & non comparenti, tamen prædictæ dilationes consuetudine sunt abroga-
4 tæ, & tantùm assignantur dilationes arbitrio Iudicis, Gloss. *in d. Auth. Qui semel, verb. per interualla*, & ibi Bart. *num.* 14.

Et hæc absolutio à sententia diffinitiua potest peti à Reo, etiam lite aliqua non
5 contestata, quia est singulare in hoc casu, vt voluit Textus *in d. Auth.* ibi, *& si lis cæpta non sit*, Corn. *ibid. num.* 11. Odofred. *num.* 3. Rota *d. decis.* 3. *aliàs* 69. *de dolo, & contumacia*, Petrus Barbosa *in dicta l. properandum num.* 10. *&* 11.

6 Licita tamen erit Inconstantia, si Reus consentiat, nam Textus *in dict. Auth.* ibi, *Reo postulante*, supponit ad instantiam Rei posse Actorem cogi ad substinendam litem vsque ad finem, Soccin. *in d. cap.* 2. *de libell. oblat. num.* 5. *vers. Et hoc procedit*, Cagnol. *in l. edita num.* 181. *C. de edend.* vbi dicit hoc seruari in practica.

7 Dic secundò, licitam esse Inconstantiam, si Reus quoque sit contumax, *l. si priusquam, ff. de oper. nou. nunciat.* Alexand. *ibid.*

ibid. nu. 42. Felyn. *d. cap.* 2. *de libell. oblat. n.* 18.

8 Dic, tertiò licitam esse Inconstantiam, & *Auth. prædictam* non habere locum in casu, *cap. Pastoralis de caus. possess. & propriet.* nam in casu illius decretalis ex permissione iuris potest Actor suspendere petitionem primò productam iam in petitorio, & transire ad possessorium, nouam petitionem

9 producendo, Roman. *in l. Si tibi num.* 3. *ff. de Carbon. edict.* Felyn. *in d. cap.* 2. *nu.* 18. *vers.* 3. *Limita,* Alex. *in d. l. priusquam nu.* 42.

Hinc dicit Castrens. *in l. Si conuenerit, vers. Quæro quid si num.* 6. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* quod licèt Actor litem incohatam peragere teneatur, nec illi in parte inuita

10 liceat renunciare, tamen in modo litis exercendæ secus esse, & repetit Sola *ad consuetudines Sabaudiæ tit. de causis miserabilium personarum, glossa* 2. *numero* 21. vbi quærit an iudicium solemniter cæptum

11 debeat solemniter terminari, & concludit, quod ex consensu tacito, qui elicitur ex actibus solemnibus non infertur, quod

12 in alijs non sit locus pœnitentiæ, & Glossa solemnis *in Clemen. sæpe* §. *fin. de verb. signific.* Felyn. *in cap. Cum ordine de rescript.*

De qua Inconstantia dicemus infra suo loco.

13 Dic quartò, posse esse Actorem inconstantem, si vellet liti renunciare iuxta terminos, *l. postquam, C. de pact.* Bart. *in dicta l. edita, num.* 11. Soccin. *in dicto cap.* 2. *num.* 145. Gallerat. *de renunc. centur.* 1. *renunc.* 18. *num.* 14.

De qua Inconstantia dicemus pariter suo loco.

14 Sed poterit tamen Actor renunciare instantiæ remanentibus sibi actionibus, & causa, per quam libellauit, vt per *dictam Auth. qui semel,* voluit Bart. quem sequitur Curt. iun. *in d. l. edita num.* 143. *C. de edend.* Borell. *in Summ. decis. par.* 1. *tit.* 49. *nu* 159.

15 Dic quintò, posse Actorem esse inconstantem, si Reus esset excommunicatus, is enim non potest cogere Actorem ad persistendum super actione intentata, Abbas *in cap. Cum inter priorem de except.* Anton. de Butr. *in cap. Intelleximus de iudic.* Felyn. latè disputans articulum *in cap. Cum inter Priorem nu.* 9. *vers. Vtrum excommunicatus, de renunc.* Afflict. *decis.* 268. *num.* 3. *ad finem.*

Sed licèt Reus excommunicatus non possit cogere Actorem ad persistendum

16 in iudicio, hoc tamen potest facere Iudex ex officio, Dec. *in dicto cap. Intelleximus num.* 72. *de Iudic.* Contard. *ad l. diffamari, C. de ingen. & manum. ampliat.* 14. Alphan. *ad dict. Auth. qui semel collect.* 80. Dicit tamen Felyn. *in dicto cap. Cum inter Priorem num.* 10. quod si tractaretur in casu nostri Textus de præiudicio irreparabili excommunicati, illius dispositionem fortè posset practicare.

17 An autem in foro Ecclesiastico solemnitates *dict. Auth.* seruandæ sint? Negat Butr. *in cap. Causam de dolo, & contumacia, num.* 11. Roman. *singul.* 409. & licèt dicat hoc dictum sibi non videri verum, transit

18 tamen cum eo, à quo non recedas, quia tum, vt supra dixi, huiusmodi solemnitates non seruantur de consuetudine; Tum quia dilationes abbreuiantur secundùm consuetudinem Fori, Bart. *in dicta Auth. qui semel. num.* 14. *addit. ad Roman. dict. singul.* 409. *vt supra.*

Sed an qui citauit personam Ecclesiasticam coram Iudice seculari possit pœni-

19 tere, itaut pœnis, & censuris non ligetur fulminatis contra laicos trahentes Clericos, vel personas Ecclesiasticas ad iudicium seculare iuxta Textum *in cap. Placuit* 11. *quæst.* 1. & per Canonistas *in cap. si diligenti de foro compet.* & per allegat. à Grasso *effect.* 1. *numero* 413. & adest Constitutio Martini Quinti, de qua per Scacc. *de iudic. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. & successiuè Bulla

20 in Cœna Domini: Quia trahere ad iudicium intelligitur per solam citationem, Abbas *in cap. Significantibus de libelli oblat.* Maran. *in Speculo par.* 4. *diff.* 11. *num.* 2. Bellon. *de interualli cap.* 207. *num.* 1.

21 Et illicitam esse Inconstantiam, quia iam pœna est incursa per citationem, vt voluit Syluester *in Summ. verb. Iudex il primo num.* 3. Grass. *d. effect.* 1. *num.* 415. ex quo

22 nec etiam Deus potest facere, quod factum non sit factum *l. furtinè*, vbi omnes Scribentes *ff. de furt. l. in bello*, §. *factæ, ff. de cap.* Rimin. iun. *cons.* 46. *num.* 89. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 2. Surd. *cons.* 429. *nu.* 55. *lib.* 3. Barz. *decis.* 47. *num.* 28. Fermos. post hæc scripta visus *de iudic. quæst.* 16.

23 Secundò, quia per talem citationem est acquisitum ius Clerico conuento, ideo in præiudicium ipsius illicita est Inconstantia *l. Sicut, C. de action. & obligat.* cum alijs per Grass. *loco cit. num.* 421.

Contrarium tamen, licitam esse Inconstantiam, si incontinenti, & statim quis

24 pœniteat, quia, quæ incontinenti fiunt, videntur inesse *l. lecta, ff. si cert. pet.* voluit Abbas *in cap. Si diligenti num.* 18. & 19. *de foro compet.* Bellon. *de interuall. d. cap.* 207. *num.* 2. Grass. *d. effect.* 1. *num.* 430.

Imò locum esse Inconstantiæ ante litem contestatam voluit Castrens. *in l. in criminali num.* 4. *in fin. C. de iurisdict. omn. Iudic.* & hanc opinionem veriorem, & benigniorem testatur, & sequitur Angel. *ibid. num.* 5. & tradit Gloss. *in cap. Si diligenti de foro compet. in verbo causam perdant,* Io. Andr. *ibid.* Imol. *num.* 3. Abbas *nu.* 19. dicit esse locum pœnitentiæ vsque ad sententiam, Georgius Natt. *in Clemen. sæpe, in princip. n.* 25. *de verb. signific.* cum alijs per Daniel. de Nobilibus *in selectis disput.* 1. *num.* 35.

QVÆSTIO IV.

ARGVMENTVM.

Quid si Actor citauerit Reum ad certam causam, an possit Inconstans eum comparentem cogere, vt in alia respondeat: Et an si citauerit Reum coram vno Iudice, possit Inconstans pro eadem causa coram alio ipsum citare.

SVMMARIVM.

1 *Actor, qui citauit Reum pro certa causa an, & quando Inconstans possit illum cogere, vt respondeat in alia causa, & num. 4. cum seq.*

2 *Præsens in iudicio non est citandus.*

3 *Iudex, qui citaret præsentem in iudicio fatuus esset.*

6 *Iudicium inceptum coram vno Iudice non potest intentari coram alio.*

7 *Iudicium vbi est cæptum, ibi debet terminari.*

8 *Iudici ad incæptionem sufficit sola citatio.*

9 *Citatio sola inducit pendentiam litis respectu Actoris.*

10 *Iudicium coram vno Iudice inceptum etiam ante litis contestationem non potest intentari coram alio.*

11 *Causa principali incepta coram vno Iudice non potest coram alio intentari causa connexa, vel dependens ab ea.*

12 *Iudicium voluntariæ iurisdictionis coram vno Iudice propositum non potest intentari coram alio.*

13 *Iudicium incæptum coram Arbitro an, & quando possit intentari coram Iudice ordinario.*

14 *Iudicibus pluribus delegatis vbi Actor comparuit coram vno eorum, non potest Inconstans eo relicto coram altero comparere.*

15 *Quid si primus Iudex negligens esset in exequendo delegationem.*

16 *Primo executore pronunciante litteras Apostolicas non esse exequendas, non potest adiri alius Executor, sed appellari debet ad Metropolitanum, vel ad Papam, & num. 18.*

17 *Executor litterarum Apostolicarum recusans illas exequi ex iusta causa, non dicitur negligens in exequendo.*

18 *Iudicium inceptum coram Ordinario non potest trahi coram Delegato.*

19 *Iurisdictio Papæ præueniri potest nisi deinde Papa causam auocet ex certa scientia.*

20 *Rescriptum impetratum tacita citatione iam emanata non suffragatur.*

21 *Iudicium ex causa necessitatis incæptum coram vno Iudice potest perfici coram alio.*

22 *Quid si necessitas superueniat.*

23 *Suspicionis fugæ iudicio incæpto coram vno Iudice an possit ad capturam deueniri coram alio.*

24 *Miserabilibus personis competit electio Fori.*

25 *Et an possint iudicium incæptum coram Iudice ordinario relinquere, & ad forum Principis conuolare.*

26 *Quid post litem contestatam.*

27 *In qualibet parte iudicij.*

28 *Et post conclusum in causa.*

29 *Vel in secunda, ac vlterioribus instantijs.*

30 *Persona miserabilis variatione semel facta an, quando, & quoties possit redire ad primum Iudicem, & num. 32. cum seqq.*

31 *Inconstantia est licita quando electio competit de iure.*

34 *Variatio in iudicio damnatur.*

35 *Variatio tanquam odiosa, & legibus exosa vitanda est.*

36 *Variatio non competit Actori priuilegiato, quando Reus pariter est priuilegiatus.*

37 *Paria priuilegia ad inuicem conquassantur, & res ad ius commune reducitur.*

38 *Inter priuilegia diuersæ speciei attenditur, quod est potentius.*

39 *Plurium miserabilium personarum priuilegijs concurrentibus quale dicatur potentius.*

40 *Reus contumax non potest litis pendentiam allegare.*

41 *Reus, qui citatus dixit nolle comparere in iudicio, contumaciam incurrit, etiamsi inconstans deinde compareat.*

42 *Quid si compareat antequam Iudex à iudicio discedat.*

43 *Reus contumax contumaciam purgare paratus mediante refectione expensarum potest litis pendentiam allegare.*

44 *Variatio an, & quando permittatur in iudicio executiuo.*

45 *Variatio admittitur de vno Iudice ad alium quando Actor coram primo Iudice non potest consequi complementum iustitiæ.*

46 *Quid si primus Iudex non potest se ingerere super causa principali.*

47 *Vel citatio facta coram primo Iudice est nulla.*

48 *Vel præiudicaretur iurisdictioni alterius.*

49 *Exceptio litis pendentiæ opponenda est ante litem contestatam alias non operatur.*

50 *Iudicium intentatum coram vno Iudice non*

est nullum ex eo, quod causa pendeat coram alio nisi parte opponente.

51 *Litis pendentiam opponens appellare debet ab ulteriori processu.*

1 QVOAD primam partem, illicitam esse in Actore Inconstantiam voluere Innocentius *in cap. Licèt num. 2. de offic. delegat.* Bald. *in l. si accusatoribus, C. de accusat. & in l. cum fratrem in fin. C. quibus vt indig.* Marsil. *in repet. l. de vno quoque num. 176. ff. de iudic.* Abbas *in cap. Pastoralis num. 6. de caus. poss. & propriet.* Asin. *in prax. Florent. §. 7. cap. 5. limit. 90. n. 9.* Prax. Lusitan. *lib. 2. cap. 5.* Græu. ad Gaill. *conclus. 51. consider. 1.* Ratio est, quia licèt
2 Reus comparuerit, & sic præsens in iudicio minimè citandus sit, *l. de vno quoque, ff. de re iudicata,* Surd. *conf. 227. num. 16.* Schrader. *de feud. par. 9. cap. 7. num. 49.* Post. *de manut. obseruat. 102. nu. 46.* Gregor. *decis. 576. num. 1.* vbi Add. *nu. 15. decis. 166. par. 12. recent. num. 10.*

3 Imò fatuus esset Iudex, qui præsentem in iudicio citaret, Asin. *loco citato num. 3.* Græu. *d. conclus. 51. considerat. 2.* Borell. *in Summa decis. par. 1. tit. 44. num. 15. & 16.*

Cum tamen comparuerit deliberatus ad vnam causam, non potest cogi ad respondendum in alia, ad quam deliberatus non accessit, Bald. *in dicta l. accusatoribus. num. 13. C. de accusat.* Marant. *in specul. verb. & rectè concipiatur citatio num. 13.* Verall. *decis. 123. num. 4. par. 3.*

4 Sed contrariam opinionem, quod licita sit Inconstantia, voluere Alex. *in d. l. de vno quoque, num. 2.* Iason. *in l. 1. num. 9. & 12. ff. de in ius vocan.* Felyn. *in cap. 1. num. 18. de iudic.* Gaill. *d. conclus. 51.* & ibi Græu. *consid. 2.* cum quo Gaill. videtur transire Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 88. nu. 25.* communiorem dicit Fermosin. *de iudic. ad Text. in cap. 1. de caus. possess. & propriet. quæst. 7. num. 1.*

Non est tamen recedendum à priori opinione, quam tenet Rota, vt per Verall. *decis. 107. num. 2. par. 1. & decis. 123. nu. 3. par. 3.*

Vel fœdere distinctionis vtramque opinionem compone, vt scilicet præsentia
5 Rei sufficiat ad hoc, vt mutatam petitionem, seu libellum accipere teneatur, non autem vt illicò teneatur respondere, vt cum multis distinguit Græu. *d. conclus. 51. consider. 2. num. 6. & 10.*

Hæcque conclusio eò magis habebit locum, si Actor citet Reum apud Iudicem, qui iurisdictionem in causa expressa in citatione tantummodo habeat, tunc enim nullo modo Inconstans potest à priori causa in citatione expressa recedere, bellè Kilchennius *in l. edita num. 31. vers. Octaua declaratio, C. de edend.*

De Inconstantia in Iudicijs.

Quo verò ad alteram partem, an Actor, qui citauit Reum coram vno Iudice possit Inconstans pro eadem causa coram alio Iudice ipsum citare?

Materia est legis *vbi cæptum, ff. de iudic.* quam latè examinant Felyn. *in cap. Ex tenore à num. 14. de rescript.* Gabriel. *de iudic. conclus. 1. lib. 2.* Trentacinq. *variar. eodem titulo resolut. 3. lib. 2.* Tusc. *litt. I, conclus. 487.*

6 Dic ergo illicitam esse Inconstantiam, nec posse Actorem, qui citauit Reum super vno negotio, super eodem eundem Reum coram alio Iudice citare, *d. l. vbi cæptum, ff. de iudic. l. nulli, C. eodem titulo,* Gloss. *in dicto cap. Ex tenore de rescript. §. Quoniam Auth. de Testam.* regulariter enim
7 vbi cæptum est iudicium, ibi debet terminari *d. l. vbi cæptum,* Afflictus *decis. 354.* Diaz. *reg. 382.* Gabriel. *d conclus. 1. de iudic.* Tusc. *loco citato litt. I conclus. 487.* à Ponte *cons. 70. num. 1. & 2.* cum pluribus relatis à Giurb. *decis. 23. num. 1.* Nouar. *de elect. for. sect. 1. quæst. 1. num. 19.* Viu. *decis. 459. nu. 11.* Cabedus *decis. Lusit. 25. par. 1.* Rota *decis. 91. num. 19. par. 6. recent.* & hoc casu
8 iudicium dicitur cæptum per solam citationem, Guido-pap. *decis. 421.* Iason. *in l. cum quædam Puella num. 6. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Cassan. *cons. 45. num. 27.* Tusc. *loco citato num. 2.* Surd. *cons. 542. num. 2.* licèt non figat pedem, Menoch. *de arbitr. cas. 202. num. 7. 8. & 9.*

9 Quo enim ad Actorem sola citatio inducit litis pendentiam, Rota *decis. 17. num. 4. de dolo, & contumacia in nou. & decis. 6. vt lit. penden. in nou.* Menoch. *loco citato, num. 8. & 9.* Buratt. *decis. 871. nu. 6.* Bichius *decis. 12. num. 2.* Dunozett. iun. *decis. 574. num. 1.*

10 Et propterea etiam ante litis contestationem illicita erit Inconstantia, Glossa, & Doctores *in d. l. vbi cæptum,* Guido-papa *dicta decis. 421.* Gabriel. *loco citato, num. 1. vers. 1. Declara -*

11 Quod primò amplia, vt non solùm illicita sit Inconstantia in causa principali, sed etiam in connexa, vel ab ea originem trahente, Felyn. *in d. cap. Ex tenore, num. 19.* Bald. *in cap. 1. de controuers. inuest.* cum alijs per Gabriel. *loco citato num. 3.* Polyd. Rip. *obseruat. 140. num. 2. & 3.* Facchin. *controuers. lib. 11. cap. 78. vers. Et maximè il secondo,* cum alijs per Giurb. *d. decis. 23. num. 1.*

Amplia secundò, vt cesset Inconstantia in iudicio voluntariæ iurisdictionis, in
12 iis enim habet locum regula *dicta l. vbi cæptum,* Lap. *allegat. 78. in 2. quæst.* Lancell. Dec. *in dicta l. vbi cæptum, colum. 1.* Philip. Dec. *in dicto cap. Ex tenore de rescript. nu. 33.* vbi Felyn. *num. 19. vers. Amplia,* qui omnes mouentur per Textum *in l. 1. ff. de offic.*

Consul. Gabriel. *citata conclus.* 1. *numer.* 4. Calà *de modo articul. in Summ. glos.* 1. *nu.* 34.

13 Amplia tertiò, etiamquod Actor citasset Reum coram Arbitro, si ex forma Statuti laudum habet paratam executionem, Castrens. *in l. pecuniam, num.* 2. *ff. si cert. pet.* Alex. *ibidem num.* 11. Iason. *nu.* 6. Lancell. Dec. *in l. vbi cœptum, numer.* 2. Philip. Dec. *d. cap. Ex tenore dicto num.* 33. Felyn. *ibid. num.* 19. qui dicit secus esse, si laudum non habeat paratam executionem, quia tunc Inconstantia licita esset, nam posset Actor, omisso iudicio coram Arbitro, citare aduersarium coram Ordinario, soluta tamen pœna in compromisso apposita, *l. si quis rem, ff. de arbitr.* Mant. *decis.* 121. *num.* 10. & 11. quia sententia Arbitri non habet in se efficaciam, nec inducit actionem, neque exceptionem, si Actor Inconstans paratus est soluere pœnam, Castrens. *in dicta l. pecuniam, num.* 2. *ff. si cert. pet.* Gabriel. *loco citato num.* 5.

Licita autem non esset Inconstantia quamuis laudum executionem non haberet, sed solùm pareret actionem, vel exceptionem, Castrens. *in d. l. pecuniam, & l. qui fidem, ff. de transact.* Felyn. *in dicto cap. Ex tenore num.* 19. *vers. fallit* 10. ad quem recurre.

Amplia quartò, vt illicita sit Inconstantia etiam coram Iudicibus delegatis,
14 quia Actor, qui citauit Reum coram vno ex dictis Iudicibus, non potest eo relicto citare Aduersarium coram altero, vt est Text. *in dicto cap. ex tenore*, & ibi Abbas, Anchar. & Felyn. Gabr. *loco citato num.* 6. Dec. *in d. cap. ex tenore num.* 33. Vbert. post hæc scripta visus, *de citat. cap.* 12. *nu.* 351. Greg. XV. *decis.* 46. *num.* 8. *decis.* 91. *par.* 6. *rec. num.* 20.

Quod tamen intellige, nisi daretur negligentia in primo Delegato, seu Execu-
15 tore, quia tunc Actor posset secundum adire, Garz. *de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 60. *& seq.* vbi plures refert Rotales Decision. Rot. *decis.* 773. *par.* 1. *recent.* cum aliis per Addent. *ad dicta decis.* 46. *Gregor. XV.* vbi
16 quod si primus Executor pronunciat, litteras non esse exequendas, non potest adiri secundus, sed debet appellare ad Metropolitanum, seu ad Papam, Garz. *loco cit. num.* 63. Gratian. *discept. forens. cap.* 92. *num.* 31.

17 Non enim dicitur negligens, qui ex causa recusat exequi litteras Apostolicas, Rot. *decis.* 273. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* Adden. *ad decis.* 46. *Gregor. num.* 10. *in fine*. Et quod in casu negligentiæ primi Executoris non habet locum *d. l.* vbi cœptum voluit Gabr. *loco citato num.* 25. *&* 26.

18 Amplia quintò, vt nec licita sit Inconstantia, si Actor vellet citatum Reum coram Ordinario, illum trahere coram Delegato, Abb. *in cap. cum Ecclesia, de appellat.* Decius *in dicto cap. ex tenore, num.* 33. Gabriel. *loco cit. num.* 7. qui *nu.* 9. subampliat etiam respectu Papæ cuius iurisdictio potest præueniri, nisi causam ex certa scientia auocaret, ex Franc. *in cap. vt debitus, col.* 13. *de appellat.*

Amplia sextò, vt nec Actor Inconstans possit esse impetrando rescriptum tacita
20 citatione iam emanata, Gabr. *vbi supra*, post Lupum, *in cap. per vestras, num.* 12. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 202. *num.* 7. *&* 8.

Dic tamen primò, licitam esse Inconstantiã, quando ex causa necessitatis iudicium
21 cœptum est coram vno Iudice, quia coram alio potest perfici, *l. sed & si restituatur, §. Sed si dies, ff. de iudic.* & ibi Bart. & Gloss. idem Bart. *in l. vbi cœptum*, vbi am-
22 pliat, siue necessitas insit à principio, siue superueniat ex post facto, Angel. *in dicta l. vbi cœptum*, & ibi Castrens. Bald. & Angel. Felyn. Brun. & Corset. quos allegat Gabr. *loco cit. num.* 13. addo Grat. *discept.* 906. *num.* 19. vbi infert, quod si esset
23 cœptum iudicium ob suspicionem fugæ coram vno Iudice, licita est Inconstantia, cum Actor possit ad capturam coram alio Iudice deuenire, vbi reprobat Guid. Foian. & Caccialup. contrarium tenentes.

Dic secundò, licitam esse Inconstantiam, quando Actor, qui citauit coram
24 vno Iudice, est persona miserabilis, cui competit fori electio, nam is omisso illo iudicio, ad Principis forum conuolare poterit, in his enim personis miserabilibus cessare dispositionem Text. *in d. lege vbi cœptum*, voluere Soccin. *cons.* 94. *nu.* 3. *vol.* 3. Neuizan. *silu. nupt. lib.* 6. *num.* 38. & ita iudicatum dicit Parpal. post Afflict. *in Const. Regni, de officio Magistri Iustitiæ, qu.* 13. *num.* 36. Natt. *cons.* 590. *num.* 15. Franch. *decis.* 100. *num.* 20. Thesaur. *decis.* 177. *num.* 6. Carauit. *in rit.* 233. *num.* 9. Nouar. *in praxi var. for. sect.* 1. *quæst.* 1. *num.* 20. plenè Carleual. *de iudic. disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *nu.* 601.
26 vbi quod istæ personæ miserabiles possint esse Inconstantes etiam post litem
27 contestatam, & in qualibet parte litis
28 etiam post conclusum in causa, atque item in instantia appellationis secunda,
29 Cancer. non relatus à Carleual. *var. resol. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 27.
30 Sed an facta semel variatione Inconstans possit ad primum Iudicem redire, vel alium eligere? Afflict. *in Constit. Sicul. rubr.* 37. *num.* 36. tenet opinionem affirma-
31 tiuam, quia vbi electio datur à Iure, licita est Inconstantia, *l. cum qui certarum, §.* 1. *de verb. obligat.* quem sequuntur Foller. *in praxi crimin. in verbo audiantur excusantes, num.* 99. *&* 100. Carauit. *in d. rit.* 233. *nu.* 8. Muscatell. *in praxi in Gloss. competens, lib.* 1. *par.* 2. *num.* 3. Trentacinq. *var. lib.* 2. *de ci-*

tat. resolut.2. num.2. Franc. *d. decis.*100. *ad fin.* quamuis dicat, quod raro vidit variasse viduam à magna Curia ad suum Iudicem ordinarium; hos omnes refert, & sequitur Nouar. *sect.*1. *qu.* 3. qui dicit hanc opinionem esse tenendam, quia seruatur in praxi, de qua testatur Thorus *in compendio, verb. variatio de vno Tribunali, &c. tom.* 5. & fusius *in verb. Vidua, an possit absentibus, cod. to.*5. Intrigliol. *lib.*1. *singul.*17. & ibi Add. Scacc. *de appell. quæst.*7. *n.*121. Mastrill. *decis.*147. *ex num.*28. *& decis.*268. *ex num.*24. & conferunt tradita ab eodem Afflict. *decis.* 146. & ibi Vrsill. Carleual. *de Iudic. tom.*1. *tit.*1. *disput.*2. *quæst.*6.*sect.*7. *num.*609.

32 Contrariam tamen opinionem perTextum *in l. si quis iusiurandum, C. de reb. credit.* voluit Bald.*in Auth.habita col.*9.*quæst.*1. *in fine, Cod. ne fil. pro patr. & in l.* 1. *col. fin. C. de furt.* Bart. *in l. post legatum, num.*3. *de his, quibus, vt indig.* Iason. *in l. Quicquid adstringendæ, nu.*9. *ff.de verb. oblig.* Marchesi. *de commiss. tit. de auocat. caus. part.* 2. §. 2. *num.*85. vbi latè examinat,& reprobat adducta per Afflict. *loco superius citato*, Sanfelicius *decis.* 73. *nu.* 14. *&* 15. Azeued. *in l.* 8. *&* 9. *num.*5.*tit.*3.*lib.*4.*recopilat.*Couuar. *pract. quæst. cap.*7. *num.*5. *versic. nonò*.

33 Concordat has opiniones Cumia *in rit. Sicil. cap.*38. *num.*466. vt prima habeat locum iusta subsistente causa, quæ de nouo superueniat; secunda nulla superueniente causa, cum qua transire videtur Carleual.*de Iudic.tom.*1.*tit.*1.*disput.*2. *qu.*6.*sect.*7. *num.* 611. & tunc solùm bis permittatur electio, & vnica tantum variatio; Si autem adesset suspicio collusionis, cessaret Inconstantia, Carleual. *vbi supra num.*612. plenè Capi-blanco *in pragmat.* 8. *par.*1. *ex num.*340. *&* 345. *de Baronibus*, eò maximè si à Curia supremi Principis recederetur, & citatio fieret secundò coramOrdinario, Franc. *d. decis.*100. Carleual. *superius citat.* qui alios refert *num.*614. *ad fin.* Io:Campa-
34 na Aduocatus Neapolitanus, *in Consultat. siue allegat. pro vidua, relata per* Thor. *dicto verb. Vidua,vers. quoad secundum, circa punctum collusionis*, vbi dicit, quod quando vidua elegit forum Regium, deinde Inconstans vult variare ad Curiam inferio-
35 rem, tunc magis subsistendum, quia variatio in iudicio erubescenda est, Bartholom. de Capua *in Constit. Regni obscuritatem, n.*7. Campagn. *Const. Regni* 41.*n.*15. Bald. *cons.*326. *num.*4.*vol.*1.Calder. *cons.*21. *de iurepatr.* ac tanquam odiosa, & legibus inimica vitanda est, Marchesi. *de commiss. tit. de auocat. caus. par.*2. §. 2. *num.*86.

36 Cessabit tamen hoc in casu Inconstantia Actoris, si Reus citatus haberet simile, vel par ius eligendi forum, nam priuilegia conquassantur, & res reducitur ad ius
37 commune, Vincent. de Franch. *decis.*188. Aloys. Ricc. *par.*1.*collect.*1. *verb.*1. Scacc. *de appell. par.* 7. *num.* 128. Azeued. *in dict. l.*8. *num.*7. Ridolphin. *in prax. par.*3. *cap.*4. *sub num.* 131. *vers. Quartò non procedit*, Rota *decis.* 557. *num.* 1. *par.* 1. *diuersorum*, *&* 193.*nu.*25.*par.*7.*recent.* Grat. *discept.*182. *num.* 21. cum aliis per Nouar. *dicto tract. sect.* 4. *quæst.* 62. *per totam*, vbi latè, & ad saturitatem, qui tamen *sub num.* 23. concludit non procedere regulam, quod pri-
38 uilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, quando priuilegia sunt diuersæ speciei,nam tunc attenditur, quod est potentius, *l. verùm*, §. *fin.* vbi Bart. & Bald. *ff. de minor.* & latè quod
39 dicatur potentius priuilegium in hisce terminis *à num.*24. *vsque ad finem*, latè Ridolphin. *in praxi dicto cap.* 4. *à num.* 134. *cum pluribus seqq.* Rota *dicta decis.* 557. *par.* 1. *diuersorum*, in quibus plures limitationes habentur ad regulam.

40 Dic tertiò, licitam esse Inconstantiam, si Reus coram primo Iudice citatus sit contumax, nam is non potest de litis pendentia coram dicto Iudice opponere,Bart. *in d. l. vbi cæptum, & in l. sepulchri, ff. de sepulch. violat. & in l. quamuis, ff. de damn. infect.* Corsett. *in singul. verb. iudicium, ad fin.* plures alios refert Gabr. *loco cit. nu.*19. Trentacinq. *variar. dicta resolut.* 3. *de iudic. lib.* 2. *num.* 9. Nec cessabit contumacia, si
41 citatus dixerit; se nolle venire ad iudicium, etiamsi inconstans postea accedat, *gloss. in Clem.* 2. *de dol. & contum.* Bartol. & Bald. *in l. Diuus, de integr. restit.* cum aliis per Fermosin. *de iudic. & for.compet. qu.*15.
42 *par.* 1. nisi accederet ad iudicium antequam Iudex recederet è loco iudicij, Fermosin. *loco cit. num.*2.

43 Si verò Reus contumax reficeret Actori expensas, cessaret inconstantia, vt de veriori, & communiori opinione testantur Gabriel. *loco cit. num.* 23. *vers. Tenendo,* Trentacinq. *loco cit. num.*9.

44 Dic quartò, licitam esse inconstantiam in iudicio executiuo, Ias. *cons.* 9. *in* 2. *respons.& in cons.*28.*vol.*1. Gabr. *loco cit.nu.*31. Mandos. *de inhibit. quæst.*93. *num.* 5. Vestr. *in prax.lib.*2.*cap.*4.*num.*2. Zacchias *de oblig. Camer. quæst.* 11. *num.* 25. *secundùm modernam impressionem*, plenè Merlin. *decis.*623. *per tot. & præsertim propè fin.* Quod tamen non procedit, si Reus comparuisset coram primo Iudice: Nam in executiuis licita est variatio de Iudice ad iudicem, si Reus sit contumax, non autem si compareat in terminis, Rot. *decis.* 56.*num.*10. *post tract.* Zacch. *de obligat. Camer.secundùm modernam impressionem*, Penia *decisione* 3. *num.* 8. De qua tamen limitatione vide *infra*.

Dic quintò, licitam esse inconstantiam,

ſi Actor coram primo Iudice non poteſt
45 conſequi iuſtitiæ complementum propter impotentiam de facto ortam, Abb. *in cap. Poſtulaſti in primo notab.* & ibi Anan. *de homicid.* idem Abb. *in cap. Propoſuiſti nu.* 12. *de for. compet.* Corſet. *in ſingul. cit. verb. iudicium,* Gabr. *loco cit. num.* 27.

46 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam, quando Actor citauit coram vno Iudice, qui non poteſt ſuper cauſa principali ſe interponere, Felyn. *in dicto cap. Ex tenore num. cit. dicta limit.* cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 28. Trentacinq. *loco cit. num.* 10.

47 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi citatio coram primo Iudice nulla erat, quia ſuper eodem negocio poteſt adiri alius Index, Corſett. *dicto ſingul. verb. iudicium,* Gabr. *loco cit. num.* 32.

48 Dic octauò, licitam eſſe inconſtantiam, quando ageretur de præiudicio iuriſdictionis alterius, Bald. *in cap. Si Imperialem, §. Præterea, col. pen. de prohibit. Feud. alien.* Decius *in d. cap. Ex tenore, col. fin.* Corſett. *dicto ſingul. verb. iudicium,* Gabr. *loco citato num.* 36.

Declara primò, opponendam eſſe exceptionem inconſtantiæ non licitæ, & ſic
49 de litis pendentia coram primo Iudice ante litem conteſtatam, aliàs exceptio non operatur, Bald. *in l. Peremptorias, in fin. ff. quæ ſent. reſcin. non poſ.* & in Auth. *ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* Gabr. qui alios *loco cit. num.* 34. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 56. Gregor. *deciſ.* 369. *num.* 3. *&* 4.

50 Iudicium enim in iſto caſu non eſt nullum, donec opponatur, ideo requiritur oppoſitio, Innocent. *in dicto cap. Cum M. Ferrarien. de Conſtitut.* Lancellott. Dec. *in dicta l. vbi captum, col.* 1. Bartol. *in dicta l. Sepulchri, in fin. ff. de ſepulc. violat.* Felyn. *in dicto cap. Ex tenore num. citat.* 9. *fallent.* Dec. *ibid. num.* 36. Afflict. *decif.* 354. cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 18. & per Carleual. *de Iudic. to.* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 900. Rota *decif.* 91. *num.* 10. *par.* 6. *recent.* vbi
51 quod nedum requiritur oppoſitio, ſed etiam neceſſaria ſit appellatio ab vlteriori proceſſu.

QVÆSTIO V.

ARGVMENTVM.

Vtrum Iudex, qui citauit pro certa die, & hora ad faciendum actum, poſſit inconſtans extra illam diem, & horam actum gerere.

SVMMARIVM.

1 *Citatione facta pro certa die, & hora non poteſt Iudex inconſtans extra illam diem, vel horam actum gerere.*
2 *Sententia lata extra diem, vel horam in citatione expreſſam, eſt nulla.*
3 *Modus pronunciandi* prout in cedula, *de iure ſubſtinetur.*
4 *Quid ſi conſtet tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam, vel publicatam ſententiam.*
5 *Dies pronunciationis ſententiæ, ſub qua cadit citatio apponi debet in ea, non autem dies ſubſcriptionis.*
6 *Reo contumace in ipſa die citationis* ad ſententiam, *an valeat ſententia lata die immediatè ſequenti.*
7 *Concluſio in cauſa non ſufficit loco citationis* ad ſententiam, *quando ſententia eſt lata longè poſt ipſam concluſionem.*
8 *Reo comparente in termino citationis* ad ſententiam, *non valet ſententia lata poſt illum.*
9 *Sententiæ nullitas ex defectu citationis, eſt inſanabilis.*
10 *Quid ſtante clauſula* Arbitrio.
11 *Vel ſi defectus citationis non ſit totalis.*
12 *Arbitrium quando intret ad ſanandam nullitatem ex defectu citationis.*
13 *Sententia lata extra locum, ad quem Reus fuit citatus, quando ſubſtineatur.*
14 *Præſentia Partis ſupplet defectum citationis.*
15 *Iudex an, & quando prorogare poſſit diem, vel horam in citatione appoſitam.*

1 ILLICITAM eſſe in hoc caſu inconſtantiam voluit Bartol. *in l. aut qui aliter in princ. & in l. vlt. §. fin. ff. quod vi, aut clam, & conſ.* 176. *Pluries contingit lib.* 1. Ruin. *conſ.* 209. *num.* 16. *lib.* 1. *& conſ.* 28. *num.* 21. *lib.* 4. *& conſ.* 61. *num.* 4. *lib.* 5. Alex. *conſ.* 213. *num.* 8. *volum.* 2. Crauett. *conſ.* 122. *num.* 17. Afflict. *decif.* 387. *num.* 5. Euerard. *de temp. ad locum num.* 2. Vant. *de nullit. ex defectu citat. num.* 73. Felyn. *in cap.* 1. *nu.* 22. *de iudic.* Antonell. *de tempore legali lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 6. Gratian. *diſcept.* 333. *num.* 18. *cum ſeqq.* Rota *coram Vbaldo decif.* 21. *num.* 1. *decif.* 41. *& decif.* 67. *nu.* 1. *in recent. dec.* 548. *num.* 4. *par.* 4. *to.* 3.

Et propterea dicunt Doctores *ſupracitati, & infrà citandi*, quod non poſſit Iu-
2 dex citrà vitium nullitatis ferre ſententiam extra diem, vel horam in citatione

expressam, *l.2. & 3. C. de sent. & interlocut. omn. Iudic.cap.fin. de re iudic. in 6. Clem. sæpè* vbi *gloss. in verb.in scriptis, de verb. significat.* Gabriel. *de cit. conclus.*1. *ampliat.*23. *nu.*116. Rota *decis.*252. *num.*1. *& decis.* 340. *num.* 1. *par.*1. *in recent.* Gregor.XV. *decis.*546. *nu.*6. Rota *in Regien. seu Salernitana bonorum* 19. *Iunij* 1643. *coram Carillo, quæ est decis.* 179. *num.* 6. post Zacch. *de obligat. Camer. secundùm modernam impressionem; & inter eius impressas decis.*272. *num.* 7. Bichius *decis.*63. *nu.*4. Rota *in recent. par.* 10. *decis.*131.*nu.*8. *& decis.*348. *num.*4. *par.*9. *to.*2.

3 Quamuis enim modus pronunciandi, prout in cedula de iure substineatur, Bald. *in l.3. num.*12. *C. de sent. quæ sine cert. quantit. proferunt, & in l.* 1. *ad fin. C. de sent. ex breuiloq. recitan.* Bec. *cons.* 78. *num.* 36. Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 12. Rota *decis.* 705. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers. & decis.*252. *num.*2. *par.*1. *in recent.*

Non substinetur tamen sententia lata,
4 *prout in cedula*, quando constat tunc temporis nullam fuisse scriptam, exhibitam, & publicatam sententiam, Paris. *cons.* 49. *num.*91. *lib.*3. Paleot. *decis.* 350. Rota *dicta decis.*252. *num.*2. Gratian. *discept.*438. *nu.*9. Ridolphin. *in prax. par.*1. *cap.* 8. *num.* 155. Gregor. XV. *dicta decis.* 546. *num.* 7. *&* 8. & ibi Beltramin. qui addit aduertendum,
5 non esse apponendam diem subcriptionis in sententia, sed diem pronunciationis, quia sub eadem die cadit citatio, Rota *decis.* 705. *par.*3. *lib.* 3. *diuers.* Gratian. *dicta discept.*438. *num.*9.*&* 10. Rota *in Foroliuien. fideicommissi*, 27.*Nouembris* 1609.*coram Card. Pamphilio iuniore, postea Sanctiss. D. Nostro Innocentio X.* Dunoz.sen. *decis.* 68.*nu.*1.

Licitam tamen esse Inconstantiam, si
6 accusata Rei contumacia in ipsa die, qua cadebat citatio, Iudex ferret sententiam die immediatè sequenti, vt, quicquid velit Bald. *in l.cum non eadem, C.quando prouoc. non est necess.* Castren. *cons.* 258. *num.*3. *par.* 2. de veriori, & communiori opinione testatur Alexan. *in l. si finita, §.Iulianus num.* 48. *ff. de damn. infect.* Ruin. *cons.* 136. *num.*2. *lib.*5. pro qua opinione est Text. & ibi Doctor. *in cap. Consuluit, de offic. deleg.* faciunt notata per Alex. *in l. de vnoquoque num.* 7. *de re iudic.* Gabr. *de citat. conclus.* 1. 69. *limit. num.*447. *&* 449. Rota *decis.* 365. *num.*4. *par.* 1. *in recent. & decis.* 409. *num.* 2. *eadem par.* 1. *coram* Bichio *decis.* 72. *num.* 1. *decis.*348. *num* 6. *&* 7. *par.*9. *to.* 2. *recent. & decis.*709. *post* Zacch. *vt supra num.* 11. vbi dicit Rotam improbasse stylum proferendi sententiam Reo existente contumace in ipsa die, in qua cadebat citatio post aliquot dies absque alia citatione.

7 Sicut etiam non sufficit conclusio in causa loco citationis *ad sententiam*, quando sententia lata est longè post ipsam conclusionem, Rota in pluribus decision. adductis à Beltramin. *ad decis.* 140. *numer.*14. *Gregorij XV.* Dunozett.sen. *decis.*6. *num.* 3.

8 Si tamen Reus comparuisset in die, seu termino citationis, cessaret inconstantia, Rota *dicta decis.* 409. *num.* 2. *par.* 1. *in rec. & d.decis.*179. *n.*10. *post Zacch. vt supra.*

9 Aduertendum tamen est, quod licet sententiæ nullitas ex defectu citationis sit
10 insanabilis, etiam stante clausula *Arbitrio*, Posth.*de manut.obseru.*12.*n.*58.*&* 61. *& insp.* 23.*nu.*202.*de subhast.* Barbos. *claus.*10.*nu.*15. & latè fuit dictum in Rota *in illa dec.* 365. *par.* 1. *in recent. & in decis.* 323. 4. *par. to.* 2. *rec.& dec.*51.*ead.par.& to.* Caualer.*dec.*396. *nu.* 6. *&* 486. *num.* 1. Roxas *decis.*291.*nu.*4.

11 Hoc tamen procedit totali existente citationis defectu, Cæsar de Grass. *decis.*4. *in fin. de rescript.* Vestr. *in prax.lib.*5.*cap.*13. *num.* 2. *decis.* 486. *num.* 2. *par.* 4. *in recent.* Rota *dicta decis.* 51. *num.*2. vbi propterea dixit, quod intrabat arbitrium ad effectum sanandi nullitatem sententiæ, quæ prætendebatur ex defectu citationis. Quia citatio præcesserat, quamuis non in loco, vbi erat pronunciandum? Sanata ergo fuit per Rotam nullitas sententiæ ex in-
12 constantia Iudicis procedens, qui cum debuisset eam proferre in Palatio Episcopali, ad quem locum directa erat citatio, extra illud pronunciauit; in ijsdem terminis, & in eadem causa Rota coram Dunozett. sen. *decis.* 219. *num.* 3. *cum seqq.*

13 Quod eo magis procederet, si citatus comparuisset ad alium locum, in quo Iu-
14 dex inconstans se contulisset, quia præsentia supplet defectum citationis, in terminis Soccin. *de citat. art.* 5. *princip. num.* 21. *vers.vbi à contrario*, ad propositum Gregor. *decis.*27. *n.*3. vbi Adden. *n.*9. *&* 10. allegat concordantes Dunoz. iun. *dec.*816. *num.* 3.

15 Licita quoque inconstantia erit, si Iudex procedat per viam prorogationis, nempe prorogando diem, vel horam in citatione appositam, *cap.Consuluit, de offic. deleg.* vbi Abb. & Felyn. *num.*3. Bartol. *in l. si finita, §.Iulianus, vers. Quæro vtrum primum, ff. de damn. infect.* Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de sent. prolat. §. Iuxta, vers. Est etiam nulla*, Crauett. *cons.*122. *num.*17. Cyriac. *controuers.*523. *num.*8. Gratian. *discept.* 333. *num.* 19. *& seqq.* Antonell. *de tempore legali lib.*4. *cap.*32. *sub num.*7.

Dummodo tamen non esset ius quæsitum parti, quia tunc cessaret inconstantia, vt puta, si per non comparitionem in die termini deserta esset appellatio, Gloss. *in cap. Sæpè, in verb. peremptorium, de appell.* de quo dicto magnum festum facit, ibid. Abb. dicens esse bene notandum ad limit. *cap. Consuluit, de offic. deleg.* Felyn. *dicto cap. consuluit num.*4. *vers. secundò limita.*

QVÆSTIO VI.

ARGVMENTVM.

Si Partes renunciauerint citationi, an inconstantes aduersùs renunciationem hanc venire possint.

SVMMARIVM.

1 *Citatio tolli an possit per Principem, vel per Statutum, & num.9.*
2 *Siue per pactum, & num.5.*
3 *Citatio concernens defensionem naturalem; quæ sit.*
4 *Quæ ciuilem.*
6 *Notificatio qualis qualis adhuc fieri debet illi, qui citatione renunciauit.*
7 *Aduersus pactum suum venire an liceat, & quando, cum num. seq.*

1 QVÆSTIO hæc ab ea pendet, an per pactum possit tolli citatio? certum est enim, quod nec per Principem, neque per Statutum tolli potest, *Clement. Pastoralis, de re iudic.* Vbert. *de citat.cap.13.num.61.& prius cap.8.nu.59. vers. Statutum*, Roland. *conf. 29. num. 41. lib. 1.* Ricc. *collect. decis. 1753.* Baron. *de citat. quæst. 15. sub num. 36. & num. 61. cum seqq.* vbi tractatur materia concordando cum distinctione pugnantes Doctor. opiniones, *& in addit. to.3. num.19.* Dunozett. iun. *decis.942. num.2.*

2 Quod autem citatio per pactum tolli non possit, voluere Rota *decis.416. num.2. par.1. diuers.* Vbert. *de citat.cap.8. num.131.* Nicell. *in concord. gloss. num.284.*

Contrarium tamen, citationi Partes posse renunciare, videtur probari ex Text. *in l. diem proferre, §.Si quis litigatorum, ff. de recept. arbitr.* quod voluit Specul. *in tit. de citat. §. Sed viso, vers. Sed posse*, Bald. *in dicta l. diem proferre, §. Si quis litigatorum, in fin.* Roman. *conf. 142.* Marsil. *in l. de vnoquoque nu.81. ff. de re iudic.* Nicell. *in 52. concord. 39. fallen.* Gabr. *de citat. conclus. 1. num. 371. 29. limit.* Carthar. *decis. execut. Genuæ decis. 95. num. 4.* Vbert. *de citat. dicto cap.8.num.131.* Scacc. *de iudic. lib.1.cap.88. num. 21.* Denozett. iun. *decis.1005. num. 5. & 996. num.6.*

In hac contrarietate dici posset, dupli-
3 cem esse citationem, altera, quæ concernit defensionem naturalem; altera, quæ concernit defensionem ciuilem.

Exemplum prioris citationis habemus *in Clement. Pastoralis in fin. de re iudic.* & per Gloss. in Extrauag. *Rem non nouam, de dol. & contum.* & per Doctor. *in cap. 1. de caus. possess. & propriet.*

4 Exemplum secundæ habemus *in l. contumacia, ff. de re iudic. & in l.consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex cap. 1. de dilat.* & & ibi Gloss.

Priori ergo citationi, quæ naturalem concernit defensionem minimè Partes renunciare posse, Tusch. *pract.conclus.268. num.17.verb.citatio*, Baron. *de citat. quæst.1. num.10.*

Secundæ verò de iure ciuili introductæ
5 vtique renunciari posse per Partes, dicendum est Mantic. *decis.299. nu.1.2. & 3. dicta decis.416. par.1. diuers. num.2.* & hanc distinctionem bellè probat D. Vbertus Conciuis meus *dicto tract. de citat. quæst. 8. num. 131.* vbi tamen dicit, quod requiri-
6 tur qualis qualis notificatio tanquam concernens naturalem defensionem, secundùm Bald. *in l. eos, §. Apostolos, C. de appellat.* Soccin. *de citat. art.7.num.60.*

Priori ergò casu licita erit inconstantia, secundò minimè.

Neque verum puto, quod dicit idem Vbert. *loco cit.num.139.* valere pactum, per quod fuit renunciatum citationi, itaut,
7 nec vnus, nec alter paciscentium possit inconstans dicere de nullitate sententiæ, cum non liceat aduersus sua pacta venire, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.*

8 Quia Regula illa procedit, dummodo pactum aliàs sit licitum, & honestum, ad Text. *in l.1. C. si mancipium ita venierit.*

Si ergo non licet citationi, quæ sapit defensionem naturalem, renunciari per Partes, non video, quare, eo pacto non obstante, inconstans esse non possit paciscens.

Hanc eandem distinctionem respectu
9 Principis, vel Statuti tradunt Vestr. *in prax. lib.3. cap.2.num.7.* vbi Adden. *nu.22.* Rouit. *pragmat. 2. de ordin. iudic. num. 1.* Capyc. Latr. *decis. 188. num. 34. & sequ.* Rota coram Caualer. *decis. 396.* & coram Buratt. *decis. 849.* quod scilicet tolli quidem possit citatio iudicialis, in quantum respicit causæ solemnitatem, vti de iure ciuili introducta, non autem citatio omnimoda, quæ introducta est de iure Diuino & naturali; ex qua ratione contra stylum magnæ Curiæ Vicariæ aliorumque Tribunalium laicalium Ciuitatis Neapolitanæ,

litanæ, in quibus vbi agitur de exequenda obligatione, quam nominant *penès acta*, cum nimio inordinato rigore relaxantur litteræ executoriales ad solam creditoris incusationem nulla debitoris, nec quidem vnica præmissa citatione, inuehit Cardin. de Luca *in tract. de credit. disc.* 116. *num.* 22. dicens hunc esse abusum manifestum, & in puncto iuris nullatenus substentabilem.

QVÆSTIO VII.

ARGVMENTVM.

An Executor, qui in executione sibi commissa Partem citauit, possit inconstans non expectando citatum ad executionem procedere.

SVMMARIVM.

1 *Executor, qui assumpsit viam iudicialem, an, & quando inconstans possit ea omissa transire ad viam extraiudicialem, & in ea procedere, & num.* 3. 19. *&* 31.
2 *Duplicem habens potestatem, & vtramque publicam, non potest alteri renunciare.*
4 *Arbiter, seu Arbitrator qui cæpit procedere iudicialiter tanquam arbiter, an, & quando possit inconstans variare, & postea procedere tanquam Arbitrator, & num.* 20.
5 *Ex duabus vijs, quæ competebant vna electa ea debet patere.*
6 *Eligens vnam viam non potest variando inconstans illam mutare.*
7 *Ecclesiastico Iudici fortiùs probibita est variatio.*
8 *Renunciatio, vel declaratio tacita resultat ex facto contrario.*
9 *Tacita renunciatio, seu declaratio, maximè in iudicio, idem operatur quod expressa.*
10 *Par est iudicium, & virtus taciti, & expressi.*
11 *Iudex deueniens ad actus iudiciales declarat se velle procedere iudicialiter.*
12 *Citatio est actus iudicialis.*
13 *Via ordinaria si cæpit agere cui competebat via executiua, non potest inconstans pœnitere, & redire ad viam executiuam, & num.* 24. *vbi de ratione.*
14 *Natura semel alterata semper remanet alterata.*
15 *Citatio facit Citatum legitimum Contradictorem.*
16 *Processus iudiciales, & extraiudiciales sunt inter se contrarij, & ad inuicem oppositi sicut albedo nigredini.*
17 *Positio vnius contrarij importat remotionem alterius.*
18 *Executor litterarum Apostolicarum admittens articulos pro iustificatione narratorum, an faciat se executorem mixtum.*
21 *Arbiter, seu Arbitrator nullam habet iurisdictionem, nisi à compromisso tributam.*
22 *Iudex habet auctoritatem à publico.*
23 *Tacitum, & expressum non parificantur vbi tractatur de annullando actum.*
25 *Partes in iudicio quasi contrahunt.*
26 *A quasi contractu recedi non potest.*
27 *Citatus dicitur legitimus Contradictor quoad partem, non autem quoad Iudicem.*
28 *Actus separati non possunt considerari tanquam inter se contrarij.*
29 *Executor qui cæpit procedere extraiudicialiter potest deinde se inconstans transferre ad viam iudicialem.*
30 *Iudex seruans ordinem iudicialem nocere non potest.*

IN hac quæstione tres inuenio Doctorum sententias:

Prima est Baldi *in cap. dudum num.* 18. *in fin. extrauag. de præsumpt.* dicentis licitam
1 esse inconstantiam, & posse Executorem omissa via iudicij transire ad viam extraiudicialem, quia potius videtur citasse ad cautelam, quam vt præcluderet sibi viam potestatis, argum. *l.* 3. *ff. de milit. testam.* Quod idem voluit *in l. neque natales, C. de probat. nu.* 17. ea ratione, quia cum habeat
2 duplicem potestatem, & vtraque sit publica, non potest alteri renunciare, iuxta notata *in l. eum qui, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Idem voluit Anchar. *cons.* 224. *aliàs* 222. Berou. *cons.* 14. *num.* 8. 9. *&* 15. *lib.* 1. Felyn. *in dicto cap. dudum num.* 22. & hanc opinionem in terminis citationis, sequitur Rota *in Vercellen. Coadiutoriæ* 25. *Ianuarij* 1608. *coram Card. Lancelloto, & in Pacen. Puritatis* 11. *Decembris* 1609. *coram Patriarcha Hierosolymitano*, vbi Ancharani consilium canonizatur, idem voluit Caualer. *decis.* 359. *num.* 10. & his omnibus, & alijs citatis, Archiep. Auenionen. *de legit. contradict. quæst.* 3. *art.* 1. *num.* 2.

Secunda est opinio negatiua, nempe illicitam esse inconstantiam, quando Exe-
3 cutor, qui potest iudicialiter, & extraiudicialiter procedere, partes Iudicis assumit, & citat partem, itaut redire non possit ad viam extraiudicialem, tenet Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 8. & latè defendit Salgad. *de protect. Regia par.* 2.

cap. 13. *à num.* 97. *& seqq.*

Primò quia, vt ipse dicit, magis receptum est inter Doctores, quod quando
4 compromissum est in aliquem, vt Arbitrum, & Arbitratorem, si is assumpserit partes Iudicis, iudicialiter procedendo, intelligitur viam Arbitri elegisse, ideo non poterit inconstans variare, nec redire ad naturam Arbitratoris extraiudicialiter volens procedere, Speculat. Dyn. Bartol. Alexan. Roman. & Felyn. alios allegans *in cap. Ex officij num.* 23. *de præscript.* Mascard. *de probat. conclus.* 125. *to.* 1. *per totam*, & communem dicit Baptista de S. Blasio *in tract. de arbitr. quæst.*4 *num.*12.*& quæst.*48. *& quæst.* 67.

Ea est ratio, quia ex quo procedendo
5 iudicialiter eligere maluit viam iudicij, debet sibi via patere, quam elegit, *l. Si mulier, §.fin. ff. quod metus caus. l. quod in hæredem, §. Eligere, ff. de tribut.act. l. si duo actu,*
6 *ff. de noxal.* Nec inconstans variando potest viam mutare, *l. Si dominium, ff. de furt. l. Si quis iusiurandum, C. de reb. cred. l. sicut, C. de act. & obligat. Clement. cum illusio, de renunciat. reg. quod semel placuit, de reg. iur. in 6.*

Quod magis procedit in Iudicibus Ec-
7 clesiasticis, quibus fortiùs prohibita est variatio, *cap. Cum autem, de iurepatronat. Clement.*1.*de renunciat.* Felyn. *in cap.Ex parte Decani, de rescript. & in cap.*1. *de præsumpt. num.*34. *& med.*

Secundò, si expressa declaratio, quam facit Executor viæ iudicialis, se assumpturum partes Iudicis, operatur vt non possit amplius esse inconstans, vt videbimus ex Felyn. *inferiùs allegan.* idem debet operari tacita declaratio, quæ resultat ex mo-
8 do procedendi, quia tacita renunciatio, quæ resultat ex facto contrario, idem
9 operatur, quod expressa, maximè in iudicio, & eius calore, *l. ad solutionem, C. de re iudic. cap. Sollicitudinem, de appell. cap. Gratum, de offic. & potest. Iudic. delegat.* Par
10 enim iudicium, & virtus est taciti, & expressi, *l. cum quid, ff. si cert. pet.* Bald. *in l.* 3. *de testam. tutel.* Euerard. *in loco ab expresso ad tacitum.*

11 Satis enim, & clarè insinuat, & demonstrat Iudex iudicialiter, & extraiudicialiter valens procedere, voluntatem suam
12 iudicialiter velle procedere si ad actus iudiciales; qualis est citatio, procedat, Specul. *de citat. in cap. princip.* Cyn. *in l. quia, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Castr. *cons.*338. *vol.*1. cum aliis per Salgad. *loco cit. num.* 84. 85. 87. *&* 88.

13 Tertiò, probat suam opinionem; nam ille, qui potuit agere via executiua, si cœpit agere via ordinaria, non potest inconstans pœnitere, & redire ad viam executiuam, *l. minor annis cui fideicommissum, ff. de minorib.* Bald. *in l. per diuersas quæst.* 10. *C. mandat.* Castren. *cons.*78.*lib.*1. Dec. *cons.*146.*&* 400. Burgos de Paz. *cons.* 39. *num.* 7. Azeued. *l.*1. *num.*144. *tit.*21. *l.*4. *recopill.* Parlad. *rer. quotid. cap. fin.* 5.*par.* §.11.*num.*20. Cæsar de Grass. *decis.*2.*num.*2.*&* 3. *de sent. & re iudic.* Lancellott. *de attent.* 2. *par. cap.*4. *limit.*30. *num.* 9. Rota *decis.*551. *num.*5. *lib.* 3. *par.*3. *diuers.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 192. Guttier. *lib.* 3. *pract. qq. cap.* 39. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 33. *& de appellat. qu.*17. *limit.*9. *num.*45. Gratian. *discept.*118. *à num.*43. Felician. *de censib. cap.* 2. *num.* 9. Molin. *de primogenit. in addit. ad fin. operis ad cap.*13. *num.* 31. *lib.* 3. Giurb. *decis.* 100. *num.*53. *& decis.*74. *num.*11.

14 Quartò probat, quia semel alterata natura rei semper remanet alterata, Alciat. *cons.*19. *num.* 8. *lib.*2. Vrsil. ad Afflict. *decis.* 338. *num.*6.

15 Quintò, quia quando Iudex citat aliquem, licet ad id non teneatur huiusmodi citatio talis est naturæ, vt illum faciat legitimum contradictorem, Innocent. *in cap. cum inter, col.*1. *de except.* Menoch. qui plures *de adipisc. remed.*4. *num.*612. *&* 613. *vsque ad* 622.

Quo fit vt Iudici non liceat variare, & ad viam extraiudicialem redire, cum iam citatus effectus sit legitimus contradictor, qui omnino audiri debet.

16 Sextò, quia processus iudiciales, & extraiudiciales sunt inter se contrarij, & ad inuicem oppositi, quemadmodum albedo nigredini, Io. Bapt. à S. Blasio *de arbitr. & arbitrat. num.* 1. *& per totam quæst.* Bald. *in l.*3. *ff. de milit. testam.* Ideo si Iudex
17 incæpit agere iudicialiter, non potest inconstans ad extraiudicialem processum se conuertere, quia ad positionem vnius contrarij sequitur remotio alterius, *l. illud, ff. de acquir. hæredit. cap. Cum teneamur* 31. *quæst.* 1.

Denique probat auctoritate Gonzal. *ad reg.*8. *gloss.*9. *in annotat. num.* 44. dicentis, quod si Executor Apostolicus, qui potest assumere partes Iudicis, & procedere extraiudicialiter, priores assumit, diligenter cauendum est, vt seruet etiam formam iudiciariam, ex authoritate Rotæ *in Hispalen. Canonicatus coram Gregorio Decimoquinto*, in qua fuit dictum, quod
18 etiamsi Executor admiserit articulos super iustificatione narratorum, super quibus fuissent aliqui testes examinati, non propterea dicitur fecisse se mixtum, ad hoc, vt iustificatio narratiuæ iudicialis sit necessaria, tanquam si dixisset, quod si per illum actum admittendorum articulorum intelligeretur mixtus fieri Executor, necessariò teneretur etiam facere iustificationem iudicialem, & formam iudicij semel electam continuare, & non

alterare, & putat, hanc esse decisionem mirabilem ad hanc opinionem comprobandam.

Hę sunt principaliores rationes, & argumenta, quibus nititur Salgadus ad remouendum in Executore, qui partem citauit, inconstantiam; quas volui transcribere, quia Codex rarus est in Italia, & in Indice librorum prohibitorum connumeratus.

19 Tertia est opinio, à qua non est recedendum, quod, si Executor, qui partem citare fecit, declarauit, se velle iudicialiter procedere, tunc inconstantia, & variatio non est licita, aut verò nihil dixit, & tunc licet processerit in aliquo actu iudicialiter, non tamen tenetur in alijs actibus sic procedere, cum actus sint separati, & potiùs videtur citasse, & processisse ad illos actus iudiciales ad cautelam, quam vt præcludat sibi viam potestatis: Hæc fuit distinctio Felyn. *in cap. dudum fin. n.34. de præsumpt.* Marescott. *var. lib. 2. cap. 1. num.155.* & hanc canonizauit Rota *in Leodien. Abbatiæ Mercurij 25. Maij 1622. coram Vbaldo, quæ est decis.400. num.4. 5. 6. 7. & 8. par.4. to.2. recent.*

Neque vim faciunt rationes allegatæ à Salgado; non prima similitudinis Arbitri ad Executorem; Quia vltra quod contraria opinio verior est, & à Rota approbata, quod qui potest procedere, vt Arbiter, & Arbitrator, potest etiam aliquos actus facere, vt Arbiter, aliquos vt Arbitrator, vt voluit Hostien. *in cap. Quintauallis num.10. circa med.* Io. Andr. *num.8.* Anton. de Butr. *num.24. de iur. iur.* Maresc. *var. lib.2. dicto cap.1. num.156.* Gregor. XV. *decis. 204. à num. 12.* Argel. Archiepisc. Auenion. *in tract. de legitim. contradic. qu.3. art.1. num.3. 4. & 8.*

20 Hæc opinio habet locum, quando Arbiter se expresse restrinxit ad potestatem Arbitri, vt ex Castren. & Crauet. dicit Greg. XV. *d. decis.204. nu. 18.* melius omnium Gabr. *de actionibus, conclus.4. num.3.* Vel dic melius, ideo qui potest procedere vt Arbiter, & Arbitrator, si elegit viam arbitrij, non potest Inconstans ad viam arbitramenti redire, quia eius authoritas pendet à potestate priuata, nullam enim Arbiter, siue Arbitrator habet iu-
21 risdictionem, nisi à Compromisso, l. *Pedius 7. in fin. l. non distinguemus 37. §. de officio*, vbi Odofred. Alber. & Baldus *ff. de recept. arbitr.* Gloss. *in cap. examinata, vers. iuris, in fin. ff. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rota *decis.515. nu.1. par.1. recent.* Bichius *decis.44. num.16.* Buratt. *decis.14. num. 2.*

Et propterea bene potest vni viæ re-
22 nunciare, quod non potest facere Executor, qui habet authoritatem à publico, Felyn. *in d. cap. dudum, num. 34.* Argel. *de legitim. contradict. d. qu.3. art.1. num. 2. vers. sequitur Felyn. ad fin.*

Secundò non obstat, quod taciti, & expressi sit eadem virtus, & proinde sicut si executor expressè declararet, se velle iudicialiter procedere, non posset Inconstans ad extraiudicialem viam redire, ita etiam si tacitè hoc declaret per aggressionem viæ iudicialis, quia non semper ta-
23 citi, & expressi eadem est virtus, quando enim tractatur de annullando actum, non parificantur tacitum, & expressum, Alex. *cons.59. num.15. lib.3.* Rim. iun. *cons.164. num.15. lib.2.* Barbos. *axiom.218. num.4.*

Tertiò non obstat, quod qui cępit agere via ordinaria, non possit redire ad executiuam, quæ ei competebat; quia in hac materia aduertendum est, aliud esse in Parte, aliud in Iudice, nam Iudex *vt supra* dixi, non potest renunciare publicæ authoritati, quàm habet; Pars verò omninò renunciare potest, nimirum si agendo via ordinaria censeatur renunciasse viæ exe-
25 cutiuæ, ad quam redire nequit, sic Argel. *de legitim. contradict. dicta quæst.3. art.1. num.35.* vbi *num.36.* addit Partem in iudi-
26 cio quasi contrahere, merito à quasi contractu recedere nequit, *l. sicut C. de act. & oblig.* Non sic Executor, vel Iudex, quia cum quasi non contrahat, remanet in sua libertate, & hanc distinctionem Partis, & Iudicis videtur approbare, Rota *in citat. decis.400. num.9. par.4. tom.2. recent.*

Ad quartum dic, non alterari naturam Rei, quia per actus iudiciales factos ab Executore non alteratur eius potestas redeundi ad viam extraiudicialem, cum eadem potestas in suo robore maneat, *vt supra* dictũ est, dum ei nõ potest renunciare.

Cum eadem distinctione Partis, & Iudicis, vel Executoris tollitur, quintum obiectum, nam si Iudex citat, potest quidam Inconstans viam mutare, nec expectato, vel audito citato ad executionem procedere; si verò Pars citat non potest Iudicem inducere, vt citatum non expe-
27 ctet, cum non audiat, & ad viam extraiudicialem reuertatur, erit enim legitimus Contradictor quo ad Partem, secus quo ad Iudicem, Argel. *loco citato num.34.*

Sextò non obstat, quia quoad Executorem processus iudicialis, & extraiudicialis non sunt inter se contrarij, sed benè
28 compatiuntur, cum actus sint separati, vt benè ex Felyn. & Bald. dicit Rot. *dicta decis.400. num.7.*

Auctoritates denique Gonzal. & Rotæ *coram Greg. XV.* non obstant, quia Gonzal. supponit, Executorem partes Iudicis expressè voluisse assumere, quod Nos non negamus; Rota verò coram Greg. non bene interpretatur à Salgado, non enim sequitur, Executor admisit articulos, er-

go se taliter fecit mixtum Executorem, vt à via iudiciaria recedere nequeat, quia, vt sæpius dictum fuit, hæc admissio articulorum sicut alij actus iudiciales, vel tanquam ex abundanti facti non tollunt in Executore Inconstantiam, vel tanquam contrarij eius potestati, cui renunciare tacitè nequit, illam ab eo non tollunt, & secundum supradictam distinctionem intelligendæ sunt duæ Decis. altera scilicet *coram* Durano *impressa in rec. dec.* 350. *n.* 6. & vltima *coram Dunozetto iun. dec.* 731. *n.* 36.

Vides igitur, quam futilibus rationibus Salgad. à communi, & vera opinione recedat.

29 Non reijcio tamen duas, quas ipse affert limitationes *loco cit. num.* 134. & 135. Vt scilicet Executor, qui extraiudicialiter processit primò, possit demum Inconstans
30 ad viam iudicialem se transferre, quia seruans ordinem iudicialem nocere non potest, Innoc. *in cap. innotuit, prima columna de iudicijs.*

Secundò, vt detur etiam in casu suo Inconstantia, quando in commissione, lege, compromisso, vel alia dispositione est apposita clausula, quod possit Iudex, vel Executor procedere extraiudicialiter, & iudicialiter simul, & electa vna via, ad aliam redire possit ex doctrina Baldi *in l.* 3. *ff. de milit. test.* & Baptistæ à S. Blasio *in dicto tract. quæst.* 4. *à princ.*

QVÆSTIO VIII.

ARGVMENTVM.

An ille, qui vigore pacti potest auctoritate propria ingredi, & capere possessionem, si citata Parte adeat Iudicem, & ab eo petat licentiam capiendi possessionem, possit inconstans ad viam extraiudicialem redire.

SVMMARIVM.

1 *Facultatem habens capiendi possessionem propria auctoritate quatenus adeat Iudicem citata parte non potest Inconstans ad viam extraiudicialem redire, & de ratione, nu.* 2.
2 *Quid si adeundo Iudicem reseruauit sibi facultatem quam habebat ingrediendo possessionem auctoritate propria, & num.* 4.
5 *Quid de reseruatione generali, & protestatione, sine præiudicio suorum iurium.*
6 *Et an ab hac protestatione censeatur recessum per contestationem litis.*
7 *Quid si Iudex adeatur solum pro obtinenda associatione familiæ ad euitanda scandala.*
8 *Associationem petens, non dicitur renunciare facultati capiendi possessionem propria auctoritate.*
9 *Petens executionem instrumenti, dicitur renunciare facultati capiendi possessionem propria auctoritate.*
10 *Quid stante obligatione Camerali.*
11 *Obligatio Cameralis tribuit facultatem intentandi plures vias, ita vt vna intentata non censeatur alteri renunciatum.*
12 *Via vna non est alteri præiudicialis, vbi agitur virtute obligationis Cameralis.*
13 *Debitore resistente, an & quando possit creditor vti facultate capiendi possessionem propria auctoritate.*
14 *Quid si debitor resistat cum armis, & nu.* 16.
15 *Clausula constituti an, & quando tribuat creditori facultatem capiendi possessionem propria auctoritate quamuis debitor resistat.*

1 DIC, illicitam esse Inconstantiam, neque sic citantem posse ad viam extraiudicialem redire, Innocent. *in cap. Bonæ, il secondo de postul. Prælat.* Bald. *in l. æde, C. locat. & in l.* 2. *quæst* 10. *num.* 29. *C. de seruit. & aqu.* Dec. *cons.* 120. *num.* 6. Marant. *de ordin. iudic.* 6. *par. vers. Et producuntur scripturæ num.* 31. *& disput.* 6. *nu.* 3. & 24. Corbul. de *caus. priuat. ob non solut. canon. quæst.* 12. *num.* 2. Tiraquell. *de iur. constit. par.* 1. *num.* 39. Negus. *de pignor.* 4. *par. principal. num.* 15. Mantica *de tacit. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 19. *& lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 15. Amat. *decis. Marchiæ* 48. *num.* 10. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 46. Fulgin. *de iur. emphyt. de varijs caducit. quæst.* 10. *num.* 11. Zac. *de obligat. Camer. quæst.* 14. *num.* 3. *secundùm nouam impressionem* Carpan. *ad Statutum Mediolan. lib.* 1. *cap.* 155. *num.* 15. Argel. *de legitim. contradict. quæst.* 3. *art.* 1. *num.* 47. vbi allegat plures Rotæ decisiones, quibus addo Duran. *decis.* 255. *num.* 4. & nouissimè fuit resolutum *in Romana, seu Veliterna Restitutionis in integrum* 25. *Iunij* 1646. *&* 17. *Decembris eiusdem anni coram bo. mem. Bichio, inter eius impressas decis.* 262. *num.* 5. *&* 281. *nu.* 7. Greg. XV. *decis.* 105. *num.* 13. & ibi addent. *litt. B,* Rota *decis.* 203. *nu.* 13. *par.* 10. *recent.*

2 Non enim est in potestate illius, qui citauit, iudicium cæptum euertere, & ludibrio reddere, Bald. *in d. l.* 2. *& in dicta l. æde num.* 13. Angel. *in repet. legis Nemo*

carcerem, post med. vers. Item an possit capi, C. de exact. tribut. lib. 10. Aretin. *in l. Clam possidere, §. Qui ad nundinas num. 3. ff. de acquir. possess.* Ruin. *cons.* 127. *num.* 12. *lib.* 5. Mantic. *de tacit. loco citato num.* 19. cum aliis per Corbul. *loco citato num.* 2. & per Rotam *in dicta decis. Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum,* 17. *Decembris* 1646. *coram Bichio.*

Fallit primò hæc conclusio, si quis adit Iudicem, citandoue partem, sed reseruat
3 sibi facultatem, quam habet ingrediendi possessionem propria auctoritate, Alex. *cons.* 130. *num.* 16. *lib.* 4. Neguſ. *d. par.* 4. *num.* 26. qui dicit, cautum debere esse creditorem, qui vult adire Iudicem, vt hac protestatione vtatur, Mant. *loco cit. nu.* 26. Tiraquell. *d. tract. par.* 1. *num.* 41. Corbul. *loco citato num.* 7. Dec. *cons.* 460. *num.* 7. Fulgin. *dicta quæst.* 10. *nu.* 12. & fuit dictum *in Pisana domus* 13. *Ianuarij* 1589. *coram Orano*, vt per Addent. *ad dictam decis. Gregor. XV.* 105. *littera B, & in citata decis. Romana restitutionis in integrum coram Bichio.*

4 Quamuis contrarium teneat Decius *d. cons.* 460. *& allegat. ab Vrsillo ad dec.* 326. Afflict. & Carpan. *loco cit. num.* 16.

5 Sufficeretque reseruatio etiam generaliter concepta, hoc est, si adeat Iudicem sine præiudicio iurium suorum, Alciatus *in cap.* 1. *num.* 30. *de offic. Ordinar.* Corbul. *loco citato num.* 2. Mantica *dicto lib.* 22. *titulo* 22. *num.* 17. Fulgin. *dicta quæst.* 10. *num.* 12. *in fine.*

6 A qua protestatione non censebitur recessum per litis contestationem, vt benè reiectis contrarijs voluit Mantica *dicto tit.* 22. *num.* 18. Addent. ad Gregor. *dicta decis.* 105. *litt. B*, Vrsil. ad Afflict. *dicta decis.* 26. Corbul. *loco citato num.* 2. Zac. *loco citato num.* 5. *in fine,* Fulgin. *d. quæst.* 10. *num.* 12.

7 Secundò, fallit si solùm aditus fuit Iudex pro obtinenda associatione familiæ ad euitanda scandala, Surdus *cons.* 221. *num.* 45. Mantica *d. tit.* 22. *num.* 17. Fulgin. *dicta quæst.* 10. *num.* 13. Seraph. *decis.* 1003. *num.* 1. Addent. ad Greg. XV. *vbi supra,* Zac. *loco citato num.* 6. Rota *dicta decis. Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum* 17. *Decembris* 1646. *coram Bichio*, vbi ex
8 mente Cencij dicit, cautum debere esse creditorem, vt petat à Iudice, vt ipsum inducat, & immittat in possessionem, nec
9 petat executionem instrumenti, sed simpliciter associationem, & obtineat simplex mandatum de associando, quod & voluit Mantica *decis.* 33. *num.* 16. & 17.

10 Tertiò, fallit stante obligatione Camerali, quæ dat facultatem intentandi plures vias, itaut vna intentata, non censeatur alteri renunciatum, nec vna via potest dici præiudicialis alteri, nec contraria, vt benè
11 Rota *in Romana census* 31. *Martij* 1634. *coram bonæ memoriæ Merlino decis.* 163. post Zac. *de oblig. Camer. secundum nouam impressionem num* 3. ibi *vel si adiuerit Iudicem pro*
12 *habenda satisfactione adhuc potest vti propria auctoritate sibi competente*, Zac. *loco cit. num.* 4. Vrsil. ad Afflictum. *d. decis.* 326. *num.* 2.


Si autem debitor Inconstans illicitè recedit à pacto, *l. pignoris, C. de pignor.* de quo Mantica *d. lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 7. & creditori
13 capere volenti possessionem propria auctoritate vigore pacti prædicti, procax resistat, non poterit creditor vti pacto prædicto, Ripa, & per eum relati *in cap. Sæpe num.* 84. *de restitut. spoliat. & in l. Centurio num.* 33. *de vulg. & pupill.* Bart. & alij relati à Menoch. *de recuper. possess. remedio* 9. *num.* 209. Tiraquell. *loco citato num.* 37. idem Menoch. *de adipiscen. remed.* 5. *nu.* 86. Corbul. *loco citato num.* 1. *& quæst.* 13. *nu.* 1. Farinac. *quæst.* 175. *num.* 228. Mantic. *dicto lib.* 11. *titulo* 5. *num.* 6. *& tit.* 22. *num.* 7. Clar. §. *Emphyteusis quæst.* 11.

Multò magis si resistat debitor Inconstans cum armis, itaut creditor ingredi
14 possessionem non possit absque scandalo, Angel. *in l. extat num.* 6. *in fine, ff. quod met. caus.* Bald. *in l.* 3. 2. *lect. num.* 18. *C. de pignor.* Neguſ. *loco citato num.* 14. Farinac. *loco citato num.* 232. Fulgin. *de iur. emphyt. dicta quæst.* 10. *num.* 28. Caualc. *decis.* 36. *num.* 347. *par.* 2.

Si verò resistentia esset verbalis tantùm, vel etiam facti, sed sine armis, & nullum haberet delictum admixtum poterit creditor vti pacto prædicto, Neguſ. *loco citato num.* 14. Menoch. *adipiscen. dicto remed.* 5. *num.* 80. Tiraquellus *loco citato num.* 37. Farinacc. *num.* 233. *&* 237.

Contrarium tamen, etiam si resistentia sit leuis, & sine armis, etiam quod non habeat aliquod delictum admixtum, voluit Menoch *d. remed.* 5. *num.* 47. vbi reprobat Salicet. & Neguſ. contrarium tenentes, & dicit ab opinione Bartoli *in l.* 3. *C. de pignor. non esse recedendum.*

15 Si verò vltra pactum prædictum adesset in Instrumento constituti clausula, quod creditor posset vti pacto etiam contra debitorem vi resistentem, attendenda tunc non esset Inconstantia debitoris, Bartolus *in d. l.* 3. *num.* 19. *artic.* 25. & ibi Alexander *littera D*, Tiraquell. pluribus relatis *loco citato, num.* 37. Neguſ. *dicta par.* 4. *num.* 14. *& nu.* 20. 8. *conclus.* Menoc. *d. remed.* 5. *num.* 81. Corbul. *d. quæst.* 13. *num.* 1. Farinaccius *loco citato nam.* 234. Fulgin. *de iur. emphyteut. de varijs caducit. quæst.* 10. *num.* 25. Mantica *loco citato nu.* 8. qui tamen dupliciter declarat primò si statim creditor, qui videt debitorem in-



constantem per vim ingreditur, secus si ex interuallo, quod idem voluit Menoch. *d. remed.* 5. *num.* 84. Clar. §. *emphyteusis quæst.* 25.

Secundò, si creditor ingrediatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, secus si
16 vellet ita ingredi, vt inde scandalum oriri possit, Farinacc. *loco citato num.* 236. *&* *num.* 279. Carpan. *loco citato num.* 21. & cæteri *supracitati*, Fulgin. *de iur. emphyteut. d. quæst.* 10. *num.* 27.

Tutius ergo est, quando creditor inuenit debitorem inconstantem, & manu armata resistentem, vel de hoc dubitat, vt adeat Iudicem, illiusque officium imploret, vt det sibi manum militarem ad effectum repellendi resistentem secundum Bartol. *in dicta l.* 3. 2. *lect. num.* 28. *C. de pignor.* Farinacc. *num.* 239.

QVÆSTIO IX.

ARGVMENTVM.

An in Procuratoribus licita, vel illicita sit inconstantia.

SVMMARIVM.

1 *Pænitentia, & Inconstantia datur in contractu mandati.*
2 *Procuratoris officium nemo inuitus cogitur suscipere.*
3 *Neque ex parte Rei, neque ex parte Actoris.*
4 *Procuratores soliti exercere, publicè constituti, & matriculati cogi possunt ad suscipiendum mandatum.*
5 *Quid si iustam afferant excusationis causam.*
6 *Procuratores publici non benè æquiparantur publicis seruis.*
7 *Procuratoris officium etiam inuitus acceptare cogitur pro defensione Reipublicæ, vel Fisci.*
8 *Procurator mandatum, quod suscepit, cogitur executioni demandare.*
9 *Aliàs tenetur ad damna, & interesse.*
10 *Procurator negligens executionem suscepti mandati, dicitur violare fidem, & amicitiam.*
11 *Fides, & amicitia sunt duo res sanctæ.*
12 *Amicitiam dissoluere, & fallere est hominis perditissimi.*
13 *Mandatum ad lites suscipiens non potest Inconstans pænitere, & illud repudiare, sed tenetur litem vsque ad finem peragere.*
14 *Procurator simpliciter acceptans mandatum, non potest illi renunciare.*
15 *Procurator, qui priùs recusauerat, & deinde pænitens, mandatum acceptauit re integra, non potest illi renunciare.*
16 *Mandatum semel recusans, an, & quando possit deinde inconstans illud suscipere, & num.* 23.
17 *Acceptari non potest quod semel fuit recusatum.*
18 *Consensus simultaneus requiritur ad perfectionem contractus.*
19 *Interuallum vnius diei inter præstationem consensus vtriusque partis vitiat stipulationem.*
20 *Contractum pænitens acceptare non potest, qui semel contrahere recusauit sine nouo consensu alterius partis.*
21 *Emptor non potest acceptare venditionem altera die si venditorem interim pænituit.*
22 *Iuramentum oblatum, qui recusauit subire, non potest Inconstans illud acceptare, nisi denuo pars consentiat.*
24 *Voluntas non præsumitur mutata.*
25 *Renuncians dispensationi, quam obtinuit, adhuc potest deinde ea vti quatenus concedens in eadem persistat voluntate.*
26 *Electus, qui electioni renunciauit, potest pænitere, & eam acceptare adhuc persistentibus Electoribus in priori voluntate.*
27 *Iudex delegatus, & Arbiter, qui delegationem, seu arbitrium repudiarunt, quando possit à repudiatione recedere.*
28 *Creditor consentiens venditioni pignoris, an, & quando possit à consensu recedere ad seruandam eius hypothecam.*
29 *Procurator, qui cœpit agere non potest amplius mandatum repudiare.*
30 *Maximè si lis sit contestata.*
31 *Procurator defuncti potest ab hæredibus cogi ad pertractandam eandem litem.*
32 *Procurator cogitur prosequi causam vsque ad litis contestationem, quando actio est tempore peritura.*
33 *Procurator tenetur prosequi causam per seipsum non autem per Substitutum.*
34 *Maximè vbi esset electa industria personæ, & num.* 59.
35 *Procurator in causa criminali non potest substituere.*
36 *Procurator in rem suam potest substituere.*
37 *Procurator* cum libera *potest substituere.*
37 *Mandatum habens à lege potest substituere.*
39 *Prælatus potest substituere Procuratorem pro defensione bonorum eius Ecclesiæ.*
40 *Pater potest constituere Procuratorem pro defensione bonorum filij, in quibus habet vsumfructum.*

CVM iudicium incipere possit à citatione Procuratoris, Doctores *in l. eum, qui, C. de Procurat.* videndum est, an in Procuratoribus licita, vel illicita sit Inconstantia?

1 In contractu enim mandati dari pœnitentiam, & Inconstantiam patet *ex §. mandatum institut. mandat.* & ibi *Institutista*,

Et quod attinet ad Inconstantiam in Procuratore constituto.

2 Dic, quod licèt nemo inuitus cogatur officium Procuratoris in se suscipere, *l. inuitus 17. C. de Procurat. l. filiusfamilias, §. Inuitus, ff. eodem l. inuitus 19. ff de reg. iur.* & ibi Dec. & Cagnol. Rot. *decis. 26. aliàs 373. de Procurat in nou.* Verall. *decis. 319. num. 2. par. 1.* Coler. *decis. 139. num. 3.* Bellon. *decis. Genuæ* 140. *num.* 2. Io. Gargias *reg. 19. num. 6.* Cuiacius, Græucus, Donellus, & alij citati ab Augustino Barbosa *in d. l. inuitus num. 2. vers. Hanc eandem conclus. C. de Procurat.* quibus addo Surd. *cons. 433. num. 3.* Sola *ad Constitut. Sabaud. de offic. Aduocat. gloss. 10. in princip.* Martin. Mager. *de Aduocat. armat. cap. 11. de officio Protect. num. 411. & 412.* Molin. *de contract. to. 2. disp. 552. num. 5.*

3 Neque ex parte Rei. neque ex parte Actoris, Schrader. *de feud. par. 10. sect. 18. num. 115.* Græucus ad Gaill. *obseruat. 43. consider. 1. num. 17.*

Nisi essemus in Procuratoribus solitis exercere, & publicè constitutis, & matri-
4 culatis, qui cogi poterunt ad mandatum suscipiendum, vt per Fulgos. & Alex. *ad dictam l. inuitus, C. de Procurat.* Dec. *nu. 3.* Cagnol. *n. 1. & in l. inuitus,* Io. Ferrar. Mont. *vers. Sic itaque, ff. de regul. iur.* nouissimè Golin. *de Procurat. par. 1. cap. 5. num. 74.*
5 nisi iustam afferant excusationis causam, Faber. *in Codice lib. 2. tit. 1. de indic. difin. 29. num. 3. vers. Nam cum hi publicum,* vbi di-
6 cit non satis benè æquiparari seruis publicis, de quibus *in l. 2. ff. rem pupill. saluam, &c.*

7 Vel nisi tractaretur de defendenda Republica, vel Fisco, quia tunc inuitus quis cogitur officium Procuratoris acceptare, vt ex Cardosio *in praxi Iudicum, & Aduocatorum verb. Procurator num.* 168. voluit Barbosa *in d. l. inuitus, num.* 4.

8 Susceptum tamen mandatum cogitur, Procurator executioni demandare, nec inconstans esse potest circa illud Accursius *in d. l. inuitus, in verb. nec eandem, C. de Procurat.* Ruin. *cons. 44. volum. 1.* Paris. *consil. 91. num. 10. volum. 1.* Strac. *de mercat. tit. de mandat. num. 51.* Rota Genuen. *decis. 9. num. 5. & 6. & decis. 68. num. 5.* Surdus *decis. 304. num. 5.* Mastrill. *decis. 177. num. 12. part. 2.* Duager. *d. cap. 11. num. 417.* Rota *d. decis. 26. aliàs 373. de Procurat. in nou.* Molin. *de contract. tract. 2. disput. 549. nu. 4.* Rota *decis. 348. num. 5. par. 4. tom. 2. & decis. 392. num. 12. par. 5. recent.*

9 Alias tenetur ad damna, & interesse, *l. itemque §. si verò, ff. mandat.* Paris. & Rota Genuen. *loco cit.* Surd. *d. decis. nu. 4. & 5. & cons. 365. num. 1.* Molin. *loco cit. num. 4.* Rot. *d. decis. 348. num. 4. par. 4. & decis. 331. nu. 25. par. 5. recent.* Ciriac. *controuers. 165. num. 1.* Golin. *loco cit. nu. 81.* Dunozet. iun. *decis. 506. num. 6.*

10 Mandatum enim susceptum negligens amicitiam, & fidem, duas res sanctas
11 violare dicitur, Mantica *de tacit. lib. 3. cap. 1. num. 12.* Golin. *loco cit. num. 83.* Per-
12 ditissimi enim hominis est simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset Cicero *in Oratione pro Sexto Roscio Amerino,* Mantic. *loco citato.*

13 Hinc primò infertur, qui mandatum ad lites suscipit, non potest Inconstans

pœnitere mandatum repudiando, sed tenetur litem vsque ad finem peragere, *c.* 1. *cap. is qui, cap. si duo, cap. licet de Procurat. in* 6. Clem. 1. *eod. tit.* Gaill. *d. obser.*46. *nu.*3. Rebell. *de oblig. iust. lib.*17. *qu. vnica n.*5. *vers. sexta*, Rota *d. decis.* 26. *de Procur. in nou.*

14 Quod eo magis habet locum, si Procurator mandatum simpliciter acceptasset, quia ei renunciare non potest *dicta Clem.* 1. *de Procurat. l. si mandauero*, §. *fin. ff. mandat.* Golin. *loco cit. num.*76.

Secundò habet locum, etiam quod prius Prcurator recusasset recipere man-
15 datum, demum pœnitentia ductus re integra illud acceptasset expresse Glossa *d. Clem. verb. receptis*.

16 Licet enim qui semel recusauit acceptare mandatum, non possit Inconstans illud suscipere, Glos. *in d. cap. licet, in verbo quamdiu de Procurat in* 6. vbi Franc. *in princ. num.* 2. Monac. *num.* 3. Gratian. *discept.* 92. *num.*32. Regulare est enim, quod
17 semel recusatum non potest acceptari, Castrens. *in l. bonæ, ff. rem rat. hab.* quia ad
18 perfectionem contractus requiritur consensus simultaneus, *l.*1. §. *adeo autem, ff. de*
19 *pact.* itàut interuallum vnius diei vitiet stipulationem, *l. si ex duobus* 12. *in princ. de duob. reis*, Iason *in l.*1. § *qui præsens, num.*9. *de verb. oblig.* Crauet. post Angel. *cons.*106. *in fin.* vbi ex hoc concludit, eum, qui se-
20 mel contrahere recusauit nòn posse ductum pœnitentia, & Inconstantem acceptare contractum, nisi nouus consensus Aduersarij adhibeatur, quemadmodum nec Emptor poterit acceptare venditio-
21 nem altera die, si venditorem pœniteat, vt notant Doctores *in d.* §. *qui præsens.*

Sicuti nec etiam, qui recusauit subire iuramentum oblatum, poterit Inconstans
22 illud acceptare, & iurare nisi denuo præstetur consensus per eum, qui iuramentum obtulit, *l. non erit*, §. *fin. & l. seq. de iure iurando*.

Hoc tamen non procedit, si post recusationem mandatarij mandans in eadem
23 voluntate persistat, Alex. *cons.* 189. *in fin. lib.* 7. vbi subdit, quod in dubio non præ-
24 sumitur mutata voluntas, Prob. ad Monac. *d. cap. licet is, num.*2. Grat. *dicta disceptat.* 92. *num.*42. *vers. contrarium*, Costa *de re integra, distin.*87. *num.*4. Sanchez *de matrim. lib.* 5. *quæst.* 7. *num.*8. facit Textus *in cap. si tibi absenti*, & ibi Glossa *de præbend. in* 6. idem Sanchez *lib.*8. *disput.* 32. *num.*2. *eod. tract. de matrim.* vbi per Textum *in dicto cap. licet is* tenet, quod impetrans dispen-
25 sationem si Inconstans illi renunciet, potest nihilominus iterata Inconstantia illa vti, si concedens in eadem perstiterit voluntate.

26 Et Doctores *in dicto cap. licet* inferunt, electum renunciantem consentire electioni posse mutata voluntate illam acceptare, electoribus in priori voluntate persistentibus, quod de Iudice delegato,
27 & arbitro, qui semel arbitrium, & delegationem repudiarunt, docent ibidem Glosa, & Doctores, Sanchez *d. disp.* 32. *num.* 2.

28 Ad quod etiam facit Textus *in l. licet*, §. *Si voluntate, ff. quib. mod. pignus*, vbi creditor, ex cuius consensu pignus venditum est, censetur remittere ius pignoris, si tamen iam venierit, ante venditionem verò posse Inconstantem mutare voluntatem, quod approbat Sanchez *loco cit.*

29 Tertiò habet locum multò magis hæc regula, si Procurator cœpit agere Glossa *in d. Clemen.*1. *in verb. cogi, vers. est & alter casus*, & ibi Zabarell. *num.*20. *ad fin.*

30 Maximè verò si Procurator litem sit contestatus vtroque enim casu res desinit esse integra, Gaill. *d. obseru.*46. *num.*3.

Quarto habet locum etiam mortuo mandante, si filij, vel alij hæredes super-
31 sint, nam, qui Procurator defuncti fuit, filij, & alterius hæredis cuiuscunque Procurator esse cogi poterit in ea ipsa lite pertractanda, quia eadem lis manet, eademque instantia, *l. hæres absens* 19. *l. si is, qui Romæ* 34. *ff. de iudic.* optimè Faber *in suo Codice lib.*2. *tit.*8. *de Procurat. diffin.*18.

32 In actione autem tempore peritura cogetur Procurator prosequi causam saltem vsque ad litis contestationem, *l. Mutus*, §. *fin. ff. de Procurat.* Glos. *in d. Clem.*1. *dicto verbo cogi, vers. Alius casus est*, & ibi Franc. *num.*51.

33 In tantum verò illicita est in Procuratore Inconstantia, vt per se ipsum, non autem per substitutum causam prosequi teneatur, *leg. si Procuratorem*, §. *Si quis mandauerit, ff. mandat. leg. quod quis, C. de Procurat.* & vtrobique Bart. & *l. vltima num.* 2. *ff. de diuers. & temp. præscript.* Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 74. *num.*11. Menoch. *præsumpt.* 38. *lib.* 2. *num.* 1. Grat. *decis.*106. *Marchiæ num.*10. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *resolut.* 3. *in princip. de Procurat.* Marant. *in prax. par.* 4. *distinct.* 16. *num.* 21. & 28. Vant. *de nullit. ex defect. mandat. num.* 109. Paz. *in prax. tom.*1. *annot.* 4. *num.* 5. & 6. Barbosa Pater *in remiss. ad ordinat. Lusitan. lib.* 1. *tit.* 48. §. 28. *num.*2. Barbosa Filius *in cap.* 1. *de Procurat. in* 6. *num.* 8. Quod eò
34 magis procederet, si esset electa industria personæ, vt si mandatum datum esset ad causam criminalem, in qua Procurator
35 substituere non potest, Iason. *in dicta l. Quod quis in fin. C. de Procurat.* Menoch. *d. præsumpt.* 38. *num.* 3. *lib.* 3.

36 Poterit tamen Procurator substituere, primò si constitutus est Procurator in rem suam, *cap.* 1. *de Procurat. in* 6. Iason. *d. l. Quod quis num.* 1. *vers.* 2. *Fallit, C. eodem*

Gaill.

Gaill. *d.obseruat.*74. *nu.*11. Carauit. *Rit.*107. Lancell. *instit. canon. lib. 3. tit. de Procurat. §. Sed & illud*, Trentacinq. *d. resolut.3.n.3.* Ridolphin. *in praxi, par.1. cap.3. num.* 56.

37 Secundò, Si mandatum habeat cum libera, Bald. *in l.1. num.3. C. de bon. matern.* Trentacinq. *loco cit. num.*18.

38 Tertiò, Si habet mandatum à lege, vtpotè Prelatus, & Pater, nam ratione vsus-
39 fructus, & emolumenti, quod habent in bonis Ecclesiæ, vel filij poterunt substi-
40 tuere, vt probat latè Trentacinq. *d. resolut.3. num.*15. *&* 16.

41 Quartò, si Procurator datus dubitetur, an sit Procurator, quia ad istum articulum poterit substituere, Gloss. *fin. in l. licet*, & ibi Bald. *C. de Procur.* Bald. Salycet. & Iason. *in dicta l.quod quis Specul.de Procurat.§.Ratione autem formæ,vers.Porrò*, Trentacinq. *loco citato, nu.* 14. Ridolphin. *dicto cap. 3. num.* 57.

42 Quintò, poterit substituere, si facultatem habeat substituendi, *cap. 1. de Procurat. in* 6. Bart. *in l, 2. ff. de Procur.* Iason *in d. l. quod quis, num.*2. Specul. *loco cit. §.Ratione igitur, num.* 25. Marant. *d. part. 4. distinct.*16. *nu.*13. Lancell. *d. §. Sed, & illud*, Surd. *decis.* 195. *num.* 9. Rota *decis.* 346. *in antiq.* Ridolphin. *in praxi d. cap.3. num.*48.

43 Ad hunc autem effectum requiritur facultas, siue mandatum speciale, *leg. ab executione, §. Si Procurator, ff. de appellat. l. quodquis, C. de Procurat. cap.* 1. *eodem tit. in* 6. Roman. *singul.*277. Surd. *d. decis.*195. *num.* 9. Grassius *de Sub. Procurat. versic. Cum potestate substituendi, num.*1. Mozz. *de contract. tit. de mandat. ordin.* 4. *num.* 11. *& sub num.*51. *cas.*77. Berou. *cons.*23. *num.*14. *lib.*3. Cassan. *consuet. Burgund. rubr.*4. §. 5. *vers. Sans procuration, vers. Aduerte quod po-*
44 *testas substit.* vbi quod non sufficit, quod de potestate substituendi fiat mentio in narratiuis, nisi fiat in dispositiuis.

Et propterea non censeri datam facultatem substituendi, etiamquod promitta-
45 tur releuare indemnem, tam Procuratorem, quàm substituendum ab eo, voluit Rot. *decis.*23. *de Procurat. in antiq. & decis.*1. *in antiq. & decis.*1. *in antiquior. per Bisignet.* Roman. *singul.*214. Gemin. *in cap.*1. *§.Licet, col.2. num.* 5. *de Procur. in* 6. Bellamer. *decis.* 8. cum alijs per Gratian. *d. decis.* 16. *num.*14. Crauet. *cons.*186. *num.*3. & latius, *cons.* 920. *num.* 5. *&* 942. *num.* 26. *&* 966. *num.*12. Surd. *d.decis.*195. *num.*9. Menoch. *cons.*175. *nu.*12. idem Gratian. *discept.* 201. *num.* 89.

46 Quemadmodum requiritur, quod qui habet facultatem substituendi, expressè
47 substituat, non tacitè, vtputa per iurium traditionem, Rota *decis.*38. *in fin. de Procur. in nou. & decis.*211. *num.*4. *par.*2. *in rec.* Vbert. *de citat. cap.*9. *num.*353.

48 Sextò, substituere poterit post litem contestatam, etiamquod non habeat expressam substituendi facultatem, non enim tunc substitutionem facit vigore mandati, sed quia effectus est dominus litis, *cap. is, qui de Procur. in* 6. *l. quod quis, C. de Procurat. l. nulla, C. eod.* Boerius *decis.*287. *num.*1. Petrus Barbosa *ad l.cum Prætor* 12. §. 1. *nu.*104. *ff. de iudic.* Trentacinq. *dicta resolut.*3. *num.* 21. plures adducit Borell. *in summa, decis. tit. de Procurat.*66. *numero* 30. Ridolphin. *d.cap.*3. *sub num.*48.

49 Quod procedit in causis, in quibus litis contestatio est necessaria, in aliis autem Procurator intelligitur factus domi-
50 nus litis, cum primùm cœperit tractare de meritis causæ, & negocium principaliter discutitur, Bart. *in l. ab Executore, §. Si Procurator, num.*2. *in fin. de Procur. & in l. nulli in princ.* & ibi Bald. *num.* 3. Castrens. *num.*4. Alex. *num.*2. qui dicit communem, *C. eod.* & ibid. Iason *num.* 2. dicit hoc ab omnibus sine distinctione esse receptum, Aret. *cons.*30. *numero.*9. Roman. *cons.*174. *num.*5. Corn. *cons.*89. *num.*4. *lib.*1. Rota *in Romana Rationis Bancariæ* 21. *Maij* 1594. *coram Orano*, per Marches. *de commiss. par.*3. *fol.*44. Pænia *decis.* 570. *num.* 5. Mantic. *decis.*204. *num.*2. vbi latè differit, quando Procurator dicatur effectus dominus litis. Hoc igitur casu poterit substituere, vt volunt citati Doctores, Rota *decis.* 122. *in addit. in nou.* & alij per Trentacinq. *dicta resolut.*3. *num.*13.

51 Et propterea, si constituatur Procurator super exceptione, poterit substituere, quia
52 lis super ea non contestatur, Bald. *in l. si Procuratorem, §.* 1. *ff. mandat.* Alax. & Ias. *in d.l. quod quis*, Trentacinq. *loco cit.nu.*19.

53 Sic etiam poterit substituere, si dederit cautionem deiudicatum soluendo,
54 quia per eam dicitur effectus dominus litis, *l.Titius, ff. de Procur.* tantum enim valet litis contestatio, quantum satisdatio præstita per Procuratorem, Verall. *decision.*188. *&* 189. *nu.*2. *par.*2. Rot. *decis.*420. *de Procur. in nou.* vbi dicitur, hoc habere locum in causis ciuilibus, & prophanis, secus in causis criminalibus, & beneficiali-
55 bus, in quibus non admittitur talis cautio, nec potest fieri executio in bonis Procuratoris, & propterea secundum hanc distinctionem intelligendus est, Trentacinq. *loco citato num.* 20.

56 An autem si Procurator constitutus sit post litem contestatam possit substituere? variant Interpretes, nam Gloss. *in l. nihil*, & ibi Bald. *n.*7. Salyc. *in fin.* tenent opinionem affirmatiuam, ibidemque Iason dicit hanc esse communem.

Negatiuam verò tenent Gloss. *in cap.*1. §.1. *vers. Ab eo de Procur. in*6. Bart. & Angel. *in d.l. nihil Specul.de Procur.* §.1. *nu.*24.

& Io:Andr. ibi *in addition.* dicens hodie id esse determinatum *in dicto cap.* 1. §. 1. *de Procur. in* 6. & idem ibi tenet Gloss. & Archid. & Domin. Alber. *in dicta l. nihil, & in l. nec Tutores, C. eod.* vbi refert, hanc opinionem tenuisse Vbertum, & Accursium Greg. Lopez 3. *partita tit.* 5. *l.* 19. *Gloss.* 10. vbi dicit errasse Iasonem, asserendo contrariam opinionem esse communem, Paz. *in praxi tom.* 1. *annot.* 4. *num.* 6. Ceuall. *comm. contra comm. quæst.* 330. *num.* 2. August. Barbosa *ad d. cap.* 1. §. 1. *de Procur. in fin.*

Crederem tamen, posse hasce opiniones concordari, vt prior opinio procedat, quando Procurator post litem contesta-
57 tam constitutus aliquem actum exercuit, quia per illum actū efficitur dominus litis,
58 & tanquam talis potest condemnari, ergo poterit etiam substituere, vt optimè ratiocinatur, Salycet. *in d. l. nihil, nu.* 5. *versic. Quæro cum Gloss.* quem sequitur Carauit. *d. Rit.* 107. *num.* 10. Trentacinq. *dicta resolut.* 3. *num.* 23. *vers. Contrarium*, qui tamen dum *num.* 12. declarando principalem conclusionem dicit, quod etiam ante litem contestatam, si ad aliquem actum processerit, potest substituere per Petrum, & Cynum *in d. l. nihil,* & per Rot. *dec.* 122. *de Procur. in antiq.* quæ tamen in Codice meo est *in nou.* male loquitur, non enim intellexit doctrinas non à Rota ibi allegatas, sed ab Addentibus, illæ enim loquuntur de Procuratore, qui post litis contestationem fuit constitutus, & postea intercessit, non de eo, qui constitutus fuit ante litem contestatam, & propterea Doctores Addentes benè approbant concordiam à Nobis proximè allatam.

Non tamen post litem ab eo contestatam posset Procurator substituere, si electa esset industria Personæ, Trentacinq. *dicta resolut.* 3. *num.* 24.

QVÆSTIO X.

ARGVMENTVM.

An Procurator, qui alium substituit, possit inconstans causam reassumere.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, qui alium substituit, non potest inconstans causam reassumere.*
2 *Procurator habens facultatem substituendi semel tantùm potest substituere.*
3 *Quid si data esset facultas substituandi* toties quoties, &c. *& causam in se reassumendi.*
4 *Procurator habens facultatem substituendi vnum, vel plures, non desinit esse Procurator altero substituto.*
5 *Procurator alium substituens, potest causam reassumere vbi substitutio est facta cum clausulis præseruatiuis, scilicet* Procuratorio in suo robore permanente, *vel cum clausula* donec, &c.
6 *Procurator causam reassumens, dicitur tacitè inconstans substitutionem reuocare.*
7 *Substitutio Procuratoris reuocari non potest sine speciali mandato.*
8 *Substitutio Procuratoris etiam ab habente facultatem reuocandi post litem contestatam reuocari non potest sine legitima causa.*
9 *Aduocatus non potest in medio litis patrocinium clientis, & causam deserere.*
10 *Alias tenetur ad interesse.*
11 *Quid si Cliens de tempore in tempus non satisfaciat de stipendio.*
12 *Procurator an, & quando re integra possit inconstans mandato, quod acceptauerat renunciare.*
13 *Res ad hunc effectum an dicatur integra quando mandans dedit cautionem de iudicio sisti.*
14 *Procurator, qui mandatum acceptauit pro stipendio, non potest inconstans illi renunciare, nisi superuenerit impedimentum legitimum.*
15 *Contractus mandati dicitur etiamsi Procuratori salarium sit constitutum.*
16 *Salarium Procuratoris qua ratione constituatur.*
17 *Res integra respectu Procuratoris, quando diciatur vt inconstans possit mandato renunciare.*
18 *Procurator inconstans potest mandato iam acceptato renunciare iusta causa superueniente, quæ Iudicis arbitrio remittitur, & num. seqq. vbi de ratione.*
19 *Procurator potest renunciare mandato etiam post conclusione in causa, quando desijt habere commercium cum mandante.*
20 *Vel mandans fuit ex post facto declaratus hostis Patriæ.*
21 *Vel Religionis.*
22 *Procurator patrocinium præstans Hæretico, vel Apostatæ, non petita licentia, puniendus est.*
23 *Quid si illum defendat in causa ciuili, vel criminali extra hæresim.*
24 *Procurator acceptato mandato potest inconstans renunciare, quando capitalis inimicitia inter ipsum, & mandantem superuenit.*

25 *Procurator dignitatem assecutus potest mandato iam acceptato renunciare.*
26 *Idem de Procuratore absente causa Reipublica.*
27 *Ac de allegante ægritudinem, vel assumendam peregrinationem.*
28 *Idem de Procuratore occupato ob hæreditatem sibi superuentam.*
29 *Vel si detineatur in vinculis, apud prædones, vel apud hostes.*
30 *Idem si cæperit esse suspectus mandanti.*
31 *Et de misso in exilium, vel latitante ob metum.*
32 *Procurator ingrediens Religionem potest mandato iam acceptato renunciare.*
33 *Voluntas mutari non potest in alterius præiudicium.*
34 *Procurator an possit renunciare mandato iam acceptato ex eo, quod mandans non prouideat de pecunijs.*
35 *Renunciatio mandati quomodo fieri debeat per Procuratorem.*
36 *Procurator volens renunciare mandato an teneatur citare constituentem.*
37 *Procurator, qui in actu receptionis mandati non fuit protestatus se nolle illud acceptare, vel illud velle acceptare solummodo ad effectum substituendi, potest ab aduersario citari in causa mouenda contra Principalem.*
38 *Procurator potest inconstans renunciare mandato iam acceptato in causa appellationis.*
39 *Procurator tenetur appellare à contraria sententia.*
40 *Sed an, & quando teneatur appellationem prosequi, & num.43. cum seqq.*
41 *Procurator non potest prosequi appellationem etiamsi velit.*
42 *Quid in appellatione ab interlocutoria, & num. seq.*
44 *Procurator generaliter constitutus ad agendum, petendum, & defendendum, an teneatur prosequi appellationem.*
45 *Procurator constitutus ad lites præsentes, & futuras, tenetur prosequi appellationem.*
46 *Procurator constitutus ad negocia tenetur prosequi appellationem.*
47 *Procurator acceptans mandatum ad appellandum tenetur prosequi appellationem.*
48 *Sed an ad id teneatur semel, & bis.*
49 *Procurator qui sua culpa succubuit in causa tenetur prosequi appellationem.*
50 *Procurator videns suum Principalem fouere malum ius in causa, potest imo tenetur non appellare, & appellationem non prosequi.*
51 *Aduocati defendentes causas iniustas, vt inducant aduersarium ad aliquam transactionem, peccant mortaliter.*

1 ILLICITAM esse in hoc casu inconstantiam voluit Text. *in dicto cap. Si is, qui de Procurat. in 6.* Bartol. *in l. vero Procuratori, §. Quid ergo, in fin. ff. de solut.* Bald. *in dicta l. Quod quis, col. 2. in fin. C. de Procur.* Felyn. *in cap. Litteris, col. 3. vers. 11. vide Baldum, de offic. delegat.* Anna *alleg. 89. num. 10.* Oldrad. *consil. 130. num. 2.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 3. num. 69.* Trentacinq. *dicta resol. 3. num. 5.* vbi ex mente eiusdem Annæ voluit, Procuratorem, qui habet
2 facultatem substituendi, semel tantùm substituere posse, quod voluit etiam nouissimè Golin. *dicto tract. de Procur. par. 2. cap. 5. num. 74.*

Fallit tamen hæc conclusio, quando in
3 facultate substituendi, esset dictum cum facultate substituendi, & reassumendi toties, quoties sibi videbitur expedire onus in se reassumendi: Nam hoc casu poterit substituens causam reassumere, *dicto cap. Licet, de Procur. in 6.* Trentacinq. *d. resol. 3. num. 6.* Grauat. ad Vestr. *lib. 4. cap. 5. nu. 35.* Ridolphin. *dicto cap. 3. nu. 71.* Rota *decis. 14. de Procurat. in nou.*

4 Vel quod posset substituere vnum, vel plures, quia non desinit esse Procurator, altero substituto, Bartol. *in l. Quod si fortè, §. Quid ergo num. 3. in fin. ff. de solut.* Rota *decis. 14. & 30. de Procur. in nou. & decis. 576. num. 4. par. 3. recent.* vbi dicit hoc maximè procedere in Procuratore generali per *decis.* Vincent. de Franch. 465. *num. 4.* Golin. *dicto tract. par. 2. cap. 5. num. 78.* Rota *decis. 451. num. 4. par. 2. recent. quæ est eadem impressa in par. 3.* Ridolphin. *dicto cap. 3. num. 73.*

Vel substitutio facta esset cum clausu-
5 lis præseruatiuis, hoc est *Procuratorio in suo robore permanente*, vel cum clausula *donec*, vt ex Rota *decis. 11. in antiqu.* & Marta voluit Golin. *loco cit. num. 79. & 80.*
6 Hisce autem casibus Procurator inconstans reassumendo causam, dicitur tacitè substitutum reuocare, *cap. Si quem, de Procurat. in 6.* Gloss. Bartol. & Doctor. *in l. ante litis, ff. de Procurat.* Rota *decis. 148. in nou.*

7 Cum alias sine speciali mandato non liceat substitutum reuocare, *cap. Venerabili, de offic. deleg.* Bartol. *in l. 2. in princip. ff. de curat. bonor.* Specul. *tit. de Procur. §. 1. ver. Sed pone,* Grass. *de subst. procur. vers. Substitutus, verb. Reuocandum,* Golin. *loco cit. num. 81.*

8 Data autem facultate reuocandi, non potest Procurator substitutum reuocare post litem contestatam, nisi legitima causa subsistente, Trentacinq. *dicta resolut. 3. num. 9. & 10.*

Sed redeundo ad principalem conclu-
9 sionem, quod dictum est de Procuratore, idem dicendum est de Aduocato, qui in medio litis causam, & clientis patrocinium deserere non potest, Aretin. *in §. Præterea si Medicus num. 2. instit. ad l. Aquil.*
10 dicens teneri ad interesse, dummodo cliens de tempore in tempus satisfaciat ei

11 de ſtipendio, quem ſequitur Franc. Marc. *deciſ.* 644. *nu.*3. *vol.*1. Hinc illud Ouidij,

Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci.
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem:

quem refert Borell. *in ſumm. deciſ. tit.* 65. *num.* 110.

12 Dic licitam eſſe inconſtantiam re integra, poteſt enim conſtitutus Procurator re integra mandato renunciare, §.*Mandatum, inſtit. de mand.* & ibidem Inſtitutiſtæ Gloſs. *in dicta l.inuitus, verſ. Nec eandem, C. de Procur.* Golin. *loco cit. num.* 80. Rebell. *de oblig iuſt. loco cit. num.*5. Molin. *d.tract.*2. *diſp.*552.*num.* 5. Ratio eſt, quia re integra nihil intereſt mandantis, poteſt enim mandans æquè ſibi prouidere, Oynotim. *dicto* §.*Mandatum num.*7. Nec admitto ſimpliciter, quod dicit Gaill. *d.obſeruat.*46. nempe
13 quia in mandato ſolet inſeri ſatiſdatio, rem deſinere eſſe integram, & propterea non dari inconſtantiam, quia hæc doctrina intelligenda eſt iuxta tradita à Bonif. de Vitalinis *in dicta Clem.*1. *num.* 49. *de Procurat.* vt per ſolam cautionem non deſinat res integra, ſi alias non intereſt conſtituentis: Quid enim ſi conſtituens eſſet præſens, & ipſe cogi poſſet ad ſiſtendum in iudicio, vel poſſet alium Procuratorem Aduerſario conſentiente æquè benè conſtituere, certè non eſt dicendum rem deſinere eſſe integram: Si autem Aduerſarius non conſentiret, vel intereſſet conſtituentis, non eſſet locus inconſtantiæ, vt benè aduertit Vitalin. *vt ſupra*, vbi dicit ita intelligere Clementinam illam, & ita credo eſſe intelligendam etiam Gloſs. *in dicta Clem.* 1. *verb. cogi, verſ. Et per hoc ſoluitur.*

Sed quod per ſatiſdationem datam à mandante de iudicio ſiſti, res deſinat eſſe integra, voluit Bartol. *in l. defunctus*, per illum Text. *de Procur.* vbi dicit, iſtud eſſe mirabile, cum alijs per Dec. *in cap.relatum num.*18. *de offic. delegat.* & hanc opinionem tenet Rot. per Verall. *deciſ.* 188. *&* 189. *par.*2. Fragoſ. *de Regim.Reipubl. par.*1. *lib.*5. *diſput.*12. *num.*269. *ad fin.* Buratt. *deciſ.*241. *num.* 10.

Illud verò, quod dicitur de inconſtantia re integra, intelligendum eſt, quando mandatum eſſet proprium, & expreſſum, quo Mandatarius gratis acceptaſſet man-
14 datum, ſecus verò ſi pro ſtipendio illud acceptaſſet, ac proinde eſſet verus contractus locationis operarum, & induſtriæ pro ſtipendio, tunc vtique cogi poſſet implere contractum ſemel integrè mutuo conſenſu celebratum, niſi legitimum ſuperueniret impedimentum, quo neque per ſe, neque per alium poſſet commodè mandatum implere, ità Molin. reprobato Gregor.Lopez, & ab eo citati *lib.*20.*tit.*12. *par.*5. *verſ.Recibe el mandamiento tract.*2. *diſput.*552. *num.*5.

15 Neque obſtat, quod ſi Procuratori ſalarium ſit conſtitutum non perdat contractus nomen mandati, per Text. *in l.Si remunerandi* 6.*in princ. cum ll.ſeqq. ff.mandati.*
16 Quia in illis legibus ſalarium non ex contractus neceſſitate, ſed mandato iam ſuſcepto honoris, & remunerationis gratia conſtituitur, Faber. *in ſuo Codice, tit. de mand. lib.*4. *tit.*26. *diffin.*6.*num.*7. Mantic. *de tacit. lib.*7. *tit.*2. *num.*5.

17 Res autem integra in Procuratore ad iudicia dicitur ante litem conteſtatam, *l. Procuratoribus, C. eod.* Golin. *dicto tract. par.*3. *cap.*4. *num.*3. *&* 4. Vinius *deciſ.* 494. *ſub num.*1.

18 Secundò dic, licitam eſſe inconſtantiam iuſta cauſa ſuperueniente, quæ Iudicis arbitrio remittenda eſt, Faber *in Codice lib.*3. *tit.*8. *diffin.*8 *in princ.*

19 Iuſta verò cauſa erit in propoſito, ſi cum eo, qui mandauerat, commercium Procurator habere deſierit, eo quod mandator hoſtis Patriæ ex poſt facto declaratus fuit, Faber. *loco cit.nu.*3. qui ſubiungit,
20 hoc habere locum etiam poſt concluſum in cauſa: Quia ſententiæ prolationem audire is non eſt cogendus, qui non cogitur officio fungi Procuratoris.

21 Idem dicendum eſt, ſi mandans effectus ſit hoſtis Religionis, puniretur enim qui
22 Hæretico, vel Apoſtatæ patrocinium præſtaret, non petita licentia, quamuis non incideret in excommunicationem
23 Bullæ Cœnæ Domini, ſi illum tueretur in cauſa ciuili, vel criminali extra hæreſim, vt ex Syluestro, Sayro, Toledo, Azorio, Vgolino, tenet Sanchez *in præceptis Decalogi lib.*2. *cap.*10. *num.*19.

24 Iuſta quoque cauſa erit inconſtantiæ in Procuratore, ſi capitales inimicitiæ inter-
25 cedant inter ipſum, & mandantem, Cabed. *deciſ.* 214. *num.* 8. vel ſi dignitatem
26 aſſecutus fuerit, vel Reipublicæ cauſa abſentatus ſit, *l. filiusfam.* §.*vlt. ff.de Procur.*
27 vel ſi ægritudinem, vel neceſſariam peregrinationem alleget, *l. at ſi valetudinem, ff. eodem*, Thomas Actius *de infir. legal. par.*2. *cap.*7. *num.*2. Golin. *de Procur. par.*5. *cap.*3. *num.* 24.

28 Vel ſi hæreditas ſuperueniens eum occupet, *l. vel hæreditas, ff. eod. tit.* Vel ſi in
29 vinculis, aut prædonum, vel hoſtium
30 poteſtate detentus ſit; Vel ſi ſuſpectus mandanti eſſe cæperit, *l. item ſi ſuſpectus, ff. eod.* Vel ſi publico iudicio priuatione;
31 Vel maiori re ſua diſtinguatur; Vel exilio; Vel ob metum latitet; Vel ſi Reli-
32 gionem fuerit ingreſſus, *l. vel iudicio, & l. vel exilio, & l. aut Religionis, ff. eod. cap. Quamuis Procurator, de Procur. in* 6. Vel ſi alia ſimili cauſa impeditus ſit, *l. aut longa,*

ff. eod. benè Azor. *inſtit. moral. lib. 9. cap. 6. quæſt. 4. verſ. Nequit itidem*, Oynot. *dicto §. Mandatum num. 2.* & ibi Harpreέt. *num. 1.* qui dicit, quod ideo non ſubſiſtente iuſtá
33 cauſa non poteſt Procurator renunciare mandato, quia nemo poteſt mutare voluntatem in alterius præiudicium, *l. nemo 75. ff. de reg. iur.* De quo aliàs fortaſsè dicemus.

34 An autem iuſtum ſit impedimentum carere pecunia mandantis ad cauſæ tutelam? affirmatiuè reſpondit Rota *deciſ. 206. num. 4. lib. 2. par. 3. diuerſ.* per Gloſs. *in l. non iuſtè, de Procur.* & Franch. *in cap. ex ratione, col. 3. de appellat.* Golin. *loco cit. num. 25.*

35 Qualiter verò facienda ſit renunciatio differit Gaill. *d. obſeru. 46. lib. 1.* & Golin. *dicto tract. par. 1. cap. 5. num. 91.* qui dicunt
36 requiri partis, ac Domini conſtituentis citationem.

Quod Ego intelligerem, quando Procurator inconſtans eſt poſt litem conteſtatam, ſecus verò ſi re integra, cum enim hoc caſu non interſit partis, neque mandantis, fruſtrà citatio requirenda eſt ad Text. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* Golin. *dicto tract. par. 3. cap. 5. num. 8.*

37 Benè verum eſt, quod ſi in actu receptionis mandati Procurator non proteſtetur ſe nolle acceptare mandatum, vel illud tantùm acceptare, ad effectum ſubſtituendi, poterit ipſe citari ad ſententiam, Put. *deciſ. 217. lib. 2. in antiqu.*

38 Tertiò, licita eſt inconſtantia in cauſa appellationis, licet enim ſecundùm com-
39 muniorem opinionem, Procurator teneatur appellare, non tamen tenetur pro-
40 ſequi appellationem, *l. inuitus*, & ibi Doctor. *C. de Procur.* Abb. per illum Textum *in cap. non iniuſtè num. 5. de Procurat.* Rota *deciſ. 2. num. 2. de Procur. in nou.* Mantic. *de tacit. dicto lib. 7. tit. 12. nu. 19.* Put. *deciſ. 265. lib. 1. in correct.* Gaſpar. Anton. Theſaur. *qq. foren. lib. 1. quæſt. 75. num. 2.* latè Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 5. num. 12. verſ. Contra hanc ampliationem*, Fragoſ. *de Regim. Reipubl. par. 1. lib. 8. §. 6. num. 102.* Imò
41 non poſſe proſequi etiamſi velit, voluit Bald. *in dicta l. inuitus quæſt. 3. num. 6.* Salyc. *num. 10.* Caſtren. *num. 5.* Ferrar. *de appellat. lib. 2. cap. 1. num. 113.* Scacc. *loco cit. verſ. Extende*, Fragoſ. *loco cit. num. 102.* Mohed. *deciſ. 6. aliàs 126. de Procurat.* vbi rationem aſſignat.

42 Quod declara primò non procedere in appellatione ab interlocutoria, quia non ſolùm tenetur appellare, ſed debet appellationem proſequi, Bald. *in dicta l. inuitus num. 6.* Salyc. *num. 9. C. de Procur.* Angel. Aretin. & Ferrar. *relati* à Scaccia *loco cit. num. 12. verſ. primus eſt caſus*, Bartol. *dicta l. inuitus num. 8.* Abb. *in dicto cap. Non iniuſtè num. 13.* & ibi Innoc. Capra *reg. 65. num. 29.* Gaill. *lib. 1. obſeruat. 139. num. 11.* Fragoſ. *loco cit. num. 102. propè fin.* Cappell. Tholoſ. *deciſ. 155.* Boer. *dicta deciſ. 285. num. 10.*

43 Dummodo cauſa ageretur in eadem Ciuitate, vel loco, non autem in loco remoto, Doctor. omnes *in dicta l. inuitus*, Boer., & Cappell. Tholoſ. *locis citatis*, Gaſp. Antonius Theſaur. *dicta quæſt. 75. num. 3.* Scacc. *loco cit. verſ. Intellige cum grano ſalis.*

44 Secundò declara, non habere locum inconſtantiam, ſi Procurator fuiſſet conſtitutus generaliter ad agendum, petendum, & defendendum, quia iſto caſu tenetur Procurator proſequi appellationem à diffinitiua ſententia, Bald. *in d. l. inuitus quæſt. 3. num. 6.* Scacc. *loco cit. verſ. Secundus eſt caſus.*

Sed quod non ſufficiat poteſtas prædicta, niſi vlterius in mandato dictum ſit, ad appellandum, & appellationem proſequendum, voluit Rot. *deciſ 9. aliàs 147. de Procur. in nou.*

45 Tertiò declara, non habere locum inconſtantiam, ſi Procurator conſtitutus ſit ad lites præſentes, & futuras, Caſtren. *in d. l. inuitus num. 5.* Angel. Aret. *in l. vlt. nu. 3. ff. an per alias cauſas appellat.* Scacc. *loco cit. verſ. Secundus caſus, ad fin.*

46 Quartò declara, non habere locum inconſtantiam in Procuratore conſtituto ad negocia, quia tunc poterit exercere iudicia præſentia, & futura, quouſque durat mandatum, & ideo tenetur proſequi appellationem, Gloſs. *in 1. ſolut. in dicta l. vlt. ff. an per alias cauſas appellat.* quam refert, & ſequitur ibidem Angelus Aret. *num. 3.* Gregor. Tholoſ. *de appellat. lib. 5. cap. 1. num. 13.* Scacc. *loco cit. verſ. Tertius eſt caſus.*

47 Quintò declara, non habere locum, ſi Procurator habeat ſpeciale mandatum ad appellationis cauſam, quia tenetur eam proſequi, ſi mandatum acceptauit, Gloſs. *in dicta l. vlt. in 2. ſolut.* Aret. ibid. *num. 3.* Scacc. *loco cit. verſ. Quartus eſt caſus*, qui dicit, hunc caſum non habere difficultatem, & non ſolùm teneri ad primam, ſed ad ſecundam proſecutionem, quia tene-
48 tur non ſolùm ſemel, ſed ſecundo appellare, vt per Salyc. Bald. & alios.

49 Sextò declara, non habere locum, quando Procurator ſua culpa ſuccubuit, quia tunc ſe ipſum adſtrinxit ad culpam purgandam, quod non poteſt fieri, niſi per proſecutionem appellationis, Bald. *in dicta l. inuitus num. 7.* Ferrar. *de appellat. lib. 2. cap. 1. num. 115.* Scacc. *loco cit. verſ. Quintus caſus eſt.*

Septimò, licita eſt inconſtantia in Procuratore, quando videt in proſecutione
50 cauſæ ſuum Principalem fouere malam

causam, non solùm enim potest, sed illam tenetur deserere, Salyc. *in dicto l. inuitus*, qui loquitur in Procuratore, in causa appellationis, qui videns malum ius fouere suum Principalem, non tenetur appellare, nec appellationem prosequi, & in Aduocatis, & Causidicis necessariam esse hanc inconstantiam tenent omnes ferè Summistæ cum D. Thoma 2. 2. *quæst.*71. *art.*3. *ad* 2. Nauar. *in man. cap.*25. *num.* 28. *vers.* 2. Syluestr. *verb. Aduocatus quæst.* 10. *num.* 5. Lessius *de iustit. & iur. lib.* 2. *cap.*31. *declar.* 8. *num.*49. *vers. Vbi aduerte primo*, Layman. *Theolog. moral. lib.*1. *tract.* 1. *cap.*5. §. 4. *num.*18. Card. de Lugo *de iust. & iur. to.* 2. *disput.* 41. *sect.* 1. *num.* 6. Sot. *eod. tract. lib.*5. *quæst.*8. *art.*3. Fragos. *de Regim. Reip. par.*1. *lib.*5. *disput.*13. *num.*250. Tolet. *lib.* 5. *cap.*60. *num.* 2. Baldell. *Theol. moral. par.*1. *lib* 4. *disput.*16. *num.*3. Sanchez *cons. moral. lib.*6. *cap.*7. *dub.*7.

Ex nostris autem Guttier. *pract. qq. lib.*1. *quæst.*26. *num.* 3. Burgos de Paz. *in proæmio ad l. Tauri num.* 422. Coras. *de commun. opin. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 35. *& num.* 39. Farinac. *de Inquis. quæst.* 4. *num.*16. Magon. *de recta patrocinandi ratione cap.* 42. *num.* 15. & facit Text. *in l. rem non nouam*, §. *Patroni*, *C. de iudic.* Anton. Massa Galles. *in tract. de exercitat. iurisperit. lib.* 3. *num.* 13. Io. de Grass. *in arbore iudiciorum in* 2. *principal. de Iudicib. arboris designantibus causam num.* 15. Viuius *decis.* 123. *num.*10. Becard. *in specul. visitationis cap.* 18. *num.* 33. idem Magon. *dicto tract. cap.* 20. *num.* 17. *vers. Receptissima est conclusio*, vbi inuehit contra Aduocatos
51 constantes vsque ad executionem rei iudicatæ in defendendo causas iniustas, idque dicit facere, vt inducant Aduersarium ad aliquam transactionem, illis propterea denunciat culpam mortalem, quæ condẽnat eos ad perpetuos cruciatus Inferni.

QVÆSTIO XI.

ARGVMENTVM.

An Procurator, siue Aduocatus inconstans possit alterius Partis, quæ fouet iustam causam, iura defendere. Et an Aduocatus in consilijs priuatis possit modò pro vna, modò pro altera Parte consulere: Et quænam Doctoris inconstantis, & varij sit attendenda opinio.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus defendens clientem, qui fouet malum ius in causa, an possit Inconstans assumere patrocinium alterius partis fouentis bonum ius, & num.* 5.
2 *Doctor consulens vtrique parti, quando infamiam incurrat, & num. 6. cum seqq.*
3 *Sapientis est mutare sententiam in meliorem non autem in deteriorem.*
4 *Causam iniustam defendere impium est.*
7 *Amori Dei, & conscientiæ propriæ consulendum est prius, quàm honori mundano.*
8 *Præuaricator dicitur Doctor consulens pro vtraque parte neutrius defensione omissa.*
9 *Procurator, vel Aduocatus, cui cliens non soluit salarium, an, & quando possit illum deserere, & contrariæ partis defensionem assumere, & num.* 11.
10 *Licita omnia facienda non sunt, sed decentia.*
12 *Procurator, qui Iudicem adiuit, potest compellere partem ad solutionem salarij.*
13 *Procurator, vel Aduocatus sine causa derelictus à cliente inconstante, recusans alteri parti patrocinium præstare potest à cliente, qui eum dereliquit petere interesse.*
14 *Procurator, vel Aduocatus potest inconstans priorem partem deserere, & alterius patrocinium assumere intercedente mandato Iudicis.*
15 *Iudex videns vnam partem omnes meliores Aduocatos, & Procuratores assumpsisse, potest aliquos eorum compellere, vt dimittant Patrocinium illius partis, & alterius assumant.*
16 *Quid si cum iuramento affirmarent se id non posse facere tuta conscientia cognoscentes partem dimittendum fouere iustitiam, alteram verò malum ius.*
17 *Et quale iuramentum ad hunc effectum sufficiat.*
18 *Aduocatus effectus Tutor pupilli, contra cuius patrem litem defendebat, potest inconstans clientem deserere, & pupilli defensionem assumere.*
19 *Procurator, seu Aduocatus potest inconstans alterius partis patrocinium assumere in nouo articulo emergente, & à primo, in quo aliam partem defendebat non dependente.*
20 *Procurator, vel Aduocatus inconstans an possit suum clientem deserere, & alterius partis defensionem assumere in gradu appellationis.*
21 *Aduocatus, vel Procurator ex iusta causa deserens primum clientem, & alterius partis patrocinium assumens, non debet isti pande-*

eſſe poſt ſuſceptum mandatum, ſed tenetur illud ad finem perducere.

80 *Procurator ad negocia an poſſit inconſtans re integra renunciare mandato, & num. 88.*

81 *Contractus initi cenſentur iuxta regulas iuris.*

82 *Procurator ad negocia re integra poteſt renunciare mandato.*

83 *Procurator ad negocia mandatum non adimplens, tenetur ad damna, & intereſſe.*

84 *Procurator ad negocia non ſolùm tenetur de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui.*

85 *Procurator ad negocia, qui mandatum ſuſceptum non adimpleuit etiam in rebus priuatis, & minimis, ſua culpa, vel negligentia infamis definitur, & de ratione.*

86 *Procurator dicitur, & æſtimatur amicus.*

88 *Procurator ad negocia, qui ſalarium acceptauit, non poteſt etiam re integra pœnitere, & inconſtans mandatum reuocare.*

89 *Res integra in negocio non dicitur, quando factum eſt aliquod ſubſtantiale ipſius negocij.*

90 *In mandato ad vendendum res dicitur integra, donec mandatarius arrham dederit.*

91 *Procurator ad negocia poteſt inconſtans mandato renunciare legitimo ſuperueniente impedimento, ob quod illud exequi non valeat, & quale impedimentum ad hunc effectum dicatur legitimum.*

QVÆSTIONEM hanc latè diſputat Coraſ. *dicto tract. de commun. opin. lib. 1. tit. 6. inſpect. 2. num. 34. inter tract. magn. to. 18. fol. 222.*

1 Et non eſſe hoc caſu licitam Inconſtantiam voluit Io. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de Aduocato, §. nunc tractemus, verſ. ſed nunquid prius, num. 11. in verb. priuſquam in additione incipien. ſuſpicor,* Bertachin. *in ſuo Repertorio verb. Doctor conſulens vtri-*
2 *que parti*, vbi inquit talem Doctorem eſſe infamem motus *per l. Athletas, §. penult. ff. de his, qui not. infam.*

Hoc autem dilemmate mouetur, Io. Andr. aut iſte Aduocatus, vel Procurator
3 priorem partem iuſtè defendebat, vel iniuſtè, primo caſu non debet illam deſerere, nam quod dicitur, ſapientis eſſe mutare ſententiam, intelligitur in ſaniorem, & meliorem, non deteriorem; Aut iniuſtè, & non debet errorem ſuum detegere,
4 mutando opinionem, ſed honori proprio parcere, cum impium ſit iniuſtam cauſam defendiſſe; Et opinionem Ioannis Andr. ſequitur Caſtrenſ. *in l. fin. num. 3. C. de poſtulan.* Guttier. *pract. quæſtionum, quæſt. 30. num. 5. lib. 1.*

5 Contrarium tamen voluit Gloſs. *in l. fin. in gloſs. magn. poſt princip. verſ. ex alijs ergo patet de poſtul.* Specul. *in tit. de Aduocato, §. Nunc tractemus, verſ. ſed nunquid prius, num. 11.* & hanc opinionem approbarunt omnes Doctores Bononien. illius temporis, vt refert Io. Andr. ad Specul. vbi *ſupra*, Bald. *in l. quos prohibet in fine num. 1. ff. de poſtul.* Corneus *conſ. 244. in princip. lib. 3. & conſ. 7. lib. 4.* alios refert, & ſequitur Coraſ. *dicto tract. lib. 1. tit. 6. inſpect. 2. num. 36.* vbi dicit hanc eſſe communem, & receptam ſententiam, & ei accedit tanquam de iure veriori.

Neque obſtant adducta in contrarium; Quia Textus *in dicta l. Athletas, §. penult.*
6 vel habet locum, quando quis relicta priori parte abſque aliqua cauſa, ad contrariam partem tuendam ſe confert, ſecus quando adeſt iuſta cauſa, vel procedit, quando quis defendit vtramque partem, neutra relicta, ſecus verò, ſi vna relicta ex iuſta cauſa, ad aliam ſe confert, vt benè reſpondet Coraſ. *loco citato num. 33.*

Secundò, non obſtat dilemma Io. Andr. Quia prior pars procedit, durante ſemper iuſta cauſa, ſed ſi ex poſt facto iniuſta reperiatur, non ſolùm poteſt, ſed debet Procurator illam deſerere.

7 Secunda pars ſubmouetur; Quia conſulendum eſt prius conſcientiæ, & Dei honori, quàm honori mundano, Coraſ. *loco citato*.

8 Qui tamen limitat duobus modis; Primo vt hæc opinio communis non habeat locum, quando Doctor conſuleret pro vtraque parte, neutrius defenſione omiſſa, quia tunc eſſet prænaricator, & infamis, *l. Athletas, §. penult. ff. de his, qui not. infam.* Specul. *d. §. Nunc tractemus, num. 11.*

Secundò, vt non habeat locum de honeſtate, ideo tanquam ab igne, ab huiuſmodi mutatione cauendum eſt, nam ob malignitatem vulgi non poſſet Procurator, vel Aduocatus euitare maximam fraudis, auaritiæ, & voracitatis ad lucrum ſuſpicionem, vt tradit Dec. *in l. precibus, num. 4. C. de impub. & alijs ſubſtitut.* quem refert. Cagnol. *in l. Nemo poteſt mutare, num. 8. ff. de regul. iur.* & dicit Soccinum erubuiſſe ſe ita feciſſe, dum Decius ſecum de ſuis conſilijs contrarijs loquebatur, Coraſ. *loco citato num. 41.* cui addo Farinaccium *d. quæſt. 4. num. 16. ad finem*.

Non tamen erit iuſta cauſa Inconſtantiæ in Procuratore, vel Aduocato deſe-
9 rendi partem, quam defendere eſt aggreſſus, & ad defenſionem alterius transeundi, ſi illi non ſoluatur à priori parte ſalarium, vt perperam voluit Ancanellus de Claris *ſingul. 253.* cum enim poſt Viuium reprobat Carpan. *ad Statum Mediolan. lib. 1. cap. 432. num. 10.* Guttier. *pract. quæſtionum quæſt. 30. num. 2. lib. 1.*

At in hac materia dic aut pars adiuit Procuratorem, vel Aduocatum, eique iura ſua oſtendit, & ipſe promiſit patrocinium præſtare, & hoc caſu, quia tacitè intelligitur, ſi ſibi debitum ſalarium ſoluatur,

uatur, si pars salarium non soluat, poterit Aduocatus inconstans recedere à promissione, & alteram defendere partem, vt decidit Paulus Castrens. *in l. fin. nu. 2. ff. de postulan.* Azeued. *ad leges Regias Hispaniæ to. 1. lib. 2. tit. 16. l. 17. num. 5.* qui dicit in facto vidisse Procuratorem quendam ob hoc accusatum liberum pronunciari hac de causa ex dictis per Auendan. *lib. 1. cap. 2. de exequendis mandatis num. 25. & per dict. singul. Ancauelli de Claris 253.* qui tamen *num. 6. in fin.* subiungit, quod non adiuuaret contrariam partem ob non solutum salarium per primam, nisi de licentia Iudicis, vt omnis scrupulus, & murmuratio cessaret, non enim omnia,
10 quæ licent, facienda sunt, sed ea, quæ decentia, iuxta dictum Apostoli, *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, & ex nostris Dec. *in l. Nemo potest, num. 2. ff. de reg. iur.* idem voluit Portoles ad Molinum *verb. Aduocatus num. 75.* Guttierus *dicta quæst. 30. num. 1. vers. licet, num. 2.* Videatur dubius de opinione D. Pauli, quam intelligit procedere; Vel data fraude in ea parte, quæ ostendit iura, vt hoc modo auferret alteri parti præsidium illius Procuratoris, vel Aduocati, quod voluit etiam Azeued. *loco citato num. 6.* vel quando Procurator, vel Aduocatus non ità explicitè, nec sigillatim promisisset illi parti,
11 se patrocinium pro ea præstaturum, nec exactè illius iura examinauit, nec dixit cum studio, & deliberatione illam fouere iustitiam, sed simpliciter audiret partem, eiusque iura, & instrumenta videns, spem dedisset patrocinandi pro ea, Acuhna *cap. Disciplina 45. distinct. num. 11.* Pereg. *de iur. Fisc. lib. 7. tit. 2. num. 9.* vbi limitat in causa fiscali Emanuel Barbosa *ad ordinat. Regias Lusitan. lib. 1. tit. 48. §. 27. num. 2.*

Adest casus singularis, in quo Procurator, qui patrocinium præstitit pro vna parte, postea potuerit pro alia patrocinari, relatus, & à Rota decisus *decis. 163. par. 6. recent.*

12 Aut Procurator, vel Aduocatus cœpit patrocinium præstare, & tunc nullo modo etiam non soluto salario potest esse inconstans, quia Procurator Iudicem adeundo poterit compellere partem ad sibi solutionem debiti salarii faciendam, Auendan. *loco citato*, Matiens *loco cit. num. 5.* Guttier. *dicta quæst. 30. nu. 2. ad finem* vbi dicit, quod hoc casu poterit etiam petere iustum interesse, si Procurator, vel Aduocatus
13 postquam patrocinari cœpit, derelinquatur à parte inconstante sine causa, & pars aduersa illum requirat, vt pro se patrocinetur, idque recuset propter prius consilium, vel patrocinium alteri parti derelinquenti per eum præstitum, quod etiam vigore *l. Regiæ* probat *num. 4.* in fine tamen eiusdem numeri dicit, quod si hæc de iure procedunt, ipsæ tamen etiam in casu Pauli non adiuuaret alteram partem.

Iusta verò potest esse in Procuratore, vel Aduocato causa deserendi priorem par-
14 tem, si Iudicis mandatum intercedat, nam si vna pars assumpsit pro se omnes meliores Aduocatos Iudex ad instantiam alterius partis poterit compellere aliquos eorum dimittere illam partem, & assu-
15 mere defensam pro altera, quia etsi iam semel se adstrinxerint ad patrocinandum pro diuersa parte, nihilominus tamen auferri non debet copia defensionis alteri parti, vt ex Textu *in l. prouidendum in fin. C. de postulan.* tenet Castrens. *statim in principio contra glossam*, Guttier. *dicta quæst. 30. num. 4.* qui hoc intelligit, nisi Aduocati, vel Procuratores, quos dimittere primam partem contendit, recusent absque fraude illam relinquere, & alteram iuuare, asserentes priorem partem habere iustitiam, alteram verò minimè, seque cum conscientia
16 minimè posse pro secunda patrocinari, tunc enim cessante prædicta fraude, & iuramento præcedente super hoc prædictos Aduocatos non compelleret, vt priorem iustitiam fouentem dimittant, secundam verò ea carentem adiuuent, & quod non sufficit, vt Aduocatus hanc coactionem
17 euadat, simpliciter asserere, se credere suum principalem iustitiam non fouere, sed teneri iurare se ita credere, vt voluit Specul. *in tit. de Aduocat. §. obijcitur, nu. 23.* cuius sententiam sequitur Abbas *in cap. fin. num. 4. in fine*, & ibi Boich. *num. 8.* Bellamer. *num. 2.* Imol. *num. 12. de postul.* Portoles ad Molinum *verb. Aduocatus, num. 27.*

Secundò, iusta causa erit fauor pupillorum, nam si Aduocatus post litem con-
18 testatam effectus fuerit tutor pupilli, contra cuius patrem litem defendebat, poterit inconstans priorem clientulum deserere, & pupillum defendere *l. final.* & ibi Bart. Bald. Castrens. *num. 1. & 2. ff. de postul.* vbi Castrens. huius rei pulchram rationem affert; idem asserit Specul. §. *Obijcitur, num. 18. in fine, & num. 20. in fine*, Portoles *loco citato num. 79.* Acunha *ad decretum in cap. Disciplina dist. 45. num. 11.* Peregr. *loco citato num. 9.* vbi dicit procedere etiam in causa fiscali.

Tertiò, iusta causa erit, si lite in aliqua sui parte finita emergat nouus articulus à
19 primo non dependens, quia tunc alterius partis Aduocatus, vel Procurator esse poterit, Giossa, & ibi Baldus *in l. fin. ff. de postulan.* Auendan. *dicto cap. 2. num. 25.* Portoles *loco citato num. 77.*

20 An verò in causa appellationis inconstans esse possit, & ad aliam se transferre partem? Specul. *in tit. de Aduocat. §. nunc*

dicit quod sic, & hoc sæpe fieri in Curia per l. 2. C. Aduocat. Fisci; Subiungit tamen honestius esse abstinere, tum quia causa appellationis eadem est secundum quosdam cum principali, vel saltem est eius sequela; Tum quia secreta nouit causæ. Vnde in hac instantia multum lædere poterit, quem in priori defendit; Tum quia oportebit id asserere, quod primò negauit,& è contra, quod esse non debet. Idem dicit Auendan. *loco citato*, quamuis citati à Portoles *loco citato num.* 77. contrarium teneant Pereg. *de iur. fisc. loco cit. num.* 10.

Aduertendum tamen, quod data iusta causa Inconstantiæ, & partem deferendi
21 non debent Aduocatus, vel Procurator pandere Aduersarijs secreta causæ, quæ cum expresso, vel tacito tuendi pacto acceperat; Layman. *dicto lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 17. *vers. adde* 2.

Illicitam autem absque iusta causa in Procuratore,& Aduocato esse inconstans,
22 vt relicta priori parte ad aliã transeat,imò puniendum hunc esse tanquam preuaricatorem saltem impropriè, voluit Menoch. *de arbitr.cas.*323.*nu.*5.quo crimine damnatum fuisse Tuscillium, qui Vicentinorum causam deseruit, scribit Plinius Cæcilius ad Valerianum, & ex nostris Alciatus *in l. Præuaricatores, de verb. signific.* Probro etiam aliquando datum fuit Demostheni, qui cum vna die Reipublicæ Athenien. causam contra Millesiorum legatos defendisset, altero die pretio victus, tacuit, in publicum prodiens collo lana circumuoluto se anginam pati asserens, cui vnus è Populo exclamans dixit, *non anginam sed argenti anginam pateris Demosthenes*, vt narrat Gellius *lib.* 11. *noct. Att. cap.* 9. Plutarchus *in vita Demosthenis*, Athenæus *lib.* 6. Dion. *cap.* 5. Iustin. *Histor. lib.* 1. qui scribunt, Demosthenem ipsum à Populo quinquaginta talentis damnatum, atque in carcerem duci iussum, & ex nostris Boss. *in prax. crimin. tit. de præuaricat. num.*2. qui dicit tam ab Aduocato, quàm à Procuratore hoc crimen incurri, & narrat, Procuratorem, seu Causidicum fuisse mulctatum exilio ad tempus, & publicatione bonorum, Menoch. *loco cit. num.* 7. qui dicit Oldradum hoc crimine notatum fuisse, vt testatur Castrens. *in l.* 1. *in fin. C.de Aduocat. diuers. Iudic.* & propterea
23 prænimio dolore decessisse,cum delictum fuisset detectum, nec desinit exclamare Menochius, *Sed quot hodie Demosthenes, quod viuunt Oldradi*, & Aduocatum, qui vtriusque partis Collegio astitit posse puniri tanquam præuaricatorem, dicit Gallus *cons.* 78. *num.* 12.

24 Sed an in consilijs priuatis possit Aduocatus esse inconstans, modo pro vna, modo pro altera parte consulendo?

Hanc pariter quæstionem examinat Coraf. *dicto tract. loco cit. inspect.* 2. *num.*21. & primò, quod non sit licita inconstantia arguit ex regula *l. Nemo potest mutare, & regul. mutare de reg. iur. in* 6. Vbi nemo
25 potest mutare consilium in alterius iniuriam, sed Aduocatus, vel Doctor consulens in vno casu pro affirmatiua, in alio pro negatiua, & istud consilium publicetur, nocebit ei, pro quo fuit affirmatiuè responsum, abstulit enim auctoritatem priori consultationi, qua sperabat litem vincere, & dat materiam expensarum, vt tradit Corn. *cons.* 148. *num.* 30. *lib.* 2.
26 Secundò, quia variatio hæc non est laudabilis, præsertim in personis grauibus, Rip. *in l. quod iussit* 14. *mem.*1. *ff. de re iudic. reg. quod semel, de reg. iur. in* 6. Scacc. *de appellat. quæst.*17. *limit.*47.*num.*1.*num.*32.
27 vbi subiungit, quod ex variatione nutriuntur lites, augentur expensæ, & labores, & efficitur tandem, vt lis ab importuna sollicitudine litigantium potius quam à iure pendere videatur.
28 Tertiò, quia Doctor debet cauere, vt ab igne, à mutatione opinionum in consilijs, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potius in falsitatem, Angel. *in l. Labeo, in fin. ff. de seruit. rustic. prædior.* Dec. *in d. l. Nemo potest mutare num.* 2. *prope fin.* & ibi Adden. Cagnol. *num.* 8. *ff. de reg. iur.* Petrus de Monchada *in addit. ad Crot. in tract. de testam.* 7. *par. verb. vnum credere num.* 210.
29 Ideo, quia honestum non est, licere, aut posse non debet, Coraf. *loco cit. num.* 22. Et hanc inconstantiam, & variationem non immeritò notant Bald. *in cap.* 1. *de alien.feud.col.*3. Iason. *in l.Sciendum num.*33. *ff. de verb. obligat.* Neuizan. *Sylu. nupt. lib.* 5. *num.* 4. Purpurat. *in l. cum quid num.*33. *ff. si cert. pet.* cum alijs, quos refert M.Anton. de Marsilijs *in tract. de redd. Eccles. par.* 3. *cap.*34. *num.*3.& 4. vbi dicit, hoc esse indignissimum.
30 Contrariam tamen opinionem, quod liceat Doctoribus in consilijs variare, & opinionem mutare,tenent Doctores communiter,ita namque voluit Io.And.*in add. ad Specul.in tit.de req.consil. vers.porrò auditis num.*11. *in verb.similia, in addit.* quæ incipit *occurrit*, Bald. *in l.fin. §.Sed cum in secundam, in fin. num.* 6. & ibi Adden. *C. de furt.* Angel. *in dicta l. Labeo, propè finem, ff. de seruit. rustic. prædior.* Roman. *in l.*1. *§.qui præsens, col. fin. num.* 10. *ff. de verb. obligat.* Andreas de Isern. *in comment. ad Constitut.Regni lib.*1. *tit.* 32. *in verb. præiudicium*, Iason. *in l. ex tota, §. si ita legatum num.* 27. *& seq. ff. de leg.*1. Bologn. *in repet. auth.habita num.*153. *C. ne filius pro patre*, Dec. *in dicta l. nemo num.* 1. Cagnol. *num.* 4. Sararna *in addit. ad*

Mathes. sing. 158. *nota, quod si pater num.* 2. Petrus de Monchada *vbi supra num.* 209. *in fin.* Pomat. *in addit. ad Bartol. in l. si pater, C. de instit. & substitut.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *in verb. de le Terme num.* 3. *& seq.* Coras. hos adducens *loco cit. num.* 23. qui dicit, receptam esse opinionem; addo Natt. *cons.* 194. *num.*23. Tusc. *litt. M, conclus.* 435. *num.* 3. vbi de Baldo, & Ancharano, qui inconstantes fuerunt in consiliis, Sebast. Medices *de nouat. in verb. Aduocatus, & in verb. Consilium.*

31 Probatur primò hæc opinio: Nam quando in aliquo est erratum, non solùm non est malum, sed reputatur laudabile mutare sententiam, & sic variando inconstans esse, iuxta illud Salomonis, *Sapientis est mutare consilium, l. Non nunquam, in princ.* & ibi *gloss.* 1. *ff. de collat. bonorum, cap. Non debet, in princip. de consanguin. & affinit.* cum collectis per Iasonem *in l. si ex toto, §. si ita legatum num.*29. *ff. de leg.* 1. Cagnol. *in d. l. Nemo potest mutare num.* 5. Iacobus Æmil. *cons.* 130. *num.* 4. Coras. *loco citato num.* 24., addo Text. *in cap. magnæ* 22. *quæst.* 4. vbi *magnæ sapientiæ est reuocare hominem, quod male locutus est*, & ibi Archid. & Bellam. ex Augustino irridentes Tullium, qui nolens laudare Catonem, dixit *nunquam illum verbum, quod reuocare vellet, emisit*, quæ laus licet præclarissima videatur, tamen credibilior est de nimio fatuo, quàm de sapiente perfecto.

32 Secundò, quia mutare sententiam in melius non solùm est laudabile, sed necessarium, Marian. Soccin. *in cap. Si diligenti num.* 2. *de for. compet.* & Deus ipse
33 quandoque sententiam in melius mutat, & hoc est, quod Augustinus dixit: *Nouit*
34 *Deus mutare sententiam, si tu noueris mutare delictum, cap. Nouit Dominus, distinct.* 1. *de pænit.* & patet in exemplo Ezechiæ Regis 4. Regum *cap.* 20. Cagnol. *in dicta l. Nemo potest mutare num.*7. de quo nos diximus in
35 ea quæstione, an detur in Deo inconstantia, voluntas enim, & opinio hominum non est semper eadem, *l. qui bona, §. si quis stipulaturus*, & ibi Gloss. & cæteri, *de damn. infect.* cum aliis per Coras. *loco cit. nu.* 26. sed quotidiè nouæ meditationes, & fantasmata in nobis generantur, Bald. *in l.* 1. *num.*5. *vers. Sed hodie, C. de his, qui ante apert. tabul.* Barbat. *in cap. Nisi specialis, col.* 14. *num.* 45. *de offic. deleg.* cum aliis per Coras. *num.* 27. merito ex his compellimur ad variationem, & opinionem mutandam.

36 Tertiò, nam mutare opinionem in consiliis nemini præiudicium affert, Coras. *loco cit. num.*28.

37 Quartò, quia Doctor diuersis temporibus mutans opinionem cum id efficiat tractu temporis generantis in diem nouas hominum fantasias non dicitur sibi contrarius, inconstans, & varius, Baldus *in l. de tutela nu.*4 *C. de in integr. restit. minor.* Gomes. *in §. Omnium num.* 29. *de action.* Coras. *loco cit. num.*29.

In puncto iuris non est recedendum ab hac opinione, quia communis est, & verissima hæc enim est inconstantia lauda-
38 bilis, quia errorem suum quis tenetur emendare, *cap. Qualiter, & quando*, & ibi Soccin. & alii *de accusat.* & propterea si in
39 secunda consultatione cognouit errorem prioris, potest omnino ab ea recedere, Coras. *loco cit. num.*30.

Neque obstant in contrarium adducta, quia licet in his consiliis inter se discordantibus possit inesse tertii præiudicium,
40 hoc tamen præiudicium non est immediatum, & radicatum, vt requiritur ad effectum, vt intret dispositio *l. Nemo potest mutare, ff. de reg. iur.* Sic enim dispositionem illius Textus limitant Dec. & alii, *ibid.* Coras. *loco cit. num.*28.

Non obstant secundum, & tertium argumentum, quia licet sic simpliciter sumpta variatio in Aduocato non sit laudabilis, & ab ea sit cauendum tanquam ab igne, cessat tamen difficultas, quando variatio fit in melius, tunc enim non est scandalum, vel si est, erit Phariseorum, & non Pusillorum, & certum est, Augustinum se retractasse in multis non solùm sine scandalo, sed cum maxima ædificatione, *cap. Certè* 12. *qu.*1. Anchar. *cons.*67. *in princ.* Tusc. *d. concl.*435. *num.*7. Neuizan. *d. cons.*194. *num.*13.

41 Vltra quod non omne illicitum est prohibitum, *cap. Non est* 22. *quæst.* 1. Burgos de Paz. *in proœm. ll. Tauri num.*391.

42 Amplia hanc conclusionem, vt non solùm semel, sed bis possit inconstans esse, licet enim qui habet ius variandi
43 non possit variare, nisi semel, *l. Si quis ius iurandum, C. de rebus credit.* Iason. *in l. Quicquid astringendæ num.* 9. *ff. de verb. oblig.* latè Tiraquell. *ad l. Boues, §. Hoc sermone, ff. de verb. signific. num.* 23. Rota *decis.* 326. *per tot. par.* 4. *to.* 2. *recent.* Dunozett. iun. *decis.* 712. *num.* 9. dummodò non sit ius
44 quæsitum alteri parti, quia tunc nec semel licita est variatio, Rota *decis.*463. *nu.*2. 3. & 4. *par.*4. *to.* 2. *recent.*

45 Hæc tamen conclusio procedit quando varians prima vice renunciauit ei, à quo semel discessit, vt cauetur *in dicta l. Si quis*, Rota *decis.*326. *num.*2. & 3. Secus in proposito, nam recedens ab opinione affirmatiua, non ei renunciat, sed sequitur negatiuam tanquam veriorem, vnde si iterum affirmatiua sibi verior videatur, non debet prohiberi redire ad eam, quia
46 Aduocatus tenetur ipsam veritatem amplecti, Coras. *loco cit. num.*30. *vers. Verum.*

Sed hæc ampliatio apud Me patitur maximam difficultatem, esto enim, quod Aduocatus recedendo ab ea opinione, pro qua prius consuluit, expresse ei non
47 renunciet, tacite nihilominus eam improbat, & respuit, nulla certe alia de causa, nisi quod sibi verior videatur opinio, pro qua postremo consuluit. Vel ergo sic consulendo adhibuit omnem diligentiam, vt veritatem assequeretur, vel non; Si adhibuit, ergo apud ipsum illa est veritas, quorsum ergo redire ad non veritatem? Si eam non adhibuit, vel est in dolo, vel ignorantia laborat, & propterea non solùm tolerandus, sed è Republica eliminandus; Et ideo non recederem etiam in hoc casu à regula, vt voluit Cardinal. Alban. ad Bartol. *in l. Serui electione num. 2. ff. de legat. 1.*

48 Limitatur primò hæc conclusio, vt non habeat locum in consilijs decisiuis, in illis enim non est licita inconstantia, Bald. & Franc. *in dicto cap. mutare, de reg. iur. in 6.* Dec. & alij *in l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur.* Cagnol. *in dicta l. nemo potest mutare numer. 2.*

49 Ratio est, quia consilium decisiuum æquiparatur sententiæ, & rei iudicatæ, Abb. *cons. 2. lib. 2.* Corn. *cons. 137. & cons. 179. lib. 1.* Coras. *d. tract. lib. 1. tit. 6. inspect. 2. num. 75.*

50 Limita secundò, vt cesset inconstantia, si Doctor vellet pro vna parte consulere, & alteram partem defendere, hoc enim ei non licet, Cabed. *par. 1. decis. 214. nu. 15.* Emanuel Barbos. *ad Ordin. Regiam Lusit. par. 1. tit. 48. §. 12. num. 1.*

51 Quid autem si commissa causa, vt terminetur cum consilio alicuius Doctoris, & Doctor iste dedisset consilium, an possit inconstans illud reuocare antequam sit pronunciatum? Bald. *in cap. Si pro debilitate, de offic. deleg.* arguit pro, & contra, tandem concludit, non posse esse inconstantem, & reuocare consilium, quod voluit Felyn. *in d. cap. Si pro debilitate num. 9.*

Quod tamen intellige procedere, nisi reuocaret incontinenti, hoc est antequam discedat à Palatio, si vero postquam euasit domum, tunc non potest esse inconstans, nisi aliqua lege, vel bona ratione moueatur, sic Auctor *de cons. habendis, secundùm* Bartol. *quæst. 6. num. 12. 13. & 14. in to. 3. par. 1. tract. fol. 331.* vel cum causæ cognitione, & ratione expressa per Text. *in l. nonnunquam, ff. de collat. bon.* vel nisi vellet consilium declarare, vt benè per Felyn. *loco cit.*

52 An autem qui consuluit pro vna parte, possit aduocare pro alia? affirmatiuè determinat Gloss. *in l. fin. ff. de postulan.* & secutus est Specul. *tit. de Aduocat. §. Nunc tractemus.*

Io. Andr. tamen *in addit.* dicit, quod non aduocaret contra eum, cui recepto salario consilium dedisset, maximè in scriptis. Idem tenet Bald. *in l. fin.* si fuerit solutum condignum salarium, secus tamen si tentatus à Cliente, vt multi faciunt, qui sic tentant oretenus ab Aduocatis, quid sentiant super aliquo puncto, & obiter ostendunt punctum alicuius fideicommissi, vel alterius quæstionis, deinde opera aliorum Aduocatorum vtuntur. Nam ea incidens consultatio non impedit Aduocatum contrariam partem tueri, Peregrin. *de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. num. 11.*

Denique in hac materia videndum est. Quænam Doctoris inconstantis, & varij sit attendenda opinio?

53 Dic primò, si Doctor sit inconstans in lecturis, & consilijs, hoc est in lectura opinionem tenuit affirmatiuam, in consilijs verò negatiuam, hanc esse attendendam, & non illam, ita magis communiter tenent Doctor. Bart. *in l. si Pater num. 2.* & ibi Adden. *C. de instit. & substit.* & *in auth. cessante, C. de legit. hæred.* Cuman. *cons. 86. in princ.* Alex. *cons. 185. num. 25. lib. 2.* Barbat. sibi contrarius *in cap. Cum contingat, de for. compet. num. 28.* Corn. *cons. 272. lib. 4.* Purpurat. *in l. edita num. 14. C. de edend.* cum alijs, quos refert, & sequitur Coras. *loco cit. num. 54.* vbi hanc appellat magis communem, & approbatam sententiam, eamque pluribus medijs confirmat.

54 Et hæc opinio procedit etiamsi lectura facta sit post consilium, Barbat. *in cap. Nullus col. 17. de for. compet.* Neuizan. *Sylu. nupt. lib. 5. num. 26.* Coras. *loco cit. num. 58.*

55 Fallit primò hæc conclusio quando in consilio aliquid dictum est ad ornatum, vel incidenter, cuius contrarium Doctor tenuit in lectura principaliter: Nam tunc attendenda est opinio, quam firmauit in lectura, non autem in consilio, Cagnol. *in dicta l. nemo potest mutare, ff. de reg. iur.* ea enim,
56 quæ obiter dicuntur non sunt habenda in consideratione, vt de decisionibus Rotæ dixit Gabr. *cons. 126. vol. 2. nu. 26.* & eadem Rot. coram Bichio *decis. 480. num. 31.*

57 Fallit secundò, quando opinio lecturæ melioribus fulcitur rationibus, Cagnol. *ibid. num. 11.* Coras. *loco cit. num. 60.*

58 Fallit tertiò, si constet de voluntate Doctoris volentis, quod attendatur eius opinio, quam firmauit in lecturis, non autem in consilijs, Coras. *loco cit. num. 61.*

Dic secundò, attendendam esse potius opinionem Doctoris, quam tenuit in
59 tractatu, quam in consilijs, Neuizan. *dicto num. 26.* Coras. *loco cit. num. 62.*

Nisi incidenter in tractatu, vel extra propositam materiam opinionem mutauerit, vel nisi in pluribus consilijs contra-

rium, quod in tractatu tenuit, firmauerit; Vel denique nisi constaret de voluntate Doctoris, quod eius opinio, quam consulendo tenuit, præualeret opinioni, quam in tractatu firmauit, Coras. *loco cit. nu.* 65. 66. *&* 67.

60 Idem dicendum est de opinione, quam tenuit in tractatu contra eam, quam tenuit in additionibus, singularibus communibus opinionibus, & similibus, Coras. *loc. cit. n.* 72.

Dic tertiò, attendendam esse opinionem Doctoris, quam tenuit in consilio,

61 non autem eam, quam tenuit in singularibus, additionibus, regulis, vel similibus, maior enim censetur adhibita diligentia in consilio, cum de maiori agatur præiudicio, Coras. *loco cit. num.* 68. qui limitat eo modo, quo limitatum fuit *secundùm quæ dixi in secunda, & tertia fallentia*.

62 Quartò, dic attendendam esse opinionem Doctoris, quam tenuit in tractatu, non autem eam, quam tenuit in legendo, Bartol. *in l. Prouinciales num.* 1. *ff. de verb. signif.* Claud. de Seisell. *in l. si idem cum eod. §. fin. num.* 4. *&* 5. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Neuizan. *dicto num.* 26. Coras. *num.* 69. vbi reprobat Anton. Gabrielem contrarium tenentem *in concl.* 4. *de test.* 34. *illat. num.* 36.

63 Idem dic de opinione, quam tenuit Doctor in singularibus regulis, sine additionibus: Nam hæc præferenda est opinioni, quam tenuit in lectura, Coras. *loco citato num.* 70. Qui tamen videtur rema-

64 nere dubius, si præferenda sit opinio Doctoris in singulari illi, quam tenuit in additionibus, quia licet possit dici eandem adhibuisse diligentiam in vtroque, apparet tamen magis de enixa voluntate Doctoris in singulari, quia singularia continent solùm casus peregrinos, pulchros, & notabiles, quorum decisiones propter prædictas qualitates alacriori animo amplectimur, vt dicit Coras. *loco cit. num.* 73. vbi hoc dicit verissimum, sed limitandum modo quo *supra*.

65 Dic quintò, opinionem, quam Doctor tenet in consilio decisiuo, præferendam esse opinioni, quam tenet in alio consilio ad partis petitionem per ea, quæ *supra* diximus, & tenet Coras. *num.* 73. *vers.*

66 *Primus est casus*: Quod etiam procedit, si aliam opinionem tenuit in tractatu.

67 Idem dicendum est de ea opinione, quam Doctor in vno loco plenius disputauit, quam in alio, Abb. *in cap. Bonæ il* 2. *num.* 3. *de postul.* Barbat. *cons.* 64. *col.* 9. *lib.* 1. Neuizan. *loco cit. num.* 26. Vel si in vno loco materiam principaliter tractauit, in

68 alio incidenter, tunc opinio firmata in eo loco, vbi principaliter de ea agitur, seruanda est, Cephal. *cons.* 278. *num.* 10. *lib.* 2. Coras. *loco cit. num.* 78.

69 Quod pariter dicendum est, quando pluries, & pluribus in locis Doctor inconstans vnam tenuit opinionem, nam illam esse attendendam, voluit Bald. *in l. precibus num.* 42. *prope finem, C. de impub. & alijs substit.* Iason. *cons.* 136. *num.* 2. *lib.* 4. Neuizan. *loco cit. num.* 32. cum alijs per Coras. *loco cit. num.* 77. vbi de ratione.

70 Dic sextò, attendendam esse opinionem Doctoris, quam posterius tenuit, si de tempore constat, Gloss. *vlt. in l. Qui filium, §. fin. circa med. vers. Responsum Principis, ff. ad Trebell.* Roman. *cons.* 327. *num.* 8. & ibi Mandos. in Addit. Coras. *loco cit. num.* 79. qui dicit hoc probari iure, & ratione, iure per Text. *in l. fin. §. Sed cum in* 2. ibi *Papinianus licet variauerit, C. de furt.*

71 Ratione quia posteriora derogant prioribus, *l. Sed & si posteriores, ff. de legib.* Hoc

72 etiam procedit si in eodem actu Doctor varius sit, Coras. *loco cit. num.* 73.

73 Dic septimò, si vno in loco Doctor distinguit, in alio vero simpliciter loquitur, tunc attendenda est opinio distinguens, tum quia præsumitur verior, tum quia præsumitur magis iuridica, Gloss. *vlt. in cap. Scientes, extra de censib.* Imol. *in cap. Super litteris num.* 2. *de rescript.* Franc. Marc. *decis.* 817. *par.* 2. Ofasc. *decis.* 21. *num.* 16. cum alijs multis, quos refert, & sequitur Coras. *loco cit. num.* 80. 81. 82. 83. *&* 84.

74 Dic octauò, in concursu opinionum Doctoris, quarum vna est æqua, & benignior, altera verò dura, & rigida, æquiorem, & benigniorem esse attendendam, Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *de cognat. spirit.* Iacob. Æmil. *cons.* 50. *num.* 16. cum alijs, quos refert, & sequitur Coras. *loco cit. num.* 85.

75 Idem dicendum est de ea opinione, quæ fauet possessori, reo, doti, & similibus, Coras. *loco cit. num.* 86.

76 Dic nonò, & vltimò, quod quando qualitates hinc inde concurrunt, tunc arbitrio Iudicis, & boni viri litem dirimendam vt benè aduertit Coras. *loco cit. à num.* 87. *&* 88. omnino viden.

77 Pro coronide autem huius Aduocati, & Scriptorum inconstantiæ lubet afferre verba Crauettæ *de antiquitate temporum par.* 1. *vers. De verbis enunciatiuis, num.* 116. [Equidem nihil hìc pono, *ait Crauetta*, quid non iudicijs, aut sententijs dicendis, sequi ipse audeam in foro vtroque, & poli, & hominum, nec aliud, Deum obsecro, quàm vt scribentis animum, veritatis auidissimum ad eam ipsam veritatis rectitudinem proferat, neque enim scientia hac nostra ex animi affectibus vti debemus, aut æris cupiditate, aut amicorum, vel propinquorum affectione, aut parentum formidine, quem vnum scopum si firmiter nobis propositum haberemus non totiens, arbitror, varietatis leuitatem audiremus, non citra splendoris

nostri obscurationem. Quod si Doctores omnes ad vnam veritatis viam adirent, non tot, tantæque opiniones, aut contradicendi, aut gloriæ studio philosophiæ huius moralis decus deturpatū haberent.]

78 Magistratus verò non debet esse varius, & inconstans in iudicando, *cap. Cum in causis extra, de sentent. & re iudic.* Cephal. *cons.* 176. *num.* 32. *volum.* 2. Cauagnol. *in paraphrasi decis. volum.* 1. *pag. mihi* 509.

Cæterum redeundo vnde digressi sumus, infertur secundò Procuratorem ad
79 negocia non posse esse inconstantem post susceptum mandatum, quia tenetur illud ad finem perducere, *§. mandatum Institut. mandat.* Ruin. *cons.* 44. *num.*10. *in fin. lib.*1. Paris. *cons.* 91. *num.* 10. *volum.* 1. Strac. *de mercatura, tit. de mandat. num.* 51. Rota Genuen. *decis.* 9. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 68. *num.*5. Surd. *decis.* 304. *num.*5. *&* 6. Molin. *de contract. tractat.* 2. *disput.* 549. *num.* 4. *& disput.* 552. *num.* 5. cum alijs *supra* allegatis.

80 Quod ampliatur, vt nec etiam re integra possit inconstans renunciare mandato, Alberic. post Iacobum Butrigar. *in l. si mandauero, §. fin. ff. mandati*, Gregorius Lopez *par.* 5. *tit.* 12 *leg.* 20. *num.* 3. *verb. recibe el mandiamento*, quod non carere probabilitate, dixit Molin. *loco cit. num.*5.

81 Contrarium tamen, & verius hoc casu licitam esse inconstantiam, Textus est apertus *in dicto §. mandatum, Instit. mandat.* & habetur *in dicto §. fin. ff. eodem.* & ita intelligit Faber. *l. si quis, §.*1. *ff. eodem*, Molin. *loco cit. num.* 5. ea ratione, quia cum con-
82 tractus censeantur initi iuxta regulas iuris, & satis apertè ius statuat posse re integra mandato renunciari, vt *in dicto §. mandatum*, meritò non potest denegari ea Inconstantia re integra, sic Molin. *loco cit.*

83 Amplia secundò, vt nisi mandatarius mandatum adimpleat, teneatur ad damna, & interesse, *l. itemque, §. si Procurator, l. si tibi mandauero, §. verò, ff. mandati*, Paris. & Rota Genuen. *loco cit.* Surd. *d. decis.*304. *num.* 5. Molin. *dicto num.* 5. & alij *supra citati*.

84 Imò teneatur præstare non solùm dolum, & latam culpam, sed etiam leuem, *ex l. contractus, ff. de reg. iur.* voluit Dec. *ibidem num.* 27. Cagnol. *num.* 30. Strac. *de mercat. loco cit. num.* 49. Surd. *d. decis.* 304. *num.* 6. Mastrill. *dicta decis.* 177. *num.* 12. *&* 13.

85 Præterea veteres Iurisconsulti adeo seueri fuerunt aduersus eos, qui rem mandatam receperunt, vt infames definierint, qui mandatum susceptum etiam in rebus priuatis, & minimis dolo, aut culpa sua, & negligentia desererent, *l.* 1. *ff. pro socio, l. fuit, §. mandati, ff. de ijs, qui not. infamia*.

Quæ pœna licèt nonnullis grauis, & dura videatur, audiendus nihilominus est Cicero in oratione pro Sexto Roscio Amerino, qui sic ait. [In priuatis rebus si quis rem mandatam non modò malitiosius gessisset sui quæstus, aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant: Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe, quàm furti; credo propterea, quod quicquid in rebus ipsi interesse non possumus in his operæ nostræ Vicario fides amicorum supponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem; non enim possumus omnia per nos agere, alius in alia est re magis vtilis; Idcirco amicitiæ comparatur, vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut necglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis, & obstas? recede de medio per alium transigam. Suscipis onus officij, quod te putas sustinere posse, quod minimè videtur graue ijs, qui minimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quisquam ferè nisi amico; neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul, & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non fuisset, nisi credidisset. Ita ne in minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est: In re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt, atque concreditæ, ignominia mortuorum affecerit, is inter honestos homines, atque adeo inter viuos numerabitur? In minimis, priuatisque rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciique infamiam reuocatur: propterea, quod si rectè fiat, illum negligere oporteat, qui mandatum receperit.]

86 Hactenus Cicero, quem refert, & sequitur Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 9. *cap.*6. *vers. præterea*, & quia sæpius Procuratorem vocauit Cicero *amicum*, idemque fecit Iurisconsultus *in l. fundi, §. idem si amicus, ff. de acquir. possess.* vt ex interpretatione Alexandri Iasonis, & Alciati exponit Caldas *de empt. & vendit. cap.* 15. *num.* 23.

87 Amplia tantò magis si mandatario salarium sit constitutum, & illud pro eo stipendio acceptasset, nam etiam re integra non posset inconstans illud deserere, tunc enim esset verus contractus locationis operarum, in quo non datur

pœnitentia, ſic Molin. *dicta diſput.* 552. *num.* 15.

88 Limitatur primò concluſio, vt re integra poſſit Procurator inconſtans renunciare mandato per ea, quæ ſupra dicta ſunt, *dicto* §. *mandatum Inſtitut. mandat. l. ſi mandauero,* §. *ſicut, ff. eodem* Molin. *loco cit. num.*5. Petrus Greg. *Syntagmat. iuris lib.*27. *cap.* 5. *num.* 19.

89 In hoc autem mandato ad negocia res deſinit eſſe integra, ſi factum eſt aliquod ſubſtantiale ipſius negocij, *cap. In cauſis de elect. Roman. in l.* 2. §. *ſed ſi quis num.* 10. *ff. de donat.* Mantica *de tacit. lib. titul.* 21. *nu.*7. vbi ſi ſit datum mandatum ad emen-
90 dum, res dicitur integra, donec mandatarius arrhas dederit.

Limita ſecundò, niſi legitimum ſuperueniat impedimentum, quo non poſſit
91 mandatum exequi, aut integrè illud executioni mandare, ſic Molin. *loco citato num.* 5. Petrus Greg. *loco citato num.* 21. & 23. Mantica *loco citato tit.* 20. *à num.* 1.

Legitimum verò impedimentum præſtabunt cauſæ enumeratæ *ſupra* in mandato ad lites; Quia traditiones illæ conueniunt etiam Procuratori ad negocia.

Et hæc dicta ſufficiant quoad inconſtantiam illius, qui mandatum ſuſcepit.

QVÆSTIO XII.

ARGVMENTVM.

Quid in mandante, an poſsit mandatum reuocare, & in quibus caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Mandans, ſeu Procuratorem conſtituens poteſt inconſtas mandatum reuocare.*
2 *Pactum quod mandans reuocare non poſſit mandatum, an & quando ſubſtineatur.*
3 *Iuramentum de non reuocando Procuratorem conſtitutum non eſt ſeruandum à iurante.*
4 *Iuramentum, an faciat irreuocabilem actum de ſui natura reuocabilem.*
5 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus ſui adhæret.*
6 *Reuocans Procuratorem quem iurauerat non reuocare an, & quando euitet periurium.*
8 *Conſuetudo quod Procurator reuocari nequeat non ſubſtinetur.*
9 *Procurator conſtitutus cum iuramento de illum non reuocando etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus poteſt reuocari.*
10 *Procurator conſtitutus ad reſignandum beneficium cum iuramento de non reuocando, an poſſit reuocari.*
11 *Aliud eſt conſtituere Procuratorem ad reſignandum, aliud ad permutandum Beneficium.*
12 *Per conſtitutionem Procuratoris ad permutandum Beneficium, dicitur ius parti quaſitum.*
13 *Procurator conſtitutus ad cedendum cum iuramento de non reuocando, poteſt reuocari.*
14 *Quid de Procuratore conſtituto ad contrahendum matrimonium, cum iuramento de non reuocando.*
15 *Vel ad eligendum.*
16 *Ad extinguendum regreſſum.*
17 *Ad præſentandum.*
18 *Procurator conſtitutus ad præſentandum, an poſſit cumulando alium præſentare.*
19 *Procurator conſtitutus per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, poteſt reuocari viua voce.*
20 *Procurator reuocari poteſt, non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè.*
21 *Mandatum quando ex coniecturis cenſeatur tacitè reuocatum remiſſiuè.*
22 *Mandatum dicitur reuocatum, quando dominus ſcripturas abſtulit Procuratori.*
23 *Procurator conſtitutus ab eo qui ſe abſentat, an, & quando cenſeatur reuocatus per reditum conſtituentis.*
24 *Procurator ad lites, an cenſeatur reuocatus ex eo quod dominus inconſtans iudicium in ſe reaſſumpſerit.*
25 *Mandans iudicium in ſe reaſſumens eadem die conſtituti Procuratoris non cenſetur mandatum inconſtans reuocaſſe.*
26 *Mandans comparens in iudicio per ſeipſum coactus, & pro caſu neceſsitatis non cenſetur inconſtans reuocaſse Procuratorem.*
27 *Poſitionibus reſpondendo mandans per ſeipſum non exinde cenſetur inconſtans reuocaſſe Procuratorem.*
28 *Mandans comparens in iudicio per ſeipſum compulſus à Iudice, non exinde cenſetur inconſtans reuocaſſe Procuratorem.*
29 *Mandans comparens in iudicio ſimul cum Procuratore per huiuſmodi comparitionem non cenſetur inconſtans mandatum reuocaſſe.*
30 *Proteſtatio de non reuocando Procuratorem appoſita in comparitione principalis, quando illius reuocationem excludat.*
31 *Mandans comparens per ſeipſum abſente Procuratore, an & quando cenſeatur mandatum reuocare.*
32 *Abſens in dubio præſumitur diſſentire.*
33 *Procurator cenſetur reuocatus per conſtitutionem alterius.*

1 RESPECTV mandantis, statuenda est conclusio, licitam esse inconstantiam, posseque constituentem Procuratorem, illum reuocare, §. *Verè quoque Instit. mandat.* & ibi omnes Institutistæ, *l. si mandauero, ff. mandat.* Mantic. *de tacit. d. lib.7. tit.21. num.1. & 2.* Fragos. *de regim. Reipubl. par.1. lib.5. num.273.* Bart. *in l. de precario, ff. de precar.* Petrus Greg. *in Syntagmat. iuris, lib.27. cap.5. nu.22.* Bauny *de contract. lib 2. tract.2. de contract. stricti iuris, quæst.5.* Rot. *decis.371. par.11. rec. n.5. & coram* Dunoz. iun. *decis.881. num.8.*

2 Et in tantum licita est in mandante Inconstantia, vt nec pacto tolli possit, Bart. *in d.l. de precario, ff. de precar.* Petrus Gregor. *loco cit. nu.22.* Fragos. *loco cit.* Paris. *de resign. lib.9. qu.31. n.22.* latè Golin. disputans articulum *de Procur. par.3. cap.5. nu 117.* Dec. *consil.521. num.16. & consil.165. in fin. & consil.293.* Rot. *decis.326. num.32. par.4. to.2. recent. & tom.1. decis.233. sub num.3.*

Quod tamen procedit in simplici pacto secus si ex eo esset alteri ius quesitum, Rolan. *conf.*6. *n.*50. *vol.*1. Boer. *decis.*207. *nu.*3. Natt. *conf.*426. *num.*11. *lib.*2. Golin. *loco citato num.*135.

3 Secundò habet locum, etiamquod quis iurasset non reuocare Procuratorem; nam non obstante iuramento licita erit inconstantia, Gloss. *in cap. fin. in verb. Reuocatus, de Procur. in* 6. Alex. *conf.*18. *nu.*7. *lib.*2. Vant. *de nullit. ex defect. mandat. n.*158. Felyn. *in cap. ex parte Decani, num.*12. *ampliat.* 5. *de rescript.* latè Boer. *d. decis.* 207. *num.*2. Orosius *in l. omnes populi, num.*114. *ff. de inst. & iur.* Guttier. *de iuramen. confirmat. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 80. *&* 81. Scacc. *de Iudicijs, lib.*1. *cap.*101. *num.*42. Fragos. *loco cit. num.*273. Beninten. *decis.*49. *num.*2. Rebuff. *in praxi verb. Forma Vicariatus, num.*193. Nauar. *de alien. rer. Eccles. nu.*14. Tiraquell. *de iur. primog. quæst.*78. latè Gabriel *de iur. iur. conclus.*1. *num.*9. Spin. *Specul. testamentorum, Gloss.*4. *princip. num.*76. Paris. *d. lib.*9. *quæst.*31. *num.*2. Sanchez *de matrim. lib.*2. *disput.*11. *num.*8. *& lib.*6. *disput.* 13. Cened. qui infinitos adducit ad Textum *collat.* 3. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 75. *num.* 7. qui latè, & de ratione Fab. Capic. *controuers.*60. *num.* 1. 3. *&* 13. *lib.*1. Golin. *de Procur. par.*3. *cap.*5. *nu.*121. Bauny *loco cit. quæst.*5. *vers. Neque*, Surd. *conf.*264. *nu.*39. *lib.*2. Gratian. *discept.*783. *num.*35. Buratt. *decis.*64. *nu.*9. Rot. *dec.*204. *sub num.*1. *par.*4. *tom.*1. *rec.* in mandato ad præsentandum, Rot. *coram* Dunozet. iun. *decis.*798. *num.*6.

4 Ratio est, quia vbi actus de sui natura est reuocabilis, iuramentum regulatur se-
5 cundum illius naturam, Glossa *in dicto cap. fin. de Procur. in* 6. Boer. *d. decis.* 207. Crauet. *conf.*191. *num.*5. Seraph. *d. priuil.*75. *num.* 20. Azor. *instit. moral. lib.* 9. *quæst.* 2. *cap.*7. *vers. Expressè*, Bauny *loco citato vers. Suppono* 2. Golin. *loco cit. num.*134. Mancin. *de iuram. par.*4. *effect.*22. *num.*10. Molin. *de rit. nupt. comp.*25. *lib.*1. *num.*53. *&* 54.

6 Sed hoc casu inconstans non euitabit periurium, Gloss. *in d. cap. fin. in verb. Reuocatus, de Procur. in* 6. Gabriel *loco cit. nu.*9. Seraph. *loco cit. num.*7. & omnes alij *supra citati*, Caldas Pereir. *de empt. & vendit. cap.*30. *num.* 35. Carpan. *ad Statut. Mediolan. lib.*1. *cap.* 75. *num.* 24. Scacc. *de sent. & re iudic. Gloss.*7. *quæst.*3. *limit.*4. *num.*40. Adden. *ad decis. Vbald.* 323. *num.*6. Rot. *coram* Dunozett. iun. *dicta decis.*798. *num.*8.

7 Quod intellige, nisi iusta causa fuerit locus reuocationi, & inconstantiæ, Franc. *in d. cap. fin.* Federic. de Senis *conf.*107. *in fin.* & alij, quos refert, & sequitur Boer. *d. decis.*207. *num.*3. Fab. Capic. *d. consul.*60. *num.* 1. Paris. *de resignat. d. lib.* 9. *quæst.* 31. *num.* 32. Basilius Pont. *de matrimon. lib.*2. *capitulo* 15. §. 2. *numero* 33.

8 Tertiò, amplia, vt nec consuetudine introduci possit, vt Procurator reuocari nequeat, Roc. de Curt. *in cap. fin. col.*57. *de consuet.* Gabr. *d. conclus.*1. *de iur. iurando, nu.*10. Fab. Capic. *d. consul.* 60. *nu.*1. Paris. *d. lib.*9. *quæst.*31. *num.*19.

9 Quartò, amplia, vt non solùm in prophanis Procurator constitutus etiam cum iuramento possit reuocari, sed etiam in beneficialibus, & spiritualibus, vt voluit Boer. *d. decis.* 207. Fab. Capic. *loco citato*, & latè discusso articulo, Paris. *d. quæst.*31. *num.* 18.

10 Hinc primo infertur, male sensisse Rotam antiquam *in decis.* 8. *aliàs* 104. *de Procur. in antiq.* dum asserit, Procuratorem constitutum ad resignandum simpliciter cum iuramento de non reuocando, non posse reuocari, quam sequitur Felynus *in cap. Ex parte, de rescript. & in cap. Si diligenti de for. compet.* & alij, quos refert Gabr. *dicta conclus.* 1. *num.* 12. *&* 13.

Loquitur enim contra communem, & eius rationes latè improbat Beninten. *dicta decis.* 49. *à num.* 3. Boer. *dicta decis.* 207. *num.* 1. Paris. *dicta quæst.* 31. *num.* 20. Rub. *in singul. Rot. Roman. ad decis. antiquas pag.* 586. *vers. Rot. decis.* 104.

Nisi dicas, Rotam loqui in Procuratore constituto ad permutan. non autem
11 ad resignan. simpliciter, nam aliud est constituere Procuratorem ad permutan. aliud ad resignan. simpliciter, Collect. *cap. Cum olim, quæst. vltim. de rer. permutat.* Paris. *loco cit. num.* 10. agitur enim de interesse partis, in quam permutatio bene-
12 ficij est facienda, & cui est ius quæsitum, Natt. *conf.*426. *num.*12. Vant. & Boer. per Fragos. *loco citato num.*274. *in fin.* qui etiam sic dictam Rotæ decisionem intelligit, & propterea Procuratorem simpliciter ad
13 cedendum constitutum etiam cum iuramento de non reuocando posse reuocari, voluit Rota vt per Mohed. *decis.* 28. *de renunciat. aliàs* 189.

14 Hinc infertur, Procuratorem ad matrimonium contrahendum constitutum cum iuramento de non reuocando, nihilominus posse reuocari, vt voluere Gloss. *in d. cap. fin. verb. reuocatus*, Gemin. *ibidem* §. *Sanè num.* 5. Franc. *ibidem num.* 6. Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 12. *&* 13. Rebell. *lib.* 2. *de matrim. quæst.* 5. *in fine*, Couuar. 2. *par. cap.* 4. *num.* 13. cum alijs, quos citat Sanchez *lib.* 2. *disput.*11. *num.*8. Basil. Pont. *eodem tractatu lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. Guttier. *eodem tractatu cap.* 43. *num.* 9. Rota *in dicta decis.* 204. *sub num.* 1. *par.* 4. *to.* 1. *recent.*

15 Idem dicendum est in Procuratore constituto ad eligendum, & sic ad actū, in quo agitur de matrimonio spirituali, Doctores

in d. cap. finali, Beninten. *d. decis.* 49. *num.* 6.
16 Sicuti Procuratorem constitutum ad extinguendum regressum cum iuramento de non reuocando posse reuocari, voluit *ex decis.* Achil. de Grass. *decis.* 3. *de regress. in manuscript.* Paris. *dicta quæst.* 31. *num.* 20. qui tamen, dum *num.* 23. dicit Bursattum *cons.* 379. *lib.* 4. consuluisse, Procurato-
17 rem datum ad præsentan. posse reuocari, non benè dicit, quia Bursattus non loquitur de reuocando Procuratore, sed de Procuratore, qui data facultate patrono præsentandi cum iuramento de non reuo-
18 cando, voluit accumulando alium præsentare, & hæc inter se valdè differunt, vt per eundem Bursattum *d. cons.* 379.
19 Quintò amplia, vt Procurator per litteras, vel instrumentum deputatus possit etiam sola viua voce reuocari, Abbas *in cap. Ex insinuatione numer.* 1. *de Procurat.* Mantica *de tacit. dicto lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 3.
20 Sextò amplia, vt reuocatio Procuratoris non solùm fieri possit expressè, sed etiam tacitè, Couuar. 4. *decret.* 2. *par. cap.* 4. *num.* 11. Sanchez *de matrim. dicto lib.* 2. *disput.* 11. *num.* 10. Golinus *dicto tractatu de Procurat. cap.* 5. *in principio*.
21 Coniecturas tacitæ huius reuocationis enumerat inter alios Menoch. *præsump.* 36. *lib.* 2.

Quarum prima est, quando dominus aufert à Procuratore instrumenta, libros
22 rationum, & reliqua iura, quibus Procurator officium exercebat, Angel. *in l. negocium*, §. *Curator, ff. de appell.* Roland. *cons.* 46. *num.* 7. *lib.* 2. Iason, Ripa, & Alciat. ab eodem Menochio *loco citato num.* 4. Molin. *de contract. tit. de mandat. ad* 4. *colum. vltimi ordinis, num.* 30. Mantica *de tacit. lib.* 7. *tit.* 22. *num.* 34. Golin. *de Procurat. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 40. 41. & 42.
23 Secunda est, quando dominus ob solam suam absentiam constituit Procuratorem, & deinde est reuersus, nam statim quod reuersus est, præsumitur reuocasse mandatum, Fulgos. *in l. qui mutuam*, §. *non ideo ff. mandat.* Soccinus sen. *cons.* 17. *nu.* 12. *lib.* 5. Menoch. *loco citato num.* 5. qui de mente Soccini hoc intelligit, nisi contrariis coniecturis aliter constet, vt puta si reuerso domino eo patiente, & præsente, vt Procurator gerit, & administrat, Faber. *in Codic. lib.* 2. *tit.* 8. *diffin.* 2. *num.* 3. Gratian. *discept.* 505. *num.* 40. Mantica *de tacit. lib.* 7. *tit.* 22. *num.* 2. Golin. latè *loco cit. num.* 82. 83. & 84.
24 Tertia est, quando Procuratore ad lites constituto ipsius litis dominus causam reassumit, & tractare incipit, Innocentius *in cap. Petitio, de Procurat.* Gloss. *in cap. Si quem, de Procurat. in* 6. Bart. *in l. mutare, ff. de Procurat.* Rota *decis.* 20. *de Procurat. in nou.* cum aliis per Menochium *loco citato num.* 6. Golinus *loco citato, num.* 33. latè Mantica videndus *dicto lib.* 7. *titulo* 22. *num.* 4.
25 Hęc tamen coniectura contrariis coniecturis eliditur; Et primò non præsumitur inconstantia, si eadem die constitutionis Procuratoris id fecit ad Textum *in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstrat.* Soccin. sen. *dicto cons.* 17. *num.* 10. *lib.* 3. Menoch. *loco citato num.* 5. Golin. *loco citato num.* 35.
26 Secundò, tollitur inconstantia, si dominus necessitate coactus aliquem actum necessarium facit, vt respondendo positionibus, Rota *decis.* 22. *de Procurat. in*
27 *antiq.* Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani, col. penult. vers. nota de rescript.* Menoch. *loco citato num.* 5. Mantica *loco citato num.* 4. Golin. *loco citato num.* 39.
28 Tertiò, tollitur Inconstantia, si à Iudice fuit compulsus aliquid facere, Rota *dec.* 25. *eodem tit. de Procurat. in antiq.* Menochius *loco citato num.* 5.
29 Quartò, tollitur inconstantia, quando dominus vna cum Procuratore comparuit, non enim dicitur reuocare, sed ei vti tertius assistere, *l. Paulus respondit, ff. de Procurat.* Menoch. *loco citato num.* 9.
30 Quintò, cessat inconstantiæ coniectura, si dominus semel solus comparuit, non facta protestatione, se ex eo comparitionis actu nolle reuocare Procuratorem, deinde iterum comparet, & protestatur, & Aduersarius non contradicit, hoc sanè casu dicendum est Procuratorem non præsumi reuocatum, Bellamer. *decis.* 454. Menochius *loco citato num.* 10. Marescottus *variar. resolut. cap.* 29. *lib.* 2. *num.* 3. & 4.
31 Quid autem si absente Procuratore dominus comparet, an censeatur inconstans, & tacitè reuocare mandatum? Dic non censeri reuocatum, quia absens in dubio præsumitur dissentire, *l. filius*, §. *inuitus, ff. de Procurat.* & quia habet ius contradicendi, Rota *in Romana Saluiani interdicti* 10. *Ianuarii* 1611. *coram cl. mem. Vbaldo apud Marches. de commission. par.* 1. *fol.* 1059. *num.* 10. *in fine*, & *decis.* 3. *inter eius impressas*, Mantica *loco citato num.* 6.
32 qui tamen intelligit, hoc procedere nisi Procurator fuisset in lite contumax, quia ex hac culpa potest ipsum, & tacitè, & expressè reuocare.

Idem dicendum est, si absente Procuratore dominus aliquem actum faciat, ex Baldo Mantica *loco citato num.* 9. qui hoc intelligit post litem contestatam, si nulla causa iusta adsit inconstantiæ, secus ante litem contestatam, quia hoc casu non requiritur præsentia Aduersarii, qui non habet ius, nec causam contradicendi.
33 Quarta coniectura inconstantiæ, & reuocationis mandati est, quando nouus
33 Procurator fuit constitutus, *l. si quis cum*

Procuratorio, §. *vlt. ff. de Procurat.* Baldus, Angel. Castrensf. ibi in fine Bart. & Alex. *in l. cum Procuratore*, §. 1. *ff. de oper. nou. nunc.* Ruin. *conf.* 108. *num.* 1. *lib.* 4. Dec. *in cap. Cæterum colum.* 1. *vers.* 3. *reg. de rescript. & conf.* 430. *in fine*, Vant. *de nullit. ex defect. mandat. num.* 163. Menoch. *loco cit. num.* 11. Mantica *d. tit.* 22. *num.* 36. Boer. *decis.* 347. Rota *decis.* 11. *&* 14. *de Procurat. in antiq. & decis.* 4. *eodem tit. in nou.* Gregorius XV. *decis.* 548. *num.* 4. Addent. *ad decis. Buratti* 723. Dunozettus sen. *decis.* 88. *num.* 1. *decis.* 364. *num.* 2. *par.* 1. *recent.*

34 Amplia primò, hanc coniecturam procedere siue in prima, siue in secunda instantia nouus Procurator constituatur, Vant. *loco citato*, Menoch. *loco citato*.

35 Secundò amplia, habere locum hanc coniecturam, quamuis mandatum secundum esset inutile, Soccin. sen. *conf.* 112. *num.* 14. *lib.* 1. Menoch. *loco citato num.* 12. Put. *decis.* 259. *in fin. lib.* 2. *in nou.* & propterea si secundus Procurator mandatum non acceptet, nihilominus primus cense-
36 tur reuocatus, Baldus, & Angel. *in l. si quis Procuratorio*, §. *vlt.* Vant. *loco citato num.* 14. Menochius *loco citato*, *num.* 14. Bellamer. *decis.* 529. Mantica *de tacit. dicto tit.* 22. *num.* 38. Rota *decis.* 20. *num.* 1. *de Procurat. in nou.* Addent. *ad dictam decis.* 723. *Buratti num.* 8.

37 Tertiò amplia, quando in eadem persona Procuratoris fit secundum mandatum, nam per illud secundum præsumitur à primo recessum, Bald. *in dicta l. si quis cum procuratorio*, §. *fin.* & ibi Angel & Castrensf. Menoch. *loco citato num.* 15. Rota *decis.* 591. *num.* 1. *par.* 4. *to.* 1. *recent.*

Hoc tamen intelligendum est, si mandatum secundum sit diuersum à primo, si verò sit conforme priori, tunc non censetur reuocatum, sed confirmatum, Dec. *in l. singularia in vlt. notab. ff. si cert. pet.* Paris. *conf.* 88. *nu.* 25. *lib.* 4. Boer. *decis.* 347. *num.* 4. Angel. & reliqui *in dicta l. si quis cum Procuratorio*, §. *fin.* Menoch. *loco citato*, qui pluribus similiter comprobat *à nu.* 15.

38 Receditur nihilominus ab hac coniectura, si dominus constituens protestatus est se constituere secundum citra primi reuocationem, Soccin. iun. *dicto conf.* 17. *num.* 11. *lib.* 3 Menoch *loco citato num.* 22. vel si in constitutione noui Procuratoris apposita sit clausula *Ita quod non sit melior conditio occupantis, & peior subsequentis, sed quod vnus incæpit, possit alius ad finem perducere*, vt de hoc casu dixit Rota *decis.* 367. *par.* 9. *to.* 2. *recent. num.* 15. *&* 16.

Idem esset, si dominus constituisset multos Procuratores simul ad lites, & ne-
39 gocia extraiudicialia, & nouos ad iudicia, & lites fecisset, nam tunc præsumitur noluisse reuocare constitutos ad negocia extraiudicialia, Rota *decis.* 18. *de Procurat. in nou.* Franch. *in cap. Si quem de Procurat. in* 6. Ruin. *conf.* 108. *num.* 5. *lib.* 4. Paris. *conf.* 88. *num.* 23. *lib.* 4. Vant. *de nullit. ex defect. mandat. num.* 164. Menoch. *loco cit. num.* 23. Mantica *loco citato num.* 44. Rota *decis.* 210. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

40 Cessaret quoque coniectura inconstantiæ, si primus Procurator fuit specialiter constitutus, secundus verò generaliter, Rota *decis.* 22. *de Procurat. in nou.* Menoch. *loco citato num.* 23. *ad fin.* Mantica *loco cit. num.* 43. quando autem substitutus censea-
41 tur reuocatus, vid. Rotam *decis.* 25. *&* 30. *de Procurat. in nou.* Bellamer. *decis.* 564. *&* 589. Mantica *loco citato num.* 41. *&* 42.

Quintò, coniectura inconstantiæ, & reuocationis mandati est, si exorta est ca-
42 pitalis inimicitia inter Dominum, & Procuratorem, Alberic. & Iason *in l. Procuratoribus*, *C. de Procur.* Mantica *loco citato*, *num.* 46. Menoch. *loco citato num.* 24. qui extendit ad inimicitiam non capitalem, per Glofs. *in cap.* 2. *de Procur. in* 6. Menoch. *loco citato num.* 25. Magon. *decis. Lucen.* 25. *num.* 72. Golinus *loco citato*, *num.* 47. qui *num.* 49. dicit, quod donec lis super hoc
43 articulo pendet, non debet Procurator administrare, & idem dixit Rota *decis.* 354. *nu.* 14. *par.* 4. *recent. to.* 1. Gratian. *discep.* 618. *num.* 1. *lib.* 4. item si solùm Procurator
44 dominum afficeret iniuria, *l. quæ omnia*, §. 1. *ff. de Procurat.* Golin. *ibidem num.* 53.

45 Sexta coniectura est Inconstantię, quando Procurator effectus esset nequam, & facinorosus, *l. Sancimus*, *nu.* 4. *C. de testam.* Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 21. *de rescript.* Menoch. *loco citato*, *num.* 26.
46 Vel si lapsus sit facultatibus, Bart. & Alex. à Mantica *citati num.* 47. vbi *num.* 48. *&* 49. dicit, idem esse si Procurator fuerit
47 excommunicatus, vel in furorem inci-
48 derit Golinus *loco citato num.* 57.

Quid autem si Procurator meliorem fecerit suam conditionem, an mandatum
49 censeatur tacitè reuocatum? dic cum Mantica *loco citato*, quod si mutatio status sit incompatibilis cum mandato, vel si delegatus factus sit Procurator, vel Episcopus, tunc tacitè intelligitur reuocatum mandatum, secus si compatibilis sit cum mandato, vt quia facultatibus auctus sit Procurator.

50 Septima coniectura, quando superuenisset talis causa, quæ si ab initio adfuisset, illum dominus Procuratorem non constituisset, Alciatus *de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt.* 16. *vers. Limitatur*, Menochius *loco citato num.* 25. & propterea si Procu-
51 rator grauiter ægrotet, itaut per plures annos, vel menses melius sibi esse non possit, censebitur reuocatus, *l. vel iudicio, ff. de Procurat.*

52 Idem si fiat decrepitus, Gloss. *in cap.* 2. *de Procurat. in* 6. vel si in longum peregri-
53 naretur, Gloss. *in dicto cap.* 2. Golin. *loco citato num.* 62. 63. *&* 64.

54 Amplia etiam, quod Testator iusserit, vt eius hæres vteretur tali Procuratore, latè Fab. Capic. Galeota *dict. consul.* 60. *per tot. lib.* 1.

55 Octaua est coniectura inconstantiæ, quando dominus cederet, & renunciaret liti, propter quam constituerat Procuratorem, Vant. *loco citato num.* 168. Rota *decis.* 32. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* Menochius *loco citato num.* 27.

56 Quod autem dictum fuit, Procuratorem à domino constitutum posse reuocari, hoc intelligitur, si res sit integra, *l. ante litem, cum seq. ff. de Procurat.* §. *rectè Instit. mandat.* Mantica *dicto lib.* 7. *tit.* 21. *num.*4. Bichius *decis.* 305. *num.*1. *decis.* 371. *par.* 11. *recent. num.* 3. 4. *&* 5.

57 Hinc propterea cum ipsa litis contestatione desinat res integra, *l. post litem, ff. de Procurat. l. nulla, C. mandat.* latè Mantica *loco citato num.* 9. Costa *de re integra dist.*66. *num.*8. Rota *d. decis.*371. *num.*4. *& decis.*77. *num.* 12. *par.* 11. non poterit post litem
58 contestatam in mandato ad lites dari hæc inconstantia, nisi consensus ipsius, & Aduersarij accedat, Abb. *in cap. Non iniustè nu.*4. *de Procurat.* Gaill. *obseruat.* 74. *num.*10. *lib.*1. Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.*27. *de rescript.* Mohed. *decis.* 1. *de Procurator.* Mantica *loco citato nu.*10. Buratt. *decis* 440. *num.*3. & ibi Addent. qui plures adducunt Rotæ decisiones, & vt pars aduersa dica-
59 tur renuisse, sufficit, quod prosequatur iudicium cum Procuratore reuocato, Burattus *decis.*723. *n.*2. Rota *in Romana pecuniaria* 29. *April.*1624. *coram Mazanedo*, Addent. *ad dictam decisionem* 440. *&* 723. Rota *dicta decis.* 371. *par.* 11. *num.* 4. Bichius *dicta decis.* 305. *num.* 3. Addent. *ad decis. Vbaldi* 282. *sub num.* 6. vbi aliæ decisiones referuntur, *decis.* 324. *num.* 5. *par.* 11. *recent.*

In causis verò, in quibus non est necessaria litis contestatio, illa tacitè intelligi-
60 tur cum primum cœperit tractari de meritis causæ, *l. nulla, C. de Procurat.* Bart. *in l. post litem num.* 3. *ff. eodem*, hoc est cum principale negocium discuti incæpit, Bald. *in dicta l. ante litem num.* 2. *ff. de Procurat.* Roman. *cons.*174. *num.* 5. *& in l.* 2. §. *sed si quis num.* 9. *ff. de donat.* Mantica *loco citato num.*12. *& decis.*204. *num.*2. Penia *decis.*570. *num.* 5. & propterea cum tantundem ope-
61 ratur quasi litis contestatio, quantum vera, Corn. *cons.* 58. *num.* 4. *ad finem lib.* 1. *& cons.* 180. *num.* 5. *lib.* 3. Mantica *loco cit.* cessabit hoc quoque casu Inconstantia in domino.

62 Quod procedit siue expresè vellet reuocare, *cap.* 2. *Et ibi omnes, de Procur. in* 6. Put. *decis.* 52. *num.*3. *lib.*2. *in nou. & decis.*18. *de Procur.* Achil. *decis.* 14. *eodem titulo in principio*, Mantica *dicto tit.* 21. *num.* 10. Buratt. *d. decis.* 723. *num.* 1.

63 Siue tacitè, Albericus *in principio*, & post eum Bartolus *in l. si quis Procuratorem,* §. *fin. nu.*1. *&* 2. & ibi Bald. *nu.*3. *ff. de Procurat.* Buratt. *d. decis.*723. *nu.*1. *& decis.*440. *num.*10. ne minor sit virtus taciti, quàm expressi.

Et propterea cauendum est à Rota *in decis. Cassad.*2. *num.*4. *&* 5. *de appellat.* quæ est eadem cum impressa *par.* 1. *recent. decis.*386. *num.*3. *& in decis.* 548. *Greg. XV. num.* 6. volentis tacitè posse reuocari Procuratorem post litis contestationem, quamuis non expresè, quia ab ea opinione recessit, vt videre est *in d. decis.*723. *Buratti*, & contra eam est doctrina Bart. *in l. si quis*, §. *Iulianus num.*1. *ff. de Procurat.* quem secuta est Rota *in Mediolanen. rescissionis contractus* 14. *Decembris* 1611. *coram Cardinali Sacrato*, quod aduertit Beltram. *in addit. ad dictam decis.* 548. *Gregorij XV. num.* 14. *littera C.*

64 Si tamen adesset iusta causa, posset etiam post litem contestatam Procurator reuocari, Rota *decis.* 353. *num.* 1. *par.* 4. *diuers. & decis.* 172. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & decis.* 198. *num.* 1. *eadem part.* 1. Addent. *ad dictam decis. Greg. XV.* 548. *num.* 13. *& Buratti* 440. *num.* 10.

65 Et hæc iusta causa arbitrio Iudicis est metienda, Afflictus *in cap.* 1. *num.* 24. *ex quibus causis feud. amit.* Bald. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de Aduocat. diuers. Iudic.* Iason *in l. properandum,* §. *Sin. alterutra, num.*8. *C. de iudic.* Rota *dicta decis.* 172. vbi pro iusta causa
66 reuocationis affertur lis mota à Procuratore contra dominum pro salario, Addent. *ad dictam decis. Gregorij XV. & Buratt. vt supra.*

67 Secundò, si Procurator, & Aduersarij consenserint, licita est inconstantia, & reuocatio etiam post litem contestatam, Castrens. *in l. quæ omnia, num.* 2. *C. de Procurat.* Sarnen. *decis.*28. Seraph. *d. decis.*195. *num.* 1. vbi quod de consensu Procurato-
68 ris non multum curatur, quia eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, sed id facit tantùm, vt pro conseruatione suæ famæ cognoscatur, an sit licitè reuocatus,
69 aliàs si se ingereret, esset suspectus, *l. quauiam, de Procurat.* Cassad. *decis.* 2. *de appell. num.* 4. *&* 5. Abbas *in cap. Mandatam in primo notab. de Procurat.* Put. *decis.* 302. *lib.* 2. Seraphinus *dicta decis.* 195. *num.* 2. Addent. *ad d. decis. Greg. XV. num.* 14.

70 Et propterea non sufficit solus consensus Procuratoris, sed requiritur etiam partis aduersæ, Put. *decis.* 18. *de Procur.* Addent. *ad dictam decis. Gregorij. num.* 14. & ex alijs decisionibus *supra* adductis.

71 Et talis consensus debet probari per eum, qui nititur reuocationi, Put. *decis.9. de Procurat.* Addent. *vt supra*.

72 Si autem Procurator dissentiat, tunc requiritur cognitio saltem summariè super iusta causa reuocationis, *l. post litem num.* 17. vbi Gloss. *verb. cognita, ff. de Procurat. l. in causæ cognitione* 27. & ibi Gloss. *§. Hæc autem cognitio, in verb. Prætoris, ff. eodem Roman. singul.* 371. Gratian. vbi de ratione *discept.* 618. *num.*15. *&* 16. Si verò

73 consentiat, non requiritur alia causæ cognitio, Felyn. *in cap. Ex parte Decani nu.*27. *de rescript.* Anchar. *in cap.*2. *num.* 2. *de Procurat. in* 6. cum aliis per Gratian. *loco citato num.*19. Rota *dicta decis.*172. *num.* 2. *par.*2. *recent.* Addent. ad Buratt. *dicta decis.* 440. *num.* 10. *& dicta decis. Greg. num.* 13.

74 Tertiò, licita erit Inconstantia in causa appellationis, talis enim Procurator effectus est dominus instantiæ, non autem causæ, Vant. *ex defect. inhab. num.* 163.

75 Marescott. *var.lib.*2. *cap.*62.*nu.*7. Seraph. *decis.* 1180. *num.* 1. *&* 2. Adrianus Negus. *quæst.*311. *num.* 2. 7. *&* 8. latè Cancer. *var. par.* 2. *cap.* 14. *sub num.* 47. *cum seqq.* Rota *decis.* 331. *num.* 32. *par.*10. *recent.* Addent. *ad dictam decis. Buratti* 440. *ad finem*, & Addent. *ad decis. Gregorij num.* 12.

76 Quod tamen non procedit, si in mandato adesset clausula *releuans &c.* quia per eam censetur Procurator effectus Dominus totius litis, non solius instantiæ, Marescott. *loco cit. num.* 8. Seraphin. *dicta decis.*1180. Coccin. *decis.*319.*nu.*6. Adden. *ad dict. decis. Buratt. & Greg. XV. iste nu.*12. *ille ad fin.* Rota *decis.*77. *num.*11. *par.*11. *rec. & decis.* 276. *num.* 6. *cum seqq. post Posth. de manut.* vbi de Procuratore constituto ad omnes causas, & instantias cum dicta clausula.

77 Hinc secundò infertur, quod, cum in mandato ad negocia res desinat esse integra, quando factum est aliquod substantiale ipsius negocii, *cap. in causis, de elect.* Mantic. *de tacit. dicto lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 7. Costa *de re integra distinct.*66.*nu.*5. Dominus

78 non poterit esse inconstans reuocando Procuratorem, Mant. *singul.* 406. Costa *loco cit. num.*5. Mantic. *loco cit. num.*4.

79 Quod tamen intellige, nisi iusta causa interueniat, quia tunc, etiam re non integra, erit locus inconstantiæ, *dicta l. post litem, ff. de Procur.* Gloss. *in cap. is, qui verb. susceperit, extra eod. in* 6. Mantic. *loco cit. num.* 13.

80 Secundò intellige, nisi consentiat Procurator, Gloss. *in l. si Procurator, ff. eodem,* Bartol. *in l.* 1. *num.*15. *C. de satisd.* Mantic. *loco cit. num.*13.

81 Cessat secundò inconstantia in Domino, qui Procuratorem à se constitutum reuocare non potest, si mandatum factum sit contemplatione illius, qui mandatum suscepit, *l. si cum fundum, ff. de pact.* Castren. *in l. singularia num.*22. *ff. si cert. pet.* Dec. *ibid. num.* 24. Aldobrand. *cons.*44. *num.*24. *lib.*1. Mantic. *loco cit. num.*14. Buratt. *decis.* 640. *num.* 12.

Tertiò, cessat inconstantia, quando id, quod continetur in mandato, est deductum in pactum stipulatione vallatum,

82 quia ex stipulatione ius quæsitum est ei, qui mandatum suscepit, *l. aliud, ff. de solut. l. vero Procuratori, §. sed etsi quis, ff. eodem,* & ibi Castren. *num.* 4. Quod procedit, siue

83 stipulatio adiecta sit incontinenti, siue ex interuallo, vt aduersus Castrens. & Ruin. tenet Mantic. *loco cit. nu.*15. *&* 16. Buratt. *decis.*640. *num.*11.

84 Quartò, cessat inconstantia, quando Procurator constitutus esset cum salario, quia tunc *vt supra* dictum est, mandatum transit in aliam speciem contractus, nempe locationis operarum, *l.*1. *§. vlt. ff. mandat. l.*1. *C. eodem*, Mantic. *loco cit. num.*17. qui tamen tenet, quod re integra possit reuocari, nisi adiecta sit stipulatio.

85 Quintò, cessat inconstantia, si Dominus parti promittat, non reuocare Procuratorem, Bald. *in rubr. extra, de Procur. col.* 2. Iason. *in l. si non sortem, §. si centum, col.* 3. *ff. de condict. indeb.* Roland. *cons.* 6. *num.* 50. *vol.*1. Surd. *cons.*419. *num.*69.

86 Sextò, cessat inconstantia in eo, qui constituit Procuratorem in rem propriam, quia reuocari non potest, *l. Quæ omnia, §. Planè, l. Procuratore* 55. *ff. de Procurat.* Bald. *in l. si Pater, C. mandat.* Bartol. *in l. si Procuratorem, C. de condic. ob caus.* Faber *in suo Codice lib.*4. *tit.* 26. *diffinit.* 16. *nu.*13. Golin. *de Procur. par.* 3. *cap.*4. *nu.*16. *& par.*4. *cap.*1. *num.*1. Rota *decis.*443. *nu.*4. *par.*1. *recent.* Buratt. *dicta decis.* 640. *nu.*11. vbi de Procuratore ad insinuandum.

Contrarium in hoc, quod etiam Procurator in rem propriam possit à Domino reuocari, voluit Gloss. *in l. sicut, §. Si Procurator, ff. quibus mod. pign. &c.* Bald. *dicta l.* 1. *C. de action. & oblig.* Iason. *in l. si cum emptore num.* 40. *ff. de pact.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 24. *num.* 22. *&* 23. Barbos. *claus.*71. *in magna edit. num.*8. Golin. *de Procur. par.*3. *cap.*4. *num.*22.

Concorda, aut est processum à Procuratore ad illa tria, de quibus *in l.* 3. *C. de nouat.* hoc est si fuerit Procurator litem contestatus, vel partem debiti recepit virtute mandati, aut debitori nunciauit Domino ne solueret, & tunc nullo modo potest Procurator reuocari, quia desinit res integra, Caldas, Barbos. & Golin. *vt supra &c.*

Aut nihil horum gessit, & tunc vel est constitutus Procurator in rem propriam necessitate cogente, qualis est Procurator

constitutus vigore contractus præcedentis, quem Dominus etiam inuitus constituere debuit, & tunc irreuocabilis est, Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *C. de act. & oblig.* & ibi Salyc. *num.*6.*quæst.*2. Dec. *conf.*521.*num.*15. Caldas *loco cit. nu.*23. Aut constitutio Procuratoris est voluntaria, & tunc, non obstante clausula illa *in rem propriam*, reuocabilis est, sic Dec. *dicto conf.* 521. *num.*15. Caldas *loco cit. num.*23. *ad fin.*

87 Cæterum, vt inconstantia hæc proficua sit Domino Procuratorem reuocanti, debet omnino intimari & Parti, & Iudici, si simus in Procuratore ad lites, *l. vnica, C. de satisd.* Bartol. *in l. si Procuratorem, ff. de Procur.* Gloss. *in cap. Mandato, de Procur.* Capra *conclus.*59. *num.*3. Molin. *de rit.nupt. lib.* 1. *comparat.* 25. *num.* 10. Golin. *d. tract. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 97. Itaut non sufficiat, quod aliunde ipsi reuocationem sciant, quia quando notificatio fit ad finem prohibendi, & interdicendi sola scientia quomodocunque habita non sufficit, *l. denunciasse, ff. ad l. Iul. de Adult.* Sess. *decis. Aragon.*81.*nu.*23. Gratian. *decis.March.*200. *num.*89. Molin. *loco cit. num.*12. Golin.*loco cit. num.*98.

Quidquid scripserit Arias de Mesa *var. resolut. lib.*3. *cap.* 43. *num.* 3. vbi quod hæc denunciatio non oportet simul fieri
88 Iudici, & Aduersario, sed sufficit, quod vel Iudici, vel Aduersario intimetur, quia ad hoc vt indistinctè non valeat quidquid à Procuratore reuocato factum est necessariò requiritur, quod reuocatio peruenerit ad notitiam vtriusque, scilicet Iudicis, & Aduersarij, ità Gloss. *in dicta l.vnic. C.de satisdando*, quæ ab omnibus approbatur, vt Bartol. *ibidem* attestatur *num.*10. & sequitur Mantic. *de tacit.lib.*7. *tit.*21.*nu.*23. vbi plures casus distinguit, Grimæus ad Gaill. *conclus.*46. *considerat.*1. *num.*7.

89 Siue fiat reuocatio ante litem contestatam, siue post, Gloss. communiter recepta *in cap. in nostra, de Procur.* Molin.*loco cit. num.*12. *in fin.*

90 Eoque magis reuocatio est intimanda, si illa tacitè fiat, Gloss. *in Clement.* 1. *de renunciat.* Molin. *loco cit. num.* 58. Golin. *loco cit. num.*99. latè Caldas Pereira *de empt. & vendit. dicto cap.*15. *num.* 37. Rota *in Romana Clericatus Sancti Petri* 12. *Ianuarij* 1624. *coram Manzanedo,* Addent. *ad dictam decis.*723. Buratt. *num.*14.

91 In tantum quod intimatione deficiente valeat iudicium cum Procuratore reuocato, *l.*1. vbi Gloss. *C. de satisd. l.vero Procuratori*, §.*Sed si quis, ff. de solut. l. si Procurator absentem, ff. de Procur.* & est Textus *in cap. Mandato, extr. de Procur.* Vincent.de Franch. *decis.*490. *nu.* 2. Costa *de retrotract. cas.*28. *& cap.*28. *num.* 8. Mozz. *de mandato col.*7. *num.*17. Golin. *loco cit. num.*97.

92 Fallit, quando Procurator ad lites esset reuocatus penès acta, quia tunc citatio, & intimatio non requiritur, Castren. *in l.*1. *vers. bene tamen puto, C. de satisd.* Vinc. de Franch. *d. decis.* 490. Golin. *loco citato num.*102. Puteus *decis.*109.*lib.*2. Adden. ad Buratt. *decis.*723. *num.*18.

93 Si verò simus in Procuratore ad negocia, sufficit, quod intimatio fiat ipsi Procuratori, *Clement. vnic. de renunc. cap. Ex parte Decani, de rescript. l. si mandatum, ff. mand. l.* 1. §. *fin. ff. de contrahen. empt. l.*1. *ff. quod iussu,* Sanchez *de matrim. lib.*2. *disp.*11. *num.* 6.

Quod procedit in Procuratore generali, secus autem in Procuratore ad certum negocium destinato, quia tunc debet certiorari ille, de cuius interesse agitur, *dicta l. si mandatum, ff. mandat. l. si fideiussor,* §. *fin. ff. mandat.* Abb. *in dicto cap. mandato num.*7. & *in dicto cap. ex parte Decani nu.*12. Felyn. *num.* 22. *&* 23. Anchar. *in Clement.* 1. *de renunc. num.*7. Sess. *d. decis.* 81. *num.*13. 14. *&* 15. Bichius *decis.*452. *num.*41.

94 Et propterea soluens Procuratori reuocato, non facta reuocationis intimatione debitori, rectè soluit Gloss.*in d.cap.Mandato vers.reuocato extr.de Procur.* Vant. *de null. ex defect. mand. num.* 160. Gratian. *discept.*105. *nu.*38.*&* 39.Vinc.de Franc.*decis.*119.*nu.*18. Golin.*loco cit.num.*106. *vers.nota tamen,*Rot. *decis.* 681. *num.* 2. *par.*1. *recent.* Addent. *ad dictam decis. Buratti* 723. *num.* 13.

95 Et regulariter gesta per Procuratorem reuocatum, reuocatione non intimata, valent, Specul. *in tit. de execut.* §. 4. *vers. Etsi Iudex*, Cynus *in l. mandatum* 3.*quæst. C. mandat.* & ibi Salyc. *num.* 18. Capra *dicta conclus.*59. Molin. *loco cit. num.*10. Put. *decis.*260. *in fin. lib.* 2. *in correct.* Addent. *ad dictam decis.*723. Buratti *nu.*12.

Ideo cautè legendus est Arias de Mesa, qui *dicto cap.* 43. *num.* 13. *&* 14. voluit necesse non esse Procuratorem constitutum
96 ad negocia, seu contractus certiorari, de mandati reuocatione, quia contra eum est communis opinio, vt per Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 25. *à num.* 1. Rebell. *de obligat. iustit. par.*2. *lib.*2. *quæst.*5. *num.*1. Sanchez *lib.* 2. *de matrim. disput.* 11. *num.* 6. Guttier. *eodem tract. cap.* 43. *num.*6. Gratian. *discept. forens. cap.* 18. *à num.* 37. cum alijs per Barbos. *in collect.dicto cap.vlt. de Procurat. in* 6.*num.*8.

Ratio autem, in qua se fundat Arias de Mesa procedit tantummodo in matrimonio, in quo specialiter per Text. *in cap. vltimo, vers. Sanè, de Procur. in* 6. satis est eum, qui mandauit mutare voluntatem, vt Procurator licet reuocationis ignarus inutiliter matrimonium contrahat, quæ in alijs actibus locum habere non potest, ex eo, quia in cæteris contractibus potest

ius supplere consensum contrahentium, illisque renitentibus dominium transferre in matrimonio autem minimè hoc potest, quod speciale est in solo matrimonio, & in aliis, de quibus Ego firmaui *infra*, vt docet Gloss. *in dicta Clement. vnic. de renunc. verbo ignorantem, & verb. cedendum*, & ibi Doctor. Sanchez *dicta disp.* 11. *num.* 6. qui plures Canonistas, & Theologos refert hoc tenentes Guttier. *d. cap.* 43. *num.* 6. & alii *supracitati*.

97 Sicuti de Procuratore ad resignan. constituto, qui bene resignat, licet inconstans Dominus illum reuocauerit, si in intimatione defecit, *dicta Clement. vnic. de renunc.* Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.* 15. *de rescript.* cum aliis per Paris. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 25. *num.* 12. *&* 27. Caldas *dicto cap.* 15. *num.* 37. Borell. *in summ. decis. par.* 1. *tit.* 66. *num.* 494. Verall. *decis.* 110. *num.* 1. *par.* 2.

98 Quando verò in hoc casu suffragetur intimatio facta solùm Parti principali, & non Procuratori, videnda est distinctio, quam attulit Rota coram Dunozett. iun. *decis.* 881. *num.* 10. vbi quod in renunciationibus, quæ fiunt ad fauorem certæ personæ sufficit ipsius partis Principalis notitia; in aliis verò, quæ fiunt simpliciter procedit dispositio *dictæ Clement. vnic. de renunc.* quod nempe reuocatio mandati notificetur vel Procuratori, vel Summo Pontifici, mediante illius dimissione in Dataria; & hoc idem procedere tam in mandato dato ad resignandum ex causa permutationis, quàm ad fauorem, dixit eadem Rota coram Dunoz. iun. *decis.* 33. *num.* 6.

99 Imò neque ipsum constituentem posse resignare ante intimationem reuocationis mandati factam Procuratori, voluere Probus *in addit. ad Monac. in rubr. de renunciat. in* 6. *num.* 34. Sylua *de benefic.* 3. *par. qu.* 16. *num.* 4. & alii, quos citat idem Pereira *dicto num.* 37.

100 Quos tamen ipse iure reiicit, quia antequam Procurator resignauerit, resignans titulum habet, ergo potest resignare, Staphil. *de var. mod. vacan.* §. 2. *principali*, & ita in specie firmauit Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani, de rescript. num.* 16. cum aliis per Pereiram *num.* 38. vbi dicit, optimam esse cautelam, quando reuocatio non potest intimari, vt fiat resignatio à Domino, quia hoc casu fit reuocatio ob quandam consequentiam non principaliter, ideo necessaria non est intimatio.

101 Et de Vicario reuocato, cuius gesta tenent, si reuocatio illi intimata non sit, voluere Bald. *in l. solent, §. Sicut, ff. de offic. Proconsul.* Bertachin. *de Episcopis par.* 1. *lib* 4. *quæst.* 21. Roman. *singul.* 57. Boer. *decis.* 347. *num.* 12. *&* 13. cum aliis per Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 36. *num.* 6. Caldas *loco cit. num.* 39. Addent. *ad dictam decis. Buratt.* 723. *num.* 16.

102 Et de gestis per Legatum reuocatum ante intimationem, Calderin. *cons.* 4. *de offic. Legat.* Felyn. *in cap. Cæterum num.* 11. *de rescript.* Sbrozz. *loco cit. num.* 7.

103 Sufficeret tamen, Procuratorem ad resignandum habuisse notitiam reuocationis expressè, vel tacitè, quia tunc intimatio non est necessaria, Couarr. *pract. quæstionum cap.* 9. *nu.* 8. *in* 2. *conclus.* Castren. *cons.* 361. *in fin. lib.* 1. & ità fuit resolutum *in Legionen. Canonicatus* 9. *Iunij* 1628. *coram Dunozetto iun.* Adden. *ad dictam decis.* 723. *Buratti num.* 15. vbi idem de Vicario, cui
104 licet sit intimata reuocatio ad effectum, vt non possit conferre beneficia, vt per Roman. Boer. & Caldas Pereira *locis supra citatis*, sufficit tamen qualiscunque
105 notitia reuocationis, siue per Procuratorem, siue per epistolam, vel nuncium, Gloss. *in cap. Cum causa, verb. Intimatio, de elect.* Calderin. *dicto cons.* 4. *de offic. Vicar.* Boer. *decis.* 347. *num.* 15. Rota *in d. Legionen. Canonicatus*, Addent. *ad d. decis. Buratti* 723. *num.* 16.

106 Non est tamen necessaria intimatio reuocationis Procuratoris, quando agitur de solo præiudicio constituentis, tunc enim valet reuocatio Procuratori non intimata, & gesta per eum sunt nulla, Gloss. *in cap. Quamuis, verb. Reuocari, de Procur.* Felyn. *d. cap. Ex parte Decani nu.* 18. *de rescript.* Rota *decis.* 11. *de Procur. in antiq.* Put. *decis.* 102. *nu.* 4. *lib.* 2. *in correct.* Adden. *ad dictam decis. Buratti* 723. *nu.* 17. Monter. *decis.* 43. *à num.* 24. Paris. *de Resign. lib.* 9. *quæst.* 25. *num.* 12. Hieronym. à Laurentiis *decis.* 13. *num.* 3. Gratian. *discept.* 18. *à nu.* 37. *& discept.* 191. *ad fin.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 63. *num.* 51.

107 Secundò, non est necessaria intimatio reuocationis Procuratoris constituti ad contrahendum matrimonium, quia, si reuocetur, & post reuocationem contrahat matrimonium non tenet, etiamquod Procurator ignoret reuocationem, Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 9. *de rescrip. & in cap. Edoceri num.* 11. *eodem tit. & in cap. Si diligenti num.* 22. *de for. compet.* Gloss. *in dicta Clement. vnic. de renunciat. verb. Ignorantiam, & verb. Cedendum*, vbi Cardin. quos refert, & sequitur Sanchez *dicto lib.* 2. *disp.* 11. *nu.* 6. Addent. *ad dictam decis.* 723. *Buratti num.* 19. addo Molin. *de pact. nuptial. lib.* 1. *comp.* 25. *num.* 14. vbi de communi, & de ratione Basilius Pont. *de matrimon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. qui *num.* 10. ampliat, vt nec valeat matrimonium à Procuratore reuocato contractum, quamuis Dominus illum ratum habeat, nisi enim habeatur nouus consensus ab ea, cum qua contractum est, nulla est ratificatio,

catio; Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 11.

110 Quod diximus de matrimonio carnali, idem habet locum in matrimonio spirituali, vnde si constitutus est Procurator ad acceptandum aliquod beneficium, vel dignitatem, ex qua contrahatur matrimonium cum Ecclesia, reuocato mandato nihil agitur, etiamsi non perueniat ad Procuratoris notitiam, Felyn. *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 11. Zabarell. *in dicta Clement. vnic. de renunc. quæst.* 5. Franch. *in cap. fin. de Procur. num.* 8. qui idem habere locum dicit non tantum, quando re vera matrimonium contrahitur cum Ec-
111 clesia, vt in Episcopali dignitate, sed etiam in quonis alio beneficio, etiam simplici acceptando, quia etiam in simplici beneficio aliquo modo se Ecclesiæ coniungit, quod etiam docuit Io. Andr. &
112 alij, quos citat. Ratio huius est, quia sine verò consensu, nec etiam matrimonium spirituale potest interuenire, Seraphin. *decis.*942. *num.*17.

113 Idem dicendum est in Procuratore constituto ad officium Patrini, Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.*10. Pont. de Leon
114 *loco cit. num.*20. vel in Procuratore constituto ad vouendum, vel ad se obligan-
115 dum voto, vel iuramento; nam si Procurator, reuocato huiusmodi mandato, voueret, vel se obligaret, nulla esset obligatio, Pont. de Leon *loco cit. num.* 21. vbi alia plura ad casum facientia adducit, quē omnino videas quando casus occurret.

116 Tertiò, non est necessaria intimatio reuocationis mandati ad præsentandum, Castren. *cons.* 361. *in fin. lib.* 1. Crauett. *cons.* 76. *num.* 3. Lambert. *de Iurepatron. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 4. *artic.* 14. *num.* 1. & 3. Gregorius Decimusquintus *decis.*452. *n*6. qui allegat *decis. Miranden. Parochialis* 10. *Martij* 1603. *coram Decano*, Rota *in Tullen. Cappellaniæ* 2. *Iunij* 1627. *coram bonæ mem. Pirouano*, vbi allegatur *alia decis. in Compostellana Parochialis* 24. *Aprilis coram Cardin. Lancellotto iuniore*, Addent. *ad dictam decis. Buratt.* 723. *num.* 20. qui tamen declarant procedere, quando secundus Procurator, vel constituens præueniunt primum Procuratorem in præsentando, quia tunc nemini fit præiudicium; non Procuratori, vt patet; non postea præsentato ab illo, quia per mandatum ad præsentandum alicui ius quæsitum non fuit, & ita dicit procedere *dictam decis. Tullen.* vel saltem quando reuocatio deuenit ad notitiam Ordinarij Collatoris, quod videtur neces-
117 sarium, alias si ad præsentationem primi Procuratoris sequeretur institutio, esset valida, Lambert. *dicto art.* 14. *num.* 5.

118 Facta autem intimatione Procuratori suæ reuocationis, non potest amplius officium Procuratoris exercere, quia falsus dicitur Procurator, *dicto cap. Ex parte Decani*, & ibi Bald. *num.* 3. & 15. *de rescript.* Mantic. *de tacit. dicto lib.*7. *tit.*21. *num.*40.

119 Quod adeò verum est, vt, quod ab eo gestum est, ab inconstantia Domini ratum haberi non possit, Gloss. *vlt. in dicto cap. Ex parte Decani, in verb. Mandatum*, Specul. *in tit. de defensore, in princ. vers. Sed pone egisti*, Mantic. *loco cit. num.*40.

120 Hinc propterea, si Dominus reuocauerit Procuratorem, non potest sententiam ad eius fauorem latam approbare,
121 tam etsi reuocatio nulli fuerit intimata, Imol. *in dicto cap. Mandato num.* 8. *de Procur.* Castren. *in l. si Procurator num.* 7. *ff. eodem*, Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.* 50. Mantic. *loco cit. num.*40.

122 Licita tamen erit inconstantia in Domino respectu ratificationis gestorum à Procuratore reuocato, quando ratificatio
123 tenderet in præiudicium ipsius, secus si in fauorem, Specul. *loco cit.* Imol. *dicto cap. Mandato num.* 8. Bald. *in l. falsus num.*23. *C. de furt.* Felyn. *dicto cap. Ex parte Decani num.*50. *vers. Limita primò*, Mantic. *loco cit. num.* 41.

124 Secundò, posset Dominus ratum habere factum à Procuratore reuocato non
125 principaliter, sed in consequentiam, etiamquod tractaretur de eius commodo, Imol. *dicto cap. Mandato num.*8. Mantic. *loco cit. num.*42.

126 Tertiò, Dominus posset ratum habere gestum à Procuratore reuocato, vbi posset illud ratum habere, si à quouis alio factum esset, Imol. *dicto cap. Ex parte Decani*, sequitur Angel. *in l. Pomponius num.* 2. *ff. de neg. gest.* Mantic. *loco cit. num.*43. & 44. vbi benè.

127 Quartò, hæc conclusio locum habet in eo actu, qui à Procuratore reuocato non posset fieri, nisi vigore mandati, quod, cum fuerit reuocatum, agere non potuit, alioquin sicut nihil prohibet nouum mandatum fieri, ita nihil prohibet id, quod post reuocationem factum est, ratum habere, Bartol. *dicta l. Pomponius, in fin. ff. neg. gest.* Felyn. *cap. Post cessionem nu.*31. *de probat.* & *in dicto cap. Ex parte Decani num.* 50. Mantic. *loco cit. num.*45. & ratio est, quia, cum mandatum fuerit reuocatum ratione actus, non potest Dominus inconstans, quod semel reprobauit, amplius ratum habere, *dicta l. Pomponius*, & ibi Bartol. *num.*23. Bald. *dicta l. Falsus nu.*23. Mantic. *loco cit. num.*44. *in fin.*

128 Notandum tamen est, quod si constituens post reuocationem mandati patiatur inconstans Procuratorem munus suū exercere, mandatum tacitè videtur renouasse, Dominic. *in cap. Qui ad agendum, de Procur. in* 6. Alexand. *cons.* 28. *in fin. lib.* 6.

Pereira *de renouat. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 4.

129 Pro coronide dicendum est, Dominum non posse renocare Procuratorem inuitum, nisi prius ei soluat omnes expensas, quas fecit, *l. quæ omnia*, §. *Planè*, vbi Gloss. *in verb. Retinere*, *ff. de Procurat.* Gemin. *cap.* 2. *num.* 5. & ibi Franch. *num.* 1. *de Procur. in* 6. Bald. *in* §. *Item sine retentione*, quem legit sub *l. mutare, ff. de Procurat.* Fulgos. *in eod.* §. quem ipse legit *sub l. ante diem eod. tit.* Rota *decis.* 353. *par.* 4. *diuers.* vbi quod non erat iusta causa reuocandi Procuratorem à Capitulo constitutum, quia Capitulo intimauerat monitorium ad effectum, vt solueret certas partitas per eundem nomine Capituli captas occasione salarii, & expensarum, & propterea reuocatio non fuit habita pro iuridica, nisi prius expensæ à Capitulo soluerentur.

Iusta tamen esset causa reuocationis mandati, si Procurator mouisset litem super salario, petendo maiorem summam, quam promissam, vel petendo aliam summam pro expensis sibi non debitis, Rota *decis.* 172. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* & *decis.* 198. *ead. par.* 2. *num.* 1.

130 Et nota, quod Procuratori etiam reuocato debetur salarium, Bartol. *in l. post litem, vers. Aduerte, ff. de Procur.* cum alijs per Golin. *de Procurat. par.* 4. *cap.* 5. *numer.* 47.

131 Si tamen sua culpa reuocetur, nullo modo ei debetur, Gloss. *in l. si vno*, §. *Item cum quidam, verb. personis, ff. locat.* Bartol. *vbi supra*, & *in l.* 1. §. *diues, ff. de var.* & *extr. crimin.* Golin. *loco cit. num.* 48. Rota *d. decis.* 172. *nu.* 1. *in fin.* Gratian. *discept.* 618. *num.* 11.

132 Nota secundò, quod pro salario sibi debito non habet Procurator retentionem scripturarum, Boer. *decis.* 15. *in princ.* Grauat. *ad Vestr. lib.* 3. *cap.* 4. *in fin. num.* 8. Gratian. *discept.* 56. *num.* 15. Rota *decis.* 198. *par.* 2. *recent. num.* 3.

Et quamuis Gaill. & Coler. relati à Gratian. *loco cit.* teneant contrarium, & videatur idem sentire Rota *d. decis.* 353. *par.* 4. *diuers.*

Nihilominus non est recedendum ab opinione *supra* firmata, quam firmat Fulgos. *in l. si non sortem*, §. *Si centum num.* 6. *ff. de condic. indebit.* vbi Iason. *num.* 10. Capic. *decis.* 11. & etiam tenuit Rota *in Burgen. Mercedis* 4. *Iunij* 1604. *coram Iusto*, & *in decis.* 691. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* latè Gratian. *d. discept.* 618. *à num.* 2. Rota *dicta decis.* 198. *par.* 2. *recent. num.* 3.

133 Secus tamen esset, si vellet retinere scripturas pro expensis, quas fecit in lite, *l. quæ omnia, in fin. ff. de Procurat.* Boer. *dicta decis.* 15. *num.* 3. vbi quod hæc est vera interpretatio dictæ legis, Gloss. *in dicta l. quæ omnia*, §. *vlt.* & ibi Bartol. *num.* 2. Castren. *num.* 4. Angel. *ante fin.* Gaill. *obseruat.* 12. *num.* 5. *lib.* 2. Farin. *quæst.* 106. *num.* 61. Rota *dicta decis.* 353. *par.* 4. *diuers.* & *d. decis.* 691. *num.* 1. *par.* 1. & *dicta decis.* 172. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* quos refert, & sequitur Gratian. *dicta discept.* 618. *num.* 7. & vltra ab eodem adductos, Rota *dicta decis.* 198. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.*

Et propterea Doctor. in contrarium adducti, nempè Gaill. *obseruat.* 17. *num.* 5. *lib.* 2. Coler. *de process. execut. cap.* 2. *par.* 1. *num.* 247. Bald. *in l. quæ omnia*, §. *Item si retentione, ff. de Procur.* intelligendi sunt de retentione ratione expensarum, non autem ratione salarij, prout ita intellexit Rota *dicta decis.* 691. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* & Gratian. *dicto cap.* 618. *num.* 8. & 9.

QVÆSTIO XIII.

ARGVMENTVM.

An licita sit inconstantia in Actionibus.

SVMMARIVM.

1 *Actione vna ex pluribus, quæ competebant electo, non datur regressus ad alteram.*
2 *Quid vbi actiones sunt diuersæ, & num.* 4.
3 *Quid in delictis.*
5 *Ex delicto semper oriuntur duo actiones criminalis vna, altera ciuilis.*
6 *Actio criminalis tendit ad publicam vindictam.*
7 *Actio ciuilis tendit ad commodum priuatum.*
8 *Actionem ciuilem intentans non potest inconstans ad actionem criminalem confugere, & de ratione num.* 5.
9 *Stellionatus actio non competit contra creditorem, qui bis exigit creditum, si ad restitutionem exacti fuit ciuiliter conuentus.*
10 *Iudicio ciuili pendente processus coram Iudice criminali est nullus, & attentatus.*
11 *Causa ciuilis quando dicatur prius cœpta, quàm criminalis.*
13 *Appellatio datur ab admissione iudicij criminalis, pendente causa ciuili.*

14 Criminalis causa intentari non potest, etiam in secunda instantia antequam committeretur causa appellationis à sententia Iudicis ciuilis.

15 Appellatio non diuersificat causam, sed instantiam.

16 Iudicium ciuile sufficit quod sit cæptum ad impediendam causam criminalem, nec requiritur, quod fuerit sententiatum.

17 Actio criminalis incidenter insurgens ex actione ciuili non potest principaliter intentari relicta causa ciuili.

18 Causa ciuilis præiudicialis criminali impedit iudicium criminale.

19 Causa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando sententia lata in vna pareret exceptionem rei indicatæ in alia.

20 Exceptio rei iudicatæ in causa ciuili, vt impediat iudicium criminale non requiritur, quod sit realis, sed sufficit, quod sit possibilis.

21 Sententia in causa criminali licet pareret exceptionem rei iudicatæ in causa ciuili adhuc non impedit introductionem causæ ciuilis.

22 Causa vna quando dicatur alteri præiudicialis.

23 Retractus non competit vicino, qui habet litem super proprietate propriæ domus, nisi ea terminata.

24 Causa ciuilis non præiudicat criminali, nec è contra, quando prima actio intentata non pareret exceptionem rei iudicatæ in secunda, etiamsi sententia secunda, pereret hanc exceptionem in prima.

25 Causa ciuilis proueniens ex vno facto, an, & quando impediat causam criminalem ex alio facto.

26 Causa ciuilis non impedit causam criminalem contra diuersas personas.

27 Criminis vnius quando plures sunt rei, potest contra vnum ciuiliter, & contra alium criminaliter agi eodem tempore.

28 Causa ciuilis an præiudicet criminali quando vtraque actio prouenit ex eadem lege.

29 Causa ciuilis an præiudicet criminali quando vtramque tendunt ad eundem finem.

30 Iniuriarum in crimine datur actio ciuilis ad æstimationem iniuriæ.

31 Et actio criminalis ad pænam.

32 Iniuriatus, qui actionem ciuilem intentauit, an, & quando possit inconstans ad actionem criminalem transire.

33 Actio Principalis non censetur sublata per introductionem actionis consequentis.

34 Fiscus quando ad pœnam agere possit contra iniuriantem intentata actione ciuili per iniuriatum.

35 Maritus agens ciuiliter contra vxorem adulteram ad dotis amissionem non potest inconstans illam criminaliter de adulterio accusare.

36 Maritus accusans criminaliter vxorem de adulterio, non potest contra illam ciuiliter pro amissione dotis procedere, & numer. 38.

37 Mulier adultera detruditur in Monasterium, & bona eius applicantur certis personis.

39 Dos non pertinet ad vxorem adulteram.

40 Maritus nec per viam exceptionis ciuiliter deducere potest adulterium contra vxorem, quam de eo criminaliter accusauit.

41 Maritus qui succubuit in iudicio criminali intentato ex causa adulterij, vel ab accusatione inconstans destitit, non potest illius exceptione repellere vxorem petentem restitui ad obsequia matrimonialia.

42 Causa ciuilis non præiudicat criminali, quando delictum est patens, & concludenter probatum.

43 Causa ciuilis an præiudicet criminali coram diuerso Iudice.

44 Iudex ciuilis an possit inhibere criminali.

45 Iudex ciuilis debet audire partem petentem supersederi in causa criminali.

46 Pars potest inhibere Iudici criminali pendente causa coram Iudice ciuili.

47 Parte non opponente, an, & quando intentari possit actio criminalis ab eo, qui introduxerat iudicium ciuile.

48 Iudicio ciuili terminato potest actor inconstans ad criminale conuolare.

49 Iudicium non dicitur finitum, nisi per rem iudicatam.

50 Ac per illius executionem, & exactionem.

51 Criminalem actionem intentans non potest inconstans ad ciuilem conuolare, & num. 59. Declara vt num. 53. remissiuè.

52 Causa criminalis maior est, quam causa ciuilis.

54 Actionem vnam intentans, & non obtinens, an possit ad aliam habere regressum.

55 Actionem vnam intentans censetur alteri renunciasse.

56 Actionem incompetentem intentans potest inconstans habere regressum ad actionem competentem.

57 Quid si actio incompetens fuisset scienter intentata.

58 Quid si actio in esse producta sit per electionem agentis.

59 Agens ex actione competente de iure Canonico, an, & quando possit inconstans habere regressum ad actionem competentem ex priuilegio.

60 Actionem vnam intentans in vna instantia an possit aliam intentare in diuersa instantia.

61 Actionem vnam intentans competentem de iure communi, an possit inconstans intentare aliam competentem ex dispositione Statuti.

62 Agens ex testamento an, & quando possit inconstans conuolare ad causam intestati.

63 Agens ex testamento præbet ius venientibus

EXPLICATO, quando liceat inconstantia, vel ne in Procuratore, & in Domino illum constituente, transeamus ad inconstantiam in Actionibus.

Et primò dic, quod vbi plures actiones ad idem competunt, Actor vnam
1 ex illis teneatur eligere, electa verò vna actione cessat in Electore Inconstantia, itaut ad alteram non detur regressus. Materia est Textus *in leg. Quod in hærede, §. Eligere, ff. de tribut. action.* quam fusè exornat Gabr. *de act. conclus.* 1. *&* 2. Idem probat Text. *in l.* 1. *in delictis, §. Si detracta, ff. de noxal. l. fin. C. de codicill.* Bart. *in l.* 1. *§. Vnde quæritur, col.* 1. *ff. de public.* Alber. *in l. fin. C. de edend.* Afflict. *dec.* 134. *num.* 3. & ibi Addent. Surd. *cons.* 413. *nu.* 7. Rot. *decis.* 192. *num.* 9. *par.* 5. *recent. & decis.* 140. *num.* 6. *par.* 6. in iisdem Rot. *coram* Dunozet. iun. *decis.* 460. *num.* 7.

2 Quod primò ampliat Gabr. *nu.* 2. etiam si sint diuersæ actiones, si tamen competant ex eadem causa, Bart. *in dicta leg.* 1. *§. Vnde quæritur, vers. Simile videmus, ff. de public.* quod idem esset dicendum in actionibus ciuilibus.

Quod ego intelligerem iuxta distinctionem, quam facit Horppreċt. *ad §. in Summa instit. de iniurijs*, hoc est dummodo tendant ad eundem finem, & non plus sit in vna, quam in altera ad Text. *in l. Prætor. 7. §. 1. ff. de iniur. l. plura. 53. ff de obligat. & action. l. 1. ff. de vi bonor. rapt. l. si quis egerit, ff. de furt. l. qui seruum, ff. de oblig. & action.*

3 Secundò ampliat Gabr. etiam in delictis quia quando ex eod. facto, & ex eodem crimine plures actiones competunt, vna electa, alteri censetur renunciatum, Bart. *in d. l. 1. §. Vnde quæritur, verf. Prima regula est, ff. de public.* Gabr. *num. 3.* addo Albericum *in l. interdum, nu. 3. ff. de public. iudic.* Farinac. *quæst.* 100. *num.* 132. qui tamen cum Claro *quæst. 2. verf. Hæc quidem*, dicit, aliud esse de consuetudine, quia in querelis, & accusationibus concluditur semper accusatum puniri pœnis legum, Canonum, Statutorum, Bannimentorum, & Constitutionum.

4 Secus tamen esset, si ex diuersis factis orirentur, quia vna electa, alteri renunciatum non censeretur, Alex. *in l. edita, num. 17. C. de edend.* Cyrill. *in Summ. crimin. rubr. 6. Quando ciuil. act. num. 4.* Farinac. *dicta quæst.* 100. *num.* 133. Quando essent inter se diuersæ, & quod plus est ageretur contra diuersas personas, Rota *coram* Carill. *decif.* 156. *num.* 5.

5 Cumque ex delicto semper oriantur duæ actiones, altera criminalis ad publi-
6 cam vindictam, altera ciuilis ad priuatum
7 commodum, *l. qui nomine, ff. ad l. Corneliam, de falf.* Gomef. *de delict. tom. 3. cap. 3. de homicid. nu. 87.* Caball. *resolut. crimin. 248. num. 44.* Clar. *§. fin. quæst. 2. in princ.*

Videndum, an qui primo ciuilem actionem intentauit, ad criminalem actionem Inconstans conuolare possit?

8 Regulam statue, illicitam esse Inconstantiam, hoc est non posse, qui actionem ciuilem intentauit, ad actionem criminalem confugere, *l. 1. C. de appellat. l. Prætor, §. 1. ff. vi bonor. rapt. l. damus*, & ibi Salyc. *in Summ. C. ad l. Cornel. de falf. l. interdum*, & ibi Gloss. 1. *ff. de publ. iudic.* Doctores *in l. 1. C. quando act. ciuil. præiud. crimin.* Natt. *consil.* 138. *num.* 1. Bofs. *in praxi de foro compet. num.* 122. *& de pluribus violent. num.* 113. Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 4.* Carleual. *de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 6. num. 2. lim. 23. nu. 26. 27.* vbi quod ita Rota tenuit *in vna Cæsaraugustana iuris eligendi, coram* Sarmiento. Et hanc eandem regulam firmauit Rota *in Romana de Stocchis, Lunæ 9. Martij* 1598. *coram* Gypsio vt testatur Farinacc. *d. quæst.* 100. *num.* 125. *&* 126. vbi reprobat Ancharanum *conf.* 62. contrarium tenentem. Sed melius, disputato articulo, firmauit Rota *in decision. Interamnen. pecuniaria* 1603. *coram bon. mem. Coccino*, quæ est inter eius *impressas decisio* 123. *& post secundum volum. consil.* Farinac. *decif.* 201. vbi quod ille, qui prius intentauit iudicium ciuile per actionem

9 in factum, eo sub prætextu, quod creditor bis creditum exegisset, non potuit demum conuolare ad actionem criminalem ex Stellionatu Honded. *conf.* 109. *num.* 60. *vol.* 1. Caualer. *decif.* 443. *num.* 3. 475. *nu.* 4. & melius *decif.* 530. *n.* 1. Eminentiss. Celsus *decif.* 208. vbi quod pendente iudicio ciuili
10 processus coram Iudice criminali est nullus, & attentatus, Dunozett. iun. *dec.* 286.
11 *sub num.* 2. Dunozett. sen. *dec.* 220. *dec.* 274. *num.* 1. *par.* 9. *tom.* 1. *rec.* vbi in terminis te-
12 stamenti, & quando ad hunc effectum dicatur prius cæpta causa ciuilis quam criminalis. Ratio est, quia, si daretur huiusmodi inconstantia possent ferri diuersæ sententiæ, & contrariæ à diuersis Iudicibus, Caualer. *d. decif.* 475. *num.* 4. *& d. decif.* 530. *num.* 2. Carill. *dec.* 63. *num.* 2. Dunozett. iun. *dicta* 220. *& dicta decif.* 274. *num.* 3. *par.* 9. *recent.*

13 In tantum quod, si ad actionem criminalem inconstans confugeret, & illa esset, per Iudicē admissa, daretur ab ea admissione appellatio, *d. l.* 1. *C. de appellat.* Bofs. *dicto tit. de plur. violent. num.* 113. Rota *dicta decif.* Coccin. 123. *num.* 3.

14 Nec prodest inconstanti, quod causa criminalis fuerit intentata in secunda instantia, & sic ante quam causa ciuilis sit commissa Iudici appellationis, quia sufficit, quod fuerit intentata post iudicium
15 ciuile in partibus motum, quia commissio causæ appellationis non diuersificat causam, sed instantiam, Salycet. *in l. ita demum, in fin. & in l. inuitus, num. 1. C. de Procur. Rot. d. decif.* 123. *Coccini num.* 9.

16 Nec requiritur, quod super iudicio ciuili fuerit plenè cognitum, vel sententiatum, sed sufficit fuisse cæptum, quia hoc casu præiudicium consideratur in potentia, quamuis non actu, *l. fundū, l. fundi, quem, ff. de except.* Caualer. *d. decif.* 530. *n* 3. *ad fin.* latè Gabr. *citata conclusione, num.* 23. *versic. Contrarium.*

17 Imò cessaret inconstantia quamuis ex actione ciuili incidenter insurgeret actio criminalis, nec enim isto casu licitum est conuolare ad causam criminalem principaliter, relicta causa ciuili, vt post Bald. & alios, tradit Crauett. *conf.* 280. *n.* 2. Caualer. *d. decif.* 443. *num.* 5.

18 Multo magis, si causa ciuilis esset præiudicialis criminali *d. l. fundum, & l. fundi, quem ff. de except. Glofs. magn. in l. edita*, & ibi Bart. *num.* 14. Alex. *num.* 15. Dec. *nu.* 60. *C. de edend.* Natta *d. conf.* 188. *num.* 2. Farin. *d. quæst.* 100. *num.* 60. *& num.* 129. Caualer. *d. decif.* 443. 475. *&* 530. Coccin. *dicta decif.* 123. Buratt. *decif.* 34. *num.* 2. *& decif.* 415.

& melius decisil. 944. Dunozett. sen. dicta decis.220. num.1.

19 Tunc autem dicitur causa ciuilis præiudicialis criminali, quando sententia lata in causa ciuili, pareret exceptionem rei iudicatæ in causa criminali, dict. ll. Fundum, & fundi, quem ff. de except. Soccinus in cap.vlt.de libell. oblat.Bart.in l.Prætor ait, §. 1. ff. vi bon. rapt. Doctores in dicta l. edita, C. de edend. Menoch. cons. 301. num.25. Salyc. in specie in l.vnica, num.10. vers. Quæro modo, C. Quando act. ciuil. act. crimin. præiud. Ridolphin. in praxi, par.1. cap. 1. num. 107. Millin. decis. 444. num. 1. Dunozett.sen. d.decis.220. num.1. Iason. in §. Præiudiciales Instit. de act. nu.2. Caualer. d. decis.443. num.1. & 2. & 475. num.3.Buratt. d. decis.34. num. 1. & 415. item num. 1. & d. decis.944. item num.1. vbi aliàs plures refert Rotales Decisiones Farin. d.qu.100. num.79. & in casu de quo agitur, non est necesse, quod pariat exceptionem, sed

20 quod sit possibile,quod parere possit Bart. in d. l.edita, num.19. Alex. ibidem num.16. Curt.iun.qui testatur de communi,n.156. Bolognett. num.102. Soccin.num.11. Dec. num. 60. Io: de Vicomerc. num. 128. Purpur. num .204. Corn. num. 31. Ridolphin. d. cap.1. nu.109. Rot. decis. 207. num. 1. & seq. post cons. Farinac. lib.2. Dunozett iun. d.decis.286.nu.2. Farin. d:quæst.100. num.79. & 130. Buratt. d. decis.415. num. 1. & dicta decis.944. num.7. Addent.ad decis 470.Gregor.XV. num.17. in fin.

21 Si verò è contra sententia in causa criminali pareret exceptionem rei iudicatæ in causa ciuili, licita esset inconstantia, Cnrt. iun. in d. l. edita, num.60. C.de edendo, Farinac. loco cit. num.131.

22 Quando autem alijs modis causa vna dicatur alteri præiudicialis videndus est Farinac. dicta quæst.100. num. 78. & seq. ex Crauett. cons.74. inter cons. crimin. vol.2. & Natt. d. cons.138. Carleual. de iudic. tom.2. lib.1. tit.2. disput. 6. à num.7. belle Rot. coram Coccino decis.308. num.7. vbi quod tribus modis potest considerari,qualiter vna actio sit alteri præiudicialis. Primò quando agitur de statu alicuius; Secundò ratione auctoritatis, & præheminentiæ; Tertiò, quod absolutoria pariat exceptionem rei iudicatæ,& propterea ibi fuit decisum, Equitem Santinellum possessorem cuiusdam domus, non potuisse agere ad
23 retractum alterius domunculæ sibi contiguæ, ex eo, quia super domo ab eo possessa lis fuerat mota à Proprietario, qui prætendebat ad se spectare vigore fideicommissi, & ideo, quia lis super fideicommisso interuertebat dominium Santinelli, vigore cuius ei competebat retractus, meritò prius erat terminanda tanquam præiudicialis actioni retractus, & hanc eandem distinctionem retulit & secutus fuit Ridolphin. in praxi par.2. cap.1. num. 97. 98. 99. 100. & 101. & de tertio membro est decis.coram Carill. decis.63.n.1. in iisdem terminis Dunoz. iun decis. 286. num.1.

24 Dic tamen, licitam esse inconstantiam si prima actio intentata non pareret exceptionem rei iudicatæ in secunda, sed secunda pareret exceptionem rei iudicatę in prima, Curt. iun. in d. l. edita, num.160. C. de edend. Farinacc. d. quæst.100. nu.131.

25 Dic secundò, licitam esse inconstantiam si actio ciuilis proueniat ex vno facto,criminalis verò ex alio facto, Natt. dicto cons.138. num.4. cum seq. Facchin. controu.iur. lib.9.cap.2. Farinacc.loco cit.n.138. vbi nu.140. declarat hoc procedere,quando facta sunt totaliter inter se diuersa, & nullam habeant inter se connexitatem, secus si illam haberent taliter, vt vnum esset alteri preiudiciale.

26 Dic tertiò, iicitam esse inconstantiam, quando ageretur contra diuersas personas, nam, si plures sunt eiusdem criminis Rei, possum contra vnum ciuiliter,&
27 contra alium criminaliter eodem tempore agere, Bellapert. in l. 1. col. fin. in fine, vers. item alia quæstio, C. quando ciuil. act. crimin. & ibi Alberic. Curt. iun. in dicta l. edita, num. 174. & ibi Purpur. num. 147. Farinacc. dicta quæst. 100. num. 147.

28 Dic quartò, licitam esse inconstantiam, quando actiones proueniunt ex eadem lege; Quia tunc non prohibeor vna intentatà, ad aliam conuolare, Butrigar. in l. 1. C. quando ciuil. actio,. Salycet. ibidem num. 3. Farinacc. dicta quæst. 100. num.148.

29 Dic quintò licitam esse inconstantiam, quando ambæ actioues ciuilis, & criminalis tendunt ad eundem finem, secus si ad diuersa, secundum Cynum in l.1. nu.6. C. quando ciuilis actio, & ibi Alberic.num.3. Farinacc. dicta quæst. 100. num. 148.

Sed contra hoc dictum, quod videtur destruere principalem conclusionem à nobis supra traditam, tenet Marant. de ordin. iudic. par. 4. distinct.1. quem sequitur Clar. §. fin. quæst. 2. num. 7. qui dicunt communem esse conclusionem, quod si actio ciuilis, & criminalis tendunt ad diuersa, non impeditur inconstantia, secus si tendant ad idem.

30 Hinc infertur, quod, cum in crimine iniuriarum detur actio ciuilis ad æstimationem iniuriæ, & actio criminalis ad
31 pœnam, l. Prætor, §.post hodie,& ibi Gloss. in verb. ciuiliter agi, ff. de iniurijs, Peguer. decis. crimin. 13. num. 1. cum alijs per Farinaccium quæst.105. num. 26. & vtraque tendat ad vindictam, vt declarat Bartolus in dicta l. Prætor edixit, §. si dicatur, num. 1. ff. de iniur. Alberic. Angel. Marant. Boss.

Corrad. Gomez. Gaill. & Surd. à Farinacc. *dicta quæst.* 105. *num.* 27. iniuriatus qui
32 actionem ciuilem intentauit, non potest inconstans ad actionem criminalem transire, *dicta l. Prætor edixit*, §. *si dicatur*, *& seq. ff. de iniur.* & ibi Gloss. *in verb. occisus*, *& verb. præiudicare, & verb. actionem*, Gloss. *in dicta l. Prætor edixit in principio in* 1. *gloss. vers. item si veneno*, Bart. *dicto* §. *si dicatur*, *num.* 1. Albericus *num.* 1. Angel. *num.* 1. cum aliis, quos refert, & sequitur Farinacc. *dicta quæst.* 105. *num.* 28. plenè Thesaurus *decis.* 18. *num.* 2. *&* 3.

Hoc tamen procedit, si iniuriatus intenter actionem ciuilem ad æstimationem iniuriæ, quæ dicitur ad vindictam, secus autem, si tantum agit ad damna, & interesse, quia tunc non prohibetur, quin inconstans non possit conuolare ad actionem criminalem ad pœnam, *dicta l. Prætor edixit*, §. *quid ergo*, & ibi Gloss. *in verb. dicemus*, *& in verb. principaliter*, *& in verb. hoc continet*, *& in verb. occisum*, *& in verb. sarciatur*, *ff. de iniur.* vbi assignatur ratio, quia actio ad damna, & interesse non datur principaliter, sed in consequentiam,
33 ideo per illius electionem non censetur sublata actio principalis, Gloss. *in dicta l. Prætor edixit in* 1. *gloss. vers. & licet aliàs*, Bart. *dicto* §. *si dicatur in principio*, Alberic. *num.* 1. Angel. *num.* 1. Thesaur. *dicta decis.* 18. *num.* 11. Farinacc. *dicta quæst.* 105. *num.* 30.

34 Cæterum quando fiscus, non obstante actione ciuili intentata per iniuriatum, possit agere ad pœnam, videndus est omnino Thesaur. *dicta decis.* 18. *à num.* 7. *vsque ad finem*, ad eum te remitto Lectorem, quia non est materia nostræ inconstantiæ.

35 Secundò infertur, quod si maritus egit ciuiliter contra vxorem adulteram ad dotis amissionem non possit inconstans eam accusare criminaliter de adulterio, Anch. *in cap. Tuæ*, & ibi Panormit. *num.* 3. *de Procur.* Sot. *in* 4. *distinct.* 17. *quæstione vnica.* Ratio est, quia vtraque actio tendit ad vindictam, Barbosa *ad l.* 2. *solut. matrim. par.* 1. *num.* 138. *vers. vlt.* Sanchez *de matrimonio lib.* 10. *de diuortio quæst.* 8. *num.* 19. *vers. nec si à Iudice ciuili.*

36 Sic è contra, si prius intentauerit iudicium criminale de adulterio, non potest ad iudicium ciuile conuolare ad dotis amissionem, Textus est *in l. miles*, §. *Socer*, *ff. de adulterio*, Barbosa *loco cit. nu.* 139. Sanchez *loco citato num.* 19. *&* 20.

37 Eò maximè, quia, cum mulier ob adulterum detrudatur in Monasterium, & bona eius applicentur certis personis, Auth. *sed hodie*, *C. de adulterio*, frustra maritus
38 aget ad dotis amissionem, quæ ad vxorem non pertinet, vt ex Imola, & Castrense dicit Barbosa *loco citato num.* 139. *ad finem*,
39 Sanchez *loco citato*, qui ampliat non solùm pendente iudicio ciuili, vel è contra, sed etiam peracto iudicio prius intentato, &
40 etiam quod per viam exceptionis in alio iudicio opponeretur de adulterio, verbi gratia, si maritus accusauit vxorem de adulterio, & ab accusatione destitit, vel succubuit, si mulier petat restitui ad obse-
41 quia maritalia, non poterit excipere vir de adulterio, obstat enim exceptio rei iudicatæ in iudicio prius intentato, vt benè per Sanchez *loco citato* omnino videndum.

Dic sextò, licitam esse inconstantiam, quando delictum in secundo iudicio de-
42 ductum esset patens, vel confessione Rei, vel per plures Testes idoneos concludenter probantes, Natt. *dicto cons.* 138. *nu.* 20. Lancellott. *de attent. cap.* 4. *limit.* 23. *nu.* 12. vbi dicit Rotam *in vna Neritonen. spolij coram Aldobrandino* 19. *Martij* 1567. voluisse, quod dum causa spolij cognoscitur, inhibendum sit Iudici criminali, criminaliter procedenti contra spoliantē, nisi fuisset aut confessus, aut conuictus, Claudius Seysell. *dicta l. edita num.* 76. *C. de edend.* Farinacc. *dicta quæst.* 100. *num.* 154.

43 Dic septimò, licitam esse inconstantiam coram diuerso Iudice, quamuis non coram eodem Iudice, Claud. Seysell. *in dicta l. edita num.* 68. *C. edendo*, Farinacc. *dicta quæst.* 100. *num.* 155.

Contrarium, & melius voluit, Rota *coram Puteo decis.* 275. *lib.* 1. *in antiq.* Baiard. ad Clar. *quæst.* 2. *num.* 3. & hanc esse veritatem dicit Farinacc. *loco citato, num.* 155. *vers. Imo secundum Puteum.*

44 An autem Iudex ciuilis possit inhibere criminali isto casu? Negat Seysell. *loco citato*, quem sequitur Farinaccius *loco cit. num.* 155. *ad finem*, qui subiungit cum eo-
45 dem Seysello, quod si petatur, supersederi in causa criminali, talis sic petens est audiendus.

46 Quamuis tamen Iudex non debeat inhibere, poterit tamen Pars ipsa inhibere, vt voluit Farinacc. *dicta quæst.* 100. *nu.* 113. vbi dicit ità apud nos seruari.

47 Dic octauò, licitam esse inconstantiam, si pars non opponat, quod quando verum sit, vide Bart. *in dicta l. edita in* 2. *lect. num.* 79. *C. de edend.* Roman. *num.* 147. Fulgos. *num.* 17. Alex. *num.* 19. Dec. *nu.* 82. Iacobin. de S. Georgio *num.* 105. Claud. Seysell. *num.* 87. Corn. *num.* 36. Purpur. *num.* 204. & latiùs *num.* 209. quos refert Farinacc. *loco citato, num.* 156. qui fermè omnes concludunt, quod si cumulatio actionis impeditur ratione ordinis, vel quia sententia parit exceptionem in alia, & tunc valet iudicicium, parte non opponente, quia solùm agitur de interesse partis, si verò impeditur iudicium ratione inconstantiæ, quia vna electa via, alia tollitur, & tunc non valet iudicium, etiam

parte non opponente, & eodem modo si cumulatio impediatur ratione contrarietatis, sic Dec. *loco citato*, & alij.

48 Dic nonò, licitam esse inconstantiam terminato iudicio ciuili, quia poterit ad
49 criminale conuolare, *l.* 1. *C. quando ciuilis actio*, vbi Gloss. & Doctores, Bart. *in l. interdum in principio in* 1. *oppositione*, *ff. de public. iudic.* & ibi Alberic. *num.* 2. cum alijs per Boss. *de pluribus violent. num.* 113. vbi quod non dicitur finitum iudicium, nisi lata sit sententia, eaque in iudicatum transierit, vel secundum Angel. *in loco*
50 per eum *relato*, nisi secuta fuerit effectualis executio sententiæ, & exactio, Farinacc. *loco citato num.* 157. Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 6. *to.* 2. *num.* 3.

Quæ diximus de Actore, actionem ciuilem proponente, vt non possit esse in-
51 constans, conuolando ad actionem criminalem, idem dicendum est è conuerso, hoc est, illicitam esse inconstantiam in eo, qui prius actionem intentauit criminalem, itaut ad actionem ciuilem conuolare nequeat, Fulgos. *in dicta l. interdum num.* 4. *in fine*, *ff. de public. iudic.* Odofred. *in l.* 1. *num.* 1. *colum.* 2. *C. de appellat.* Put. *decis.* 275. *lib.* 1. *in antiq. &* 268. *in correct. eodem lib.* Farinacc. *dicta quæst.* 100. *nu.* 127. Carleual. *dicta disput.* 6. *num.* 2.

52 Quod multò magis procedit, quia causa criminalis maior est causa ciuili, *l. fin. C. de ordin. iudic. l. vnica, quando ciuilis actio*, Put. *dicta decis.* 268. *in fine*, *lib.* 1. *in correct.* Farinacc. *dicta quæst.* 100. *num.* 59. Coccin. *dicta decis.* 123. *num.* 18. Seraphin. *decis.* 571. *num.* 3.

53 Sed quia omnes ferè declarationes, & limitationes supra deductæ proximæ conclusioni habent locum in hac secunda conclusione, vt videre est per Farinacc. *dicta quæst.* 100. *à num.* 123. *vsque ad finem*, ideo in hoc inconstantiæ genere amplius non immorabor; Reuertendo ergo ad principalem conclusionem.

54 Tertiò, ampliat Gabriel. etiamsi ex causa intentata non obtineat Agens, quia non propterea sibi dabitur regressus ad aliam actionem, cui censetur renuncia-
55 tum, Gloss. vnica *in l. post diem*, *ff. de l. commiss.* & Gloss. *in l. Æmilius in verb. restitui, circa princip. vers. sed illud efficaciter*, *ff. de minoribus*, Salycet. *in l. commissoriæ*, *C. pact. inter empt. & vend.* Aret. *cons.* 150. *colum. penult. vers. ista conclusio*, Soccinus iun. *cons.* 84. *vol.* 2. *num.* 8. qui intelligit, quando Agens non obtinet, eò quia pœnitentia ductus ad aliam actionem transire vult, sed tamen prima actio erat effectum paritura, Gabriel. *loco citato num.* 4. qui Paulum de Castro contrarium tenentem *in dicta l. commissoriæ* adducit, addo Ego Peregrinum *in tract. de iudic. fol.* 58. *nu.* 60. vbi quod si ex vno facto, seu ex vna causa oriuntur plures actiones, si Actor vnam proposuerit, & succubuerit, non potest redire ad aliam, ex eadem causa proficiscentem, etiam quod actiones ob aliquam adiectionem, seu qualitatem inter se variarent, quia plus esset in vna, quàm in alia, ex Textu *in l. in delictis*, §. *si detracta*, *ff. de noxal.*

56 Limita hanc ampliationem non procedere, quando quis succubuisset, quia elegisset actionem incompetentem, quia tunc datur regressus ad competentem, quam non elegerat, Iacobus Butrigar. *in l.* 1. *col.* 2. *vers. tu dic*, & ibi Albericus *col.* 2. & Salycet. *col.* 4. *C. de furt.* Gabriel. *loco citato num.* 5.

57 Quod verum est, nisi quis scienter remedium incompetens elegisset, Salycetus *in dicta l.* 1. *C. de furt. col. fin. vers. aut succubuit*, & ibi Alex. *col. penult.* Castrens. *in l. Clodius, col.* 1. *ff. de acquiren. hæred.* cum alijs per Gabriel. *loco citato num.* 6.

58 Vel nisi remedium, siue actio per electionem in esse producatur, quia tunc electa via, quæ à potestate eligentis nascitur, ad aliam non potest habere regressum, quia deficit potestas producendi, & successiuè eligendi, sic subtiliter Salycet. *in l.* 1. *num.* 12. *vers. oppono ergo modo, & num.* 14. *vers. secundo casu, C. de furt.* Gabr. *loco citato num.* 7.

59 Quartò, ampliat Gabriel, etiamquod vna actio competat de iure communi, altera ex priuilegio, ex Castrense *in l. si ex lege num.* 10. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Gabriel *num.* 9. qui refert Albericum contrarium tenentem *in l. fin. col.* 2. *vers. & si vnum competat, C. de codicill.*

Videas Cynum benè distinguentem, *in l. voluntariæ*, *num.* 10. *C. de excus. Tut.*

60 Quintò amplia, vt hæc inconstantia cesset etiam in diuersa instantia, Baldus *in l. incerti col.* 4. *in principio, C. de interdict.* Purpurat. *in d. l. edita num.* 218. *C. de edend.* Gabriel *ibidem num.* 10.

61 Sextò amplia etiam, quod vna actio procedat à iure communi, altera autem à dispositione Statuti, Aret. *in* §. 1. *nu.* 23. *Institut. de act.* & ibi Iason *num.* 152. Purpurat. *in dicta l. edita num.* 217. Gabriel *loco citato num.* 11.

62 Septimò ampliat Gabriel, idem esse in iudicio criminali, sed hæc ampliatio est eadem cum secunda ampliatione, de qua diximus *supra*.

62 Octauò, ampliat Gabriel, vt, qui elegit causam intestati, non possit variare ad causam testamenti, sed quia hæc est potius illatio, quàm ampliatio, vt dicit idem Gabriel *conclus.* 3. *dicto tit. de act.* ideo de ea hic videndum est.

Sit itaque conclusio, illicitam esse inconstan-

constantiam in eo, qui cæpit agere ex testamento, nam ad viam intestati conuolare nequit, *l. fin. C. de codicill.* Gabriel *dicto tit. de act. conclus. 3. num.* 1. Romanus *cons.* 125. *num.* 1. Iason *dicta l. fin. col.* 2. *vers. nota ergo ex ista lege*, Alex. *cons.* 121. *lib.* 1. *num.* 6. *vers. & eo ipso*, Boer. *decis.* 33. *num.* 13. Gulielm. de Bened. *in cap. Raynutius, in verb. testamentum il terzo, num.* 71. *de testam.* Merlin. Pignatell. *cootrou. forens. centur.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *&* 3. Camill. de Medic. *cons.* 40. *per tot. præcipuè num.* 6. *cum seq.* Censal. *decis. Lucens.* 57. *num.* 16. vbi conclusionem declarat; Ratio est, quia postquam quis agere cæpit ex testamento
63 acquisitum est ius venientibus ab intestato, casu quo testamentum non valeat, ergo iure eis semel quæsito, non licèt variare in eorum præiudicium, Romanus *dicto cons.* 125. *in principio, num.* 2. Gulielmus de Bened. *loco citato num.* 71. & in tantum est illicita inconstantia, vt, si causam te-
64 stati proposuerit Actor, teneatur illam prosequi, vt probat Textus *in d. cta l. fin.* ibi *statim inter ipsa iuris auspicia propositum suæ intentionis expleat*, Gabriel *loco citato num.* 2.

65 Quæ conclusio procedit, & si in testamento, ex quo Actor agit, dixerit testator, velle illud valere iure codicillorum, *dicta l. fin. vers. vt etiam illud sanciamus*, Gabriel *loco citato num.* 3.

66. Imò hoc casu, etiamquod Actor succumberet in causa testati, non posset inconstans ad causam codicillorum, & intestati recurrere, quia esset variare circa
67 vnam, & eandem scripturam, Cyn. *in l.* 1. *C. de furt. col.* 2. & ibi Salycet. *col.* 4. *vers. alij dicunt, & in dicta l. fin. vers. ego dico*, Bart. *in dicta l. Clodius, col.* 1. & ibi Castrens. *col.* 1. *ff. de acquir. hæred.* Gabriel *loco citato nu* 4. Gulielm. de Bened. *loco citato nu.* 72. *vers. præterea*.

68 Secundò, procedit conclusio, etiam quod pars non opponat à principio, quia iure communi iudicium corruit, Soccin. *in cap. fin. nu.* 23. *vers. secundo casu de libell. oblat.* Gabriel *loco citato num.* 5.

69 Tertiò, habet locum, siue Agens sit vir, siue mulier, Roman. *dicto cons.* 125. Gabr. *ibidem num.* 6.

70 Quartò denegatur inconstantia etiamsi Agens vellet probare per testes, se hæredem ex testamento, & per alios testes, se esse hæredem ex causa fideicommissi, vel intestati, Bald. *in dicta l. fin. col.* 2. *C. de codicill.* Gabriel *loco citato, num.* 6.

71 Quintò denegatur inconstantia etiamsi à principio quis petat hæreditatem non exprimendo aliquam causam, & postea fuerit vnam causam specialiter prosecutus, Bart. *in l. sextante, ff. de except. rei indic.* Gabriel *loco citato num.* 9.

72 Primò dic, licitam esse inconstantiam, si quis ex diuersis scripturis agat, non enim tenetur esse constans in actione testati, quàm intentauit Bart. *in dicta l. Clodius col.* 1. *ff. de acquir. hæred. & l. fin. col.* 1. *C. de codicill.* & ibi Angel. & Castrens. Iason *num.* 1. *vers.* 4. *limita*, Cyn. *in dicta l.* 1. *C. de furt.* & ibi Salycet. *num.* 31. cum aliis per Gabrielem *loco citato, num.* 10. Addo Gulielm. de Bened. *loco citato num.* 72.

73 Quod tamen dupliciter sublimitat Gabriel, primò, nisi quis scienter elegisset, vt per Iason. *in dicta l. fin. num.* 15. *C. de codicill.* secundò nisi plures, & diuersæ scripturæ essent factæ vno, & eodem tempore ex Alex. *in dicta l. fin. col. penult. vers. nec obstat primus, C. de codicill.*

74 Secundò, limita conclusionem non procedere in ascendentibus, & descendentibus vtriusque sexus, & agnatis vsque ad quartum gradum, in agnatis verò vsque ad tertium, quibus electa vna via, datur singulare variandi priuilegium, vt *in* 4. *par. dictæ l. fin.* ibi *in vers. si quis verò*, Iason *num.* 6. *Apostill.* ad Iacobum, Butrigar. *dicta l. fin. vers. limita primò*, Gabriel *loco citato num.* 13. Gulielm. de Bened. *loco cit. num.* 73, *vers.* 2. *fallit*, Boer. *dicta decis.* 33. *num.* 17.

75 Et hæc limitatio primò procedit, quamuis in testamento non esset adiecta clausula codicillaris, quia fortasse codicilli fuerunt ad partem facti, vt voluere Fulgos. & Alex. *in dicta l. fin.* Iason *ibidem num.* 6. Gulielm. de Bened. *loco citato num.* 73.

76 Secundò, procedit etiam, quod personæ, *vt supra*, & in Textu expressæ scienter elegerint vnam, vel aliam causam, Boer. *dicta decis.* 33. *num.* 19. Gabriel *loco citato num.* 14.

77 At hoc priuilegium, quod conceditur descendentibus, *vt supra*, debet intelligi, si verè illi sint filii, non autem si sint adoptiui, vel arrogati, quia nôn dicuntur ve-
78 rè filij, sed imaginem filiorum habent, *l. filio, quem pater, ff. de lib. & posth.* & hanc opinionem tenent Angel. *in dicta l. fin.* Guliel. de Bened. *loco citato num.* 73. *vers. prouiso tamen*.

79 Sicut respectu agnatorum debet intelligi priuilegium, quando illi sunt de ascendentibus, secus verò si sint transuersales etiamsi fratres, & sorores, ità Gloss. *in l. fin. in verb. agnationis*, quam omnes Do-
80 ctores sequuntur ibidem Roman. *dicto cons.* 125. Boer. *dicta decis.* 33. *num.* 18. Gabriel. *loco citato num.* 15. Gulielm. de Bened. *loco citato num.* 73. *vers. præterea quod dictum est*. Ratio est, quia transuersa-
81 libus non competit querela contra testamentum, *l. fratres, C. de inoffic. testament.* Gulielm. de Bened. *vbi supra*.

Pariter dictum priuilegium in talibus

ascendentibus locum non habere si ab in-
82 testato non succederent, veluti si per Statutum à successione exclusi essent, vel essent tales, qui in succedendo ab intestato, non tenerent primum locum, quoniam forte alius præcedit in gradu, nam si tales in testamento hæredes instituti semel intentauerint viam testamenti, non possent postea intentare viam codicillorum, & fideicommissi, & è contra, quia illi tales non dicuntur pati damnum, super quo fundatur *dicta l. fin.* sed potius certant de lucro Ludouic. Fulgos. & Alex. *in dicta l. fin.* Gulielm. de Bened. *loco citato num. 73. vers. pariter dictum priuilegium*.

83 Hinc per eandem considerationem, Iason *in d. l. fin. num. 7.* disputat quæstionem, an causa pia, quæ in his testamentarijs causis gaudet priuilegio liberorum, potiatur etiam huiusmodi priuilegio va-
84 riandi? Et verius putat, licet relinquat cogitandum, quia vt ipse ait, quæstio est noua, non frui priuilegio variandi, quia tantummodo illis datur, qui certant de damno vitando, quod non facit Ecclesia,
85 quia aliàs Testatori non successisset ab intestato, & Iason. sequitur Guliel. de Bened. *loco cit. num. 73. vers. & per eandem &c.*

86 Tertiò, habet locum inconstantia stante probabili ignorantia, Bart. *in l. serui electione num. 1.* Alex. *num. 3.* Castrens. item *num. 3.* Iason *num. 6.* Ripa *num. 6. & 7. ff. de legat. primo*, Gulielm. de Bened. *loco cit. num. 72. vers. primo*, Rota *decis. 140. nu. 7. par. 6. recent.* de quo dicemus *infra*.

87 Quartò, dic licitam esse inconstantiam in creditoribus, & legatarijs, qui propter probabilem incertitudinem possunt, postquam viam testati elegerunt contra hæredem scriptum etiam legitimum hæredem conuenire, Gloss. magna *in l. controuersia, vers. si verò detur*, & ibi Bart. *num. 5. & 6. ff. de transact.* Iason *in d. l. fin. num. 1. vers. 3. limita*, & ibi Alex. *col. fin.* Boer. *d. decis. 33. num. 15.* Gabriel *loco citato num. 17.* Guliel. de Bened. *loco citato num. 72.*

88 Quintò, dic licitam esse inconstantiam, quando Actor in actione intentata succubuisset per ignorantiam Iudicis, Fulgos. *d. l. fin. C. de Codic.* Gabriel *loco cit. num. 18.*

89 Quemadmodum è contra hoc priuilegium variationis non competeret, quando clarè constat Iudici, quod filio competit via ex testamento, per Textum *in l. filium emancipatum, ff. de acquir. hæred.* Gulielm. de Bened. *loco citato num. 73. vers. similiter tale priuilegium*, vbi dicit, quod sic oportet intelligere dictum Textum *in l. filium emancipatum*.

90 Sextò, dic licitam esse inconstantiam, si in primo iudicio actum est ex persona alterius, Alex. *d. l. fin. num. 6. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 19.*

91 Septimò, dic licitam esse inconstantiam in eo, qui dixit testamentum validum, demum succubuit, quia potest variare, & redire ad causam intestati, Afflictus *decis. 134.*

Sed redeundo ad principalem conclusionem.

92 Primò, dic licitam esse inconstantiam, si per errorem, vel ignorantim Actor vnam actionem elegerit, Salycet. *in l. 1. num. 15. C. de furt.* Alberic. *in d. l. fin. nu. 2.* vbi Bald. *num. 1. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 15.* Addo Gulielm. de Bened. *in dicto cap. Raynuccius verb. testamentum 3. num. 72.* Rota *in citat. decis. 140. num. 7. par. 6. recent. & in Romana, seu Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentissimo D. meo Panzirolo, post tract. Zacchiæ de oblig. Camer. decis. 200. num. 10. & 11. secundum modernam impressionem*, Merlin. *decis. 566. num. 3.*

93 Quod procedit etiam sine restitutione in integrum, vt voluit Soccinus *in cap. fin. num. 35. de libell. oblat.* quem cum alijs refert, & sequitur Gabriel *loco citato num. 15. vers. contrarium*, quod etiam est de mente Rotæ *citat. decis. 140. num. 3. par. 6. recent.*

94 Secundò, licita est inconstantia, quando actiones plures non tendunt ad idem, sed ad diuersa, Gloss. *in dicta l. quod in hæredem, §. eligere, gloss. 1.* & ibi Bald. & Bart. *in summ. ff. de tribut.* Salycet. *in dicta l. fin. num. 15. C. de furt.* Gabriel *loco cit. concl. 2. num. 16.*

95 Tertiò licita est inconstantia, quando agitur ad idem, sed ex causa diuersa, quia tunc electione vnius actionis, altera non tollitur, Alberic. *in dicta l. quod in hæredem, §. eligere in fin. ff. de tribut.* Castrens. *in dicta l. edita num. 11. C. de edend.* Bart. Soccinus, Fulgos. Iacobus de Butrigar. & alij à Gabriele relati *dicta conclus. 2. num. 17.* Guttier. *pract. quæst. lib. 3. quæst. 59. num. 6.* Greg. XV. *decis. 270. num. 3.* Rota *in dicta Romana, seu Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. meo Panzirolo post dictum tract.* Zacch. *decis. 200. num. 3. & 5.* Merlin. *decis. 566. sub num. 2.*

96 Quod tamen intellige, nisi obstet contrarietas actionis, vt *in dicta l. fin. C. de Codic.* Gabriel *loco citato num. 18.*

97 Quartò dic, licitam esse inconstantiam, quando agitur contra diuersas personas, quia per electionem vnius actionis alteri non censetur renunciatum, Bart. *in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publ.* Aret. *in l. ex duobus col. 5. ff. de duobus Reis*, Purpurat. *in dicta l. edita num. 214. C. de edend.* cum alijs, quos refert, & sequitur Gabr. *dicta conclus. 2. num. 19.*

98 Quintò, licita est inconstantia, quando est electa actio præscripta, quia tunc ad aliam, cui non sit præscriptum, datur re-

gressus, Bald. *in l. si præsidium, col. 2. C. de ædilit. act.* Cremen. *singul.* 164. Alex. *in apostill. ad Bartolum, dicta l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. act.* Gabriel *loco cit. num.* 21.

99 Sextò, dic, licitam esse inconstantiam, quando quis agit ex persona alterius, Gloss. *in l. nemo ex his, §. quoties, vers. item quod dixi, ff. de reg. iur.* Fab. *in §. sed ista Instit. de act.* Gabriel *loco citato num.* 21.

100 Septimò, dic, licitam esse inconstantiam, quando ex electione actionis non esset alteri ius quæsitum, Salycet. *in dicta l. 1. num.* 15. *C. de furt.* Cyn. *ibidem* Gabr. *loco citato num.* 22. Addo plures allegatos per Rotam *in citata decisione* 140. *num.* 10. *par.* 6. *recent.* Merlin. *dicta decis.* 566. *nu.* 2.

QVÆSTIO XIV.

ARGVMENTVM.

Quando licita sit variatio in executiuis.

SVMMARIVM.

1 *Variatio in executiuis est licita.*

2 *De principali ad fideiussorem de vna re ad aliam de persona ad rem, & è contra etiam lite pendente, & quamuis vno modo facta sit executio.*

3 *In executiuis donec sequatur satisfactio, potest creditor variare Iudicem, iudicium, & executionem, & de ratione.*

4 *Actor in executiuis potest diuersas vias coram diuersis Iudicibus intentare.*

5 *Litis pendentia in executiuis opponi an possit.*

6 *Concilium Tridentinum mandans primas instantias fieri coram Ordinario non habet locum in causis executiuis.*

7 *Instantia non datur in causis executiuis.*

8 *Facultates Auditoris Cameræ an fuerint moderatæ per Concilium Tridentinum.*

9 *Auditor Cameræ in causis firmatis obligatione Camerali cognoscit primam instantiam etiam post Concilium Tridentinum.*

10 *Auditor Cameræ in causis ordinarijs procedere non potest in prima instantia.*

11 *Imperatori, nec cuipiam licèt quidquam agere contra Regulas Apostolicas.*

12 *Creditor vigore obligationis Cameralis potest inconstans vna via electa aliam aggredi.*

13 *Obligatio Cameralis operatur, quod ordo non sit attendendus, & quod fiat præposteratio de causa ad causam, & de vna causa ad seipsam.*

14 *Executio potest variari de vna re ad aliam, vbi agitur vigore obligationis Cameralis.*

15 *Creditor capto vno pignore in causam iudicati non potest inconstans eo dimisso ad aliud se conuertere.*

16 *In executiuis licitum est variare, & facere plures executiones reales.*

17 *Creditor in executiuis capto debitore potest petere se immitti in bonis.*

18 *Et immissus in possessionem bonorum potest instare pro captura debitoris.*

19 *Creditor, cui competit via executiua post obtentam immissionem in Saluiano potest petere mandatum contra debitorem.*

20 *Creditor in executiuis potest variare relicto principali ad fideiussorem.*

21 *Creditor habens pignus pro sua securitate potest super alijs bonis executionem facere.*

22 *Creditor habens pignus, & fideiussorem si inconstans restituat pignus debitori, vt illud vendere possit, sibi non præiudicat quin valeat conuenire fideiussorem.*

23 *Quid si obligatio fideiussoris restricta sit ad id quod minus ex pignore redigatur.*

24 *Creditor habens bona sequestrata, adhuc potest petere debitum, & pro eo ad executionem procedere.*

25 *Sequestrator non dicitur de credito satisfactus per sequestrum.*

26 *Actor in executiuis renuncians viæ primo loco intentatæ eo facilius potest ad aliam variare.*

27 *Creditor satisfactus per priorem viam electam non potest inconstans ad aliam se conuertere.*

28 *Consumpta executione per adiudicationem, & traditionem bonorum creditor, dicitur plenè satisfactus.*

29 *Creditor per immissionem vigore Saluiani non dicitur plenè satisfactus, & de ratione.*

30 *Creditor quando dicatur plenè satisfactus per subhastationem, & deliberationem pignoris.*

31 *Deliberatio, & adiudicatio pignoris non importat illius addictionem, nisi sequatur traditio possessionis.*

32 *Creditori in executiuis an, & quando competat variatio Reo comparente.*

33 *Executiones plures eodem tempore creditor facere non potest.*

34 *Executiones contrarias etiam in executiuis facere non potest creditor, nec actiones contrarias intentare.*

TRIPLICITER potest hæc quæstio considerari, vel quando Actor, qui habet plures vias executiuas, vult esse inconstans variando siue coram eodem, siue coram alio Iudice, vel quando cæpit agere via ordinaria, ab ea vult transire ad executiuam, vel quando ab executiua via vult transire ad ordinariam.

Et quoad primam partem quæstionis dicendum est, licitam esse inconstantiam
1 in eo, cui ad idem plures competunt viæ executiuæ, nam electa vna, alteri non censetur renunciatum, Bartol. *in l. Consentaneum in prima quæst. C. quomodo, & quando Iudex*, Bald. *in l. qui legati, C. vt in possess. legat.* Iason. *in l. 1. col. 6. ff. si quis iusdicen. non obtemp.* idem Bald. *in l. fin. §. Sed cum Scio, vers. vltimo quæro, ff. si certum petatur, & in l. ignorare, in fin. C. de testam. milit.* Bened. de Plumb. *in repet. l. nemo carcerem, col. 2. C. exact. tribut. lib.* 10. Angel. Castren. Abb. Archid. Alex. & alij, quos longa serie numerat Gabr. *de act. conclus. 4. num. 9.* addo Gallesf. *de obligat. Camer. quæst.* 11. *num.* 2. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 45. *vers. Comprobatur, circa med.* Caputaquen. *decis.* 50. *num.* 5. *par.* 1. Caroc. *de sequestr. par.* 3. *quæst.* 17. *num.* 1. Neguf. *de pign.* 3. *mem.* 8. *par. num.* 27. Lancellott. *de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. 2. limit. num. 50. & 76.* Borgnin. *decis. 1. nu. 15. par. 1.* Iason. *cons. 9. num. 41. & cons. 28. num. 8. vol. 1.* Rota latè *decis. 161. num. 4. par. 6. in recent.* vbi quod
2 licita est variatio de principali ad fideiussorem, de vna re ad aliam, & de persona ad rem, etiam lite pendente, & etiam si vno modo facta sit executio, eadem Rota *in Ciuitatis-Castelli Spolij 7. Maij 1638. & 10. Maij 1641. coram* Ghislerio *decis. 197. num. 4. & 198. num. 2. post tract. Zacchiæ de obligat. Camer. secundùm modernam impressionem*, Surd. *decis. 44. num. 17. & 18.* latissimè Argel. *de legit. contradic. quæst. 3. art. 1. nu. 11.* Cyriac. *controu. 318. num. 43. & seq. decis. Bonon. 107. num. 25.* & ibi Addit. *vers. aut verò prius*, Monter. *ad Statut. Bonon. tit. de percept. fact. in confess. §. quo termino, vers. & quod vna via*, Petrus Pech. *de iur. sist. cap. 4. num. 15.* Asin. *de execut. §. 4. cap. 69. num. 31.* Gaspar Anton. Thes. *quæst. 7. nu. 1.* Borell. *in summ. decis. tit. 32. num. 244.* Fenzon. *ad Statut. Vrbis cap. 193. num. 32.* Posth. *de subhast. inspect. 27. num. 26.* Ridolphin. *in praxi par. 1. cap. 1. num. 127.* Rota *decis. 122. num. 15. & 16. par. 6. recent.* Fabr. *in codem lib. 7. tit. 120. diffin. 4.* Duran. *decis. 60. nu. 45.* Rota *decis. 343. num. 22. par. 10. recent.* vbi
3 quod vsquequo probetur plenè satisfactum creditorem, etiam post executionem, seu immissionem, aut assecurationem super vna re factam possit variari, & Iudicem, & iudicium, & remedium, & capturam personæ.

Ratio est quia in executiuis merita causæ non discutiuntur, sed agitur de credito liquido, & confessato omni exceptione iuris carente, & ideo Actor potest variare, donec realem executionem consequatur, cum omnia remedia executiua tendant ad vnum finem, & alterum ab altero non impediatur, ratione præiudicij ex diuersis sententiis resultantis, Rota *dict. decis. 161. num. 5.* Cost. *de remed. subsid. remed. 25. num. 9.* Rota *in Romana Census 21. Maij 1634. coram Merlino, post Zacch. secundùm modernam impress. decis. 163. num. 3.*

4 Quæ conclusio habet locum, etiamquod Actor intentet diuersas vias executiuas coram diuersis Iudicibus, Iason. *in l. nulli prorsus, col. fin. C. de iudic.* Gallesf. *de oblig. Camer. quæst. 11. num. 2.* Becc. *cons. 17. num. 3.* Cenc. *de Cens. par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 6. num. 32.* Zacch. *ad Gallesf. d. quæst. 11. num. 28. secundùm modernam impress.* Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 9. num. 45.* Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 2. num. 16.*

5 In executiuis enim non potest opponi de litis pendentia, Neuizan. *cons. 4. nu. 12.* Becc. *dicto cons. 17. nu. 3.* Mandos. *de inhib. quæst. 121. num. 6.* Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. nu 50. & 76. & limit. 15. nu. 4.* Scacc. *loco cit. num. 45. vers. Et quod in executiuis*, Felician. *de censib. par. 1. lib. 3. cap. 2. num. 9. in fin.* Neque in iis datur instantia, Bartol. *in l. Litibus, C. de Agricol. & censit. lib. 11.* Surd. *cons. 542. nu. 11. & 12.* Sarnen. *reg. de annali quæst. 44.* Put. *decis. 220. lib. 2. in antiqu.* quamuis plures Doctores contrarium tenentes referat Asin. *in sua praxi ciuil. cap. 3. num. 37. vers. Contrarium verò.*

6 Et propterea alias dicebam dispositionem Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 20. de reformat.* de primis instantiis coram loco-
7 rum Ordinariis proponendis non habere locum in causis executiuis, in quibus non datur instantia, Iason. *cons. 9. num. 43. lib. 1.* Garz. *de Benef. 6. par. cap. 3. num. 6.* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 81. num. 18. vers. Nam Concilium*, qui in appendice inuehit contra Salgad. dum in tractatu à S. Congr. Indicis vetito *de suppl. ad Sanctissimum*, tenet per dispositionem S. Concilij *dicto*
8 *cap. 20.* esse moderatas facultates A. Cam. itaut ipse non possit cognoscere de quacunque causa in prima instantia, dicitque se mirari, quod vnus Presbyter sic Sedis Apostolicæ, & suorum Officialium, auctoritatem imminuere studeat, sed vterque suo labitur errore; Nam Salgad. maximo errore labitur, si putat, Concilium derogasse facultatibus A. C. in causis executiuis, & obligatione Camerali vallatis,
9 esse enim eius auctoritatem præseruatam in executiuis causis obligatione Camerali

firmatis, voluere omnes Doctores quotquot scripsere post publicationem Concilij Tridentini, inter quos Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 12. *sub num.* 48. Gratian. *discept.* 118. *ad fin.* Ricc. *in prax. aur. resolut.* 342. *par.* 2. *secundùm nou. impress.* Nouar. *singul. iuris canon. conclus.* 54. *num.* 5. Narbon. *l.* 59. *glos.* 1. *num.* 139. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 31. *num.* 16. *& in Append. num.* 19. *& ad Concilium Tridentinum dicto cap.* 20. *nu.* 5. Ciarlin. *controuers. lib.* 2. *cap.* 125. *num.* 93. & expressè patet in Bulla facultatum per Paulum Quintum Aud. Cam. concessarum *sub die* 1. *Octobris anni* 1616. in Bullar. nou. *in ordine* 28.

Si verò putat Barbos. in causis ordinariis, & in quibus datur instantia Concilium non derogasse facultatibus A. Cam.
10 & ipse quoque labitur errore, quia Concilium in ordinarijs causis, in quibus datur instantia sustulit omnino priuilegium A. Cam. Ricc. *in prax. aur. resolut.* 126. *d. par.* 2. *& in decis.* 271. *&* 273. *num.* 3. *par.* 4. Flores de Mena *d. cap.* 12. *num.* 8. Ciarlin. *d. cap.* 125. *num.* 17. Sed certè Barbos. tanquam vir doctus non est huius opinionis, ipse enim contrarium censuit tum in tractatu *de Episcop. allegat.* 81. *num.* 3. & ad Concilium *dicto cap.* 20. *num.* 4. & in tractatu *iuris vniuersi cap.* 11. *num.* 119. *lib.* 1. & benè disputato articulo se declarat in praxi *exigendi pens. par.* 1. *quæst.* 6. *num.* 2. 8. *&* 9.

Remanet ergo solus Salgadus in suo ceruicali errore, dùm enim nimium Regiam, & secularem potestatem augere, Ecclesiasticamque comminuere ausus est, nec se virum doctum, nec se pium osten-
11 dit. Non enim licet Imperatori, vel cuipiam pietatem custodienti, quicquam quod Apostolicis regulis obuiet, agere *cap. Non licet distinct.* 10. quæ verba sunt Symmaci Papæ *in* 6. *Synod. Roman.*

12 Amplia primò, tanto magis, si Actor agat vigore obligationis Cameralis, tunc enim creditor potest pro suo arbitrio esse inconstans, nam vna via electa potest aliam aggredi, & rursùs redire ad semel dimissam, Paris. *cons.* 103. *num.* 3. *vol.* 3. Surd. *d. decis.* 44. *nu.* 17 *&* 18. vbi quod licet hęc ampliatio aliquibus dura possit videri.
13 Parisius enim nihil allegat, nihilominus confirmatur ex eo, quod vbi instrumentum est Camerale, non attenditur ordo, sed fit præposteratio de causa ad causam, & vnius causæ ad seipsam, Soccin. *cons.* 24. *num.* 48. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 439. *nu.* 24. Surd. *citat. decis.* 44. *num.* 18. Ridolphin. *dicto cap.* 1. *num.* 127. & hanc opinionem tenuit Rota, vt per Seraphin. *decis.* 1107. & per *decis.* 161. *num.* 4. *par.* 6. *recent. & decis.* 163. *num.* 5. post Zacch. *de oblig. Camer. secundùm modernam impressionem, & decis.* 197. *num.* 4. *&* 198. *num.* 2. *in eodem tract.*

14 Amplia secundò, etiamsi in vna re facta sit executio, Iason. *in l.* 1. *num.* 23. *ff. si quis iusdicen. non obtemp.* Bald. *in l. qui legati, in princip. C. vt in poss. legat.* Alex. ad Bartol. *in l. nemo carcerem nu.* 16. *C. de exact. tribut.* bellè hos referens Gratian. *discept.* 593. *num.* 9. Rota *in dicta decis.* 163. *num.* 3. 4. *&* 5. *post dict. tract. Zacch.* Scacc. *de appellat. dicta quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 45. *vers. Etsi iam vno modo &c.*

15 Licet enim capto vno pignore in causa iudicati non liceat creditori illo dimisso ad aliud se conuertere, *l. à Diuo Pio*, §. *in venditione, &* §. *si pignora, ff. de re iudic.* Cassan. *ad consuet. Burgund. rub.* 5. §. 2. *n.* 21. Sola *ad decret. Sabaud. lib.* 3. *tit.* 37. *glos.* 3. *nu.* 23. Gilian. *ad Statut. Perus. in verb. executio n.* 11. cum alijs per Posth. *de subhast. inspect.* 27. *num.* 1. de qua quæstione videbimus *infra.*
16 In executiuis tamen licitum est variare, & facere plures executiones reales, Gilian. & Posth. *loco citato*, Antonell. *consil.* 89. Rota *decis.* 125. *num.* 7. *post eundem Gilian.*

17 Et propterea infertur, quod si debitor captus sit pro debito, & adhuc non soluat, potest creditor petere, se immitti in pos-
18 sessionem bonorum, & è contra, si fuerit immissus in possessionem bonorum, potest instare pro captura, vt resoluit Rot. *in dicta decis.* 163. *num.* 3. *& in dicta Romana Pecuniaria de Rusputis penès Marches. par.* 1. *fol.* 1217. *in Romana Pecuniaria penès eundem Marches. par.* 1. *fol.* 874. latè Posth. *d. tract. de subhast. inspect.* 27. *num.* 19. *&* 20. *& in dicta decis.* 161. *par.* 6. *recent.* vbi fuit resolutum
19 post intentatam Saluiani actionem, & obtentum in eo iudicio posse creditorem petere mandatum executiuum contra
20 bona hæreditaria debitoris; vel relicto principali variare ad fideiussorem, Surd. *dicto cons.* 542. *num.* 13. sicuti, si creditor
21 pro sua securitate pignus habeat, potest tamen inconstans super aliis bonis executionem facere, *l.* 4. §. *ex consentione*, vbi Castren. *num.* 32. *ff. de re iudic.* Rota *in dicta Romana Pecuniaria penès Marches. d. par.* 2. *fol.* 874. & post Mangil. *de subhast. decis.* 1. *num.* 2. Posth. *loco cit. num.* 29. vbi quod si
22 creditor habeat pignus, & fideiussorem, si inconstans restituat pignus debitori, vt illud vendere possit, sibi non præiudicat, quin ipsum fideiussorem conuenire valeat Mangil. *de subhast. quæst.* 62. *num.* 11. *&* 12.
23 nisi obligatio fideiussoris sit restricta ad id, quod minus ex pignore redigatur, Mangil. *dicta quæst.* 62. *num.* 13. Posth. *loco cit.*
24 *num.* 31. Pariter licèt creditor habeat bona sequestrata, adhuc tamen, quod sibi debetur, petere potest, & ad executionem
25 procedere, quia per sequestrum non dicitur sequestrator de credito satisfactus,

Afin. *de execut.* §.7. *cap.*268. *num.*10. Rota *dicta decis.*122. *num.*18. *par.*6. *recent.* Posth. *vbi supra num.*32.

26 Amplia tertiò, multò magis, si Actor renunciauerit viæ primo loco intentatæ, Alb. *cons.*9. *num.*27. Berou. *cons.*38.*num.*16. *vol.*3. Rota Bononien. *d.decis.*107. *num.*22. *&* 36.

27 Limita tamen primò dict. conclusionem vt non habeat locum inconstantia, quando per priorem viam electam est creditori plenè satisfactum, Cenc. *de cens. q.*95.*n.*33. *secundùm modernam impress.* Rota Bonon. *dicta decis.* 107. *num.* 36. *vers. Vel quia ex illo remedio intentato,* Rota Romana *d. dec.*163. *nu.*4. *post dictum tract. Zacch.* idem Zacch. *dicto tract. quæst.*11. *nu.*10. Rota *d.decis.*161. *num.*24. *par.*6. *recent.*

28 Tunc autem dicitur plenè satisfactum creditori, quando est consumpta execucio, mediante adiudicatione bonorum, traditione, & liberatione, Rota *d.dec.*163. *nu.* 4. & propterea Rota *in dicta decis.*161.

29 dixit, non censeri plenè satisfactum creditori per immissionem vigore Saluiani in tenutam bonorum debitoris, quia debet satisfieri de fructibus quolibet anno percipiendis, & ideo licitam fuisse variationem.

Cauendum est ergo à decisione Consilij Neapolitani, de qua per Capic. *decis.* 33. & Senatus Pedemontani, de qua per Gaspar. Anton. Thesaur. *quæstionum forens. lib.*1. *quæst.* 7. & Senatus Gratianopolit. de qua per Guidopap. *decis.* 348. volentium

30 non admitti inconstantiam, & variationem in creditore, qui capto pignore ad illius subhastationem, & deliberationem processit, quasi res desinat esse integra, vt dicit idem Gaspar Anton. *loco cit. num.* 6. *vers. Cum iste casus,* quem sequitur Costa *de re integra distinct.*56. *num.* 2. & melius *de ratione ratæ quæst.* 228. *num.* 1. *&* 2. quia vt plenè dicatur satisfactum creditori, itaut cesset in eo inconstantia, non solùm requiritur subhastatio, & deliberatio, sed traditio bonorum, & liberatio debitoris, vt latè Rota Bononien. *d.decis.*107.*num.*24. 28. *&* 38. & melius Rota Romana *dicta decis.*163. *num.*4. *post Zacch. de oblig. Camer.*

31 Non enim dicitur pignus addictum per solam deliberationem, & adiudicationem nisi sequatur possessionis traditio, optimè Giurb. *decis.* 64. *à num.* 5. *per tot.* Posth. *de subhast. inspect.*13. *num.*56.

32 Secundò. limitatur conclusio, vt cesset inconstantia si reus non sit contumax, tunc enim in executiuis licita videtur variatio, quando reus est contumax, secus si comparuit, vt voluit Alexan. ad Bartol. *in dicta l.consentaneum, C.quomodo, &, quando Iudex,* Rota Bononien. *d. decis.*107. *nu.*30. & Rota Roman. *decis.*56. *post tract. Zacch. de oblig.Camer. num.*10. & innuit Rota *dicta decis.*161. *num.* 4.

Sed contrariam sententiam tenet Rota Bononien. *dicta decis.*107. *num.*36. cui opinioni libentèr adhæreo, quando sumus in pluribus actionibus, seu vijs executiuis, nam auctoritates in contrarium *allegatæ* procedunt, quando intentatum est iudicium ordinarium ab actore, qui demùm inconstans, vult executiuè agere, tunc, si reus sit contumax, illi permittitur inconstantia, secus si comparuit, & litem est contestatus, at, quando agitur de remedijs executiuis, non est facienda differentia inter reum contumacem, & comparentem.

33 Tertiò limita, vt non liceat inconstantia quando vno, & eodem tempore vellet plures executiones creditor facere, nam debet ad eas ordine successiuo deuenire, Marches. *de commiss.par.*3.*de commiss.ad cess. bonor.*§.1. *num.*33. Posthius *dicta inspect.*27. *num.*24. Gabr. *dicta conclus.* 4. *num.*12.

34 Limita quartò, vt cesset inconstantia quando in executionibus, siue variatione actionis reperiretur repugnantia, & contrarietas, ne detur inconstantiæ inconstantia, Bursatt. *cons.* 428. *num.* 33. *ad fin.* Costa *de remed. subsid. remed.*25.*num.*9.

QVÆSTIO XV.

ARGVMENTVM.

An qui intentauit iudicium Ordinarium possit inconstans conuolare ad executiuum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarium iudicium intentans an, & quando possit inconstans eo relicto ad executiuum migrare, & num.*8. *&* 14.

2 *Petitorium intentatum an, & quando liceat suspendere, & ad possessorium transire, & num.* 17.

3 *Remedijs pluribus competentibus vno intentato, an, & quando censeatur alteri renunciatum, & num.*18.

4 *Electio vnius viæ, quando non tollat alteram.*

5 *Renunciatio est stricti iuris, & non comprehendit, quæ in ea non exprimuntur.*
6 *Renunciatio iuris sui in dubio non præsumitur.*
7 *Viæ executiuæ tacita renunciatio an suffragatur, & num. 21.*
9 *Via quam elegisti tibi pateat.*
10 *Actoris in potestate esse non debet iudicium semel captum eludere.*
11 *Iudicium solemniter inchoatum per sententiam solemniter est finiendum.*
12 *Testator habens facultatem conficiendi testamentum nuncupatiuum, si in scriptis inualidè testetur, non substinetur testamentum tanquam nuncupatiuum.*
13 *Eligens vnum ex pluribus remedijs sibi competentibus, non habet recursum ad aliud.*
15 *Fructum quis non debet consequi ex eo, quod nixus est impugnare.*
16 *Litem quis non præsumitur instituisse aduersus eum, cum quo inaniter agit.*
19 *Via ordinaria est contraria viæ executiuæ.*
20 *Electio actionis ordinariæ importat quasi nouationem inter debitorem, & creditorem.*
22 *Actor præuentus à reo in iudicio ordinario illique consentiens, non potest amplius conuolare ad viam executiuam.*
23 *Nullitas instrumenti, vel contractus intentata à reo non impedit actori quin possit illius executionem petere.*
24 *Actor intentans nullitatem, vel rescissionem contractus, an possit inconstans hoc iudicio pendente petere illius executionem.*
25 *Pendente lite ordinaria super contrauentione instrumenti, potest exequutiuè agi pro illius obseruantia.*
26 *Obseruantiam instrumenti petens videtur renunciare iudicio intentato super illius nullitate.*
27 *Reo præueniente super nullitate, vel rescissione contractus, an liceat actori agere executiuè.*
28 *Actor post intentatum iudicium Ordinarium lite adhuc non contestata potest ad executiuum reuertere.*
29 *Actor intentans actionem ordinariam, & protestans, quod per illam non intendit sibi præiudicare, vel renunciare viæ executiuæ, conuolare potest ad iudicium executiuum.*
30 *Reo contumace in iudicio ordinario potest actor transire ad iudicium executiuum.*
31 *Quid si contumacia proueniat ex parte Iudicis.*
32 *Actor renuncians iudicio ordinario per ipsum intentato, & reficiens expensas reo, potest conuolare ad iudicium executiuum.*
33 *Actor, qui per iudicium ordinarium intentatum non potest integrè consequi suum creditum, licita est variatio ad viam executiuam.*
34 *Humanitas iustæ pœnitudinis nemini est auferenda.*
35 *Via ordinaria præambula ad executiuam intentata sine vlla protestatione, non præiudicat regressum ad viam executiuam.*
36 *Petens declarari aliquem esse hæredem, vel impletam esse conditionem instrumenti, vt contra eum, vel ex eo agere possit sine vlla protestatione, non sibi præiudicat quo ad viam executiuam.*
37 *Liquidatio instrumenti quomodo peti debeat.*
38 *Appellatio datur ab interlocutoria super liquidatione instrumenti.*
39 *Creditor coactus à Iudice ad agendum via ordinaria, & illi non expressè consentiens potest conuolare ad viam executiuam.*
40 *Iudicem incipere iudicium actore non consentiente difficilè est.*
41 *Creditor agens hypothecaria contra tertium possessorum, non prohibetur agere executiuè contra personam debitoris.*
42 *Creditor eligens viam obstagij, & petens fideiussores de iudicio sisti potest, mutato consilio petere executionem in bonis debitoris.*
43 *Pactum quod creditori liceat variare de vna via ad aliam, operatur quod creditor intentans viam ordinarium possit variare ad viam executiuam.*
44 *Clausula* quod creditor de vna via ad aliam variare possit, *hodiè de stylo Notariorum apponitur in instrumentis.*
45 *Obligatio Cameralis continet clausulam* quod creditor possit variare de vna via ad aliam.
46 *Via ordinaria intentata non impedit iudicium executiuum ex diuersa causa.*
47 *Fructus census maturati post intentatum iudicium ordinarium peti possunt executiuè.*
48 *Obligationis Cameralis notitia superueniens post intentatum iudicium ordinarium operatur, quod liceat transitus ad viam executiuam.*

1 IN hac quæstione non conueniunt inter se Doctores, nam licitam esse inconstantiam posse in Actorem à via ordinaria ad executiuam transire, tenet Rebuff. *ad Constit. Gallic. de litter. oblig. art. 2. Gloss. 1. nu. 21.* secutus Romanum *cons. 133.* qui tamen contrarium tenet, vt videre est, & notat Coler. *de process. execut. par. 3. cap. 5. num. 41. & art. 6. Gloss. 5.* Suarez de Paz *in praxi 4. par. primi tomi cap. 2. num. 2.* latè Azeued. *lib. 4. tit. 21. leg. 1. num. 150.* Felician. *de censib. lib. 3. cap. 2. num. 9.* Magon. *decis. Lucen. 52. num. 22.* Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. limit. 30. num. 6. & seqq.* vbi dicit, articulum non esse expeditum, & Rotam secundum casuum contingentiam variasse.

2 Confirmant hanc opinionem, primò,

quia ficuti licet petitorium prius intentatum fufpendere, & ad poffefforium deuenire, Clem. *vnic. de cauf. poffefs. & propriet.* Caputaq. *decif.* 323. *par.* 2. Rota *decif.*80. *num.*6. *poft tract.* Viuiani *de iurepatr. & paffim, vt decif.*15. *num.* 3. *poft tract.* Statil. *de Saluian.* Greg.XV. *decif.*307. *nu.* 19. Sic quoque ifto cafu licebit ad viam executiuam accedere, relicta via ordinaria, Azeued. *loco cit.num.*150. Coler.*de procefs. execut. par.*3. *cap.*5. *num.*41. *verf. Quamuis,* Gutier. *pract. quæftionum, quæft.*39. *num.*1. *lib.* 3.

3 Secundò, quia per electionem vnius remedij ex pluribus non intelligitur renunciatum alijs, Bald. *in l. fin. num.*7. *C.de edict. Diu. Adr. toll.* Dec. *conf.*460. *num.* 7. Coler. *loco cit. num.*44.

4 Tertiò, quia via ordinaria, & via executiua funt diuerfæ, & non contrariæ, cum tendant ad eundem finem, & donec fit fatisfactum creditori, eligere poteft viam, per quam magis fibi fit confultum, ideò per electionem vnius altera non tollitur iuxta ea, quæ tradunt Alex. Iaf.Rip. *in l. naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acquir. poffefs. l. cum quæritur, ff. de except.rei iudic.* Dec. *d. conf.* 460. *num.* 6. Suarez de Paz *in praxi* 4. *par. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *verf. Nihilominus tamen oppofitum,* Guttierez *loco cit. num.*2.

5 Quia renunciatio eft ftricti iuris, & in ea non veniunt, nifi quæ exprimuntur, Calder. *conf.* 5. *tit. de præbend.* & in dubio

6 non præfumitur quis iuri fuo renunciare, *cap. fuper eo de renunc.* Baldus *in l.* 1. *not.* 1. *C.de edict.Diu.Adr.toll.* Dec.*d.conf.*460.*nu.*6.

7 Sed, qui intentauit viam ordinariam,non videtur exprefsè confentire viç ordinariç, & renunciare executiuæ, fed folummodo tacitè, quod non fufficit, vt in fpecie ratiocinatur idem Suarez de Paz. *d. cap.*3. *num.*3. *verf. Et hæc opinio probatur ex eo, &c.*

8 Contrariam opinionem, nempè illicitam effe inconftantiam in eo, qui intentauit viam ordinariam, vt non poffit ad viam executiuam conuolare, *Clem. fepè de verb. fignif.* Roman. *conf.*133. Iaf. *in l.* 2. *ff. à quib. appell. non lic. num.* 4. Maranta *in fpecul. par.*6. *in* 8. *fect. num.* 14. *& difput.* 6. *nu.*24. Lancell.*de atteut.par.*2. *limit.*3.*cap.*4. *num.*80. Borgnin. qui plures *decif.*1. *nu.*16. *par.* 1. Burgof. de Paz.*conf.*19. *num.*7. Valafc *confal.*88. *num.*9. Guttier.*pract.quæftionum,lib.*3.*quæft.*39. Monter.*decif. Aragon.*22. Maftrill. *decif.*157. *num.* 1. qui alios Ruginell. *de appell. §.* 2. *cap.* 3. *verb. Cameralis obligatio,nu.*163. Scac. *de appell. lib.*3.*cap.*2. *quæft.* 17. *limit.* 9. *nu.* 45. Marchef. *de commifs. appell. à Camer. oblig. cap.*16. *num.* 20. *verf. Neque denegatur,*Gonzal.*reg.*8.*Glofs.*6. *num.*192. Marefcott. *var. lib.*1. *cap.*38. *n.*4. Nouar. *de dat. in folut. fect.*2.*quæft.*9. *num.*6. Caftren. *conf.* 78. *vol.*1. Dec. *conf.*146. *n.*6. Capyc. *decif.* 119. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. par.* 5. §. 11. *num.* 20. alios Giurb. *decif.* 55. *num.* 18. Cenc. *de cenfib. quæft.*95. *num.*28. vbi ita tenendum cenfet reprobato Feliciano *loco ex aduerfo citato,* Gallef. *de oblig. Camer. quæft.*11. & ibi Zacch. *nu.* 12. & hanc opinionem tenuit Rota Romana, vt per Cæfar. de Grafs. *decif.* 2. *num.* 2. *de fent. excomm. & decif.*227. *num.*7.*par.*3.*lib.*2. *diuerf. &* 551. *nu.*5. *lib.*3. *par.*2. *& decif.* 68. *num.*1. *&* 132. *num.*4. 163. *num.* 2. *&* 200. *num.* 1. poft tract. Zacchiæ *de oblig. Camer. fecund. nou. imprefs.* & Buratt. *decif.*208. & ibi Addent. *num.* 9. Maufon. *de cauf. executiu. ampliat.*19. *num.*7. Rota *decif.*67. *n.*5. *par.*9. *tom.*1. *recent. & decif.*153. *par.*11. *recent. num.*2. latè Carleual.*de iudicijs,tom.*2. *difp.*14. *num.*2.

Probant primò, quia, qui femel affumpfit ordinarij iudicij telam, cogitur in ea perfeuerare donec determinetur caufa, Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *in fin. C. de execut. rei iudic. per Authen. qui femel, C. Quomod. & quand. Iudex,* de quo diximus *fupra,* habet

9 fiquidem locum illud vulgatum, viam, quam elegifti, tibi pateat, *l. fi mulier,* 21. *§. fin. ff. quod met. cauf. cap. Exhibita, in fin.* vbi etiam Abb. *extr. de iudic.*

10 Secundò, quia non debet effe in poteftate Actoris, iudicium femel cæptum eludere argum. *l.fi quis rem, & l. ne in poteftate, ff. de arbitr. l. fi quis id, quod §.* 1 *de iurifd. omn. Iudic. l. fi Prætor,* 75. *de iudic.* Rota *dicta decif.* 153. *par.*11. *recent. num.*4.

11 Tertiò, quia iudicium, quod folemniter inchoamus, idem etiam folemniter per fententiam eft finiendum, Glofs. *fingul. in l. proinde, §. Interdum, verb. æftimari, in fin. ff. ad l. Aquil.* & ita per illam Glofs. tenet Francifc.Curt.*in addit.ad Alex. l. vinum,* 22. *ff. fi cert. pet.* Guttierez *dicta quæft.*39. *num.*2.

12 Ad quod facit illud Bartoli de Teftante, qui poterat teftari fine folemnitate, faciendo teftamentum nuncupatiuum, fi eligat viam in fcriptis teftandi, & non valet, quod actum eft in vim teftamenti folemnis, non valebit etiam in vim teftamenti nunaupatiui, vt *in l. fin. nu.*3. *ff. de iur. codicill.* cum hoc cafu locum fibi vendicet regula; *Quod potui, nolui, quod volui adimplere nequiui, l. multum, C. Si quis alteri,vel fibi,*Coler.*dicto cap.*5. *par.*3. *n.*39.

13 Quartò, quia, cui plura remedia competunt, ei vnum eligenti, non datur recurfus ad aliud, *l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tribut. act. l.cum filius,* 76. *§. Varijs de legat.* 2. *l. item ex his,* 43. *§. Quoties, de reg. iur.* Coler. *loco cit. num.*40.

14 Ad concordiam putant nonnulli pofse hafce opiniones reduci, vt prima procecat, quando Reus in iudicio ordinario non

non contradicit creditori, sed offert se potius soluere id, quod realiter apparebit deberi.

Secunda verò, quando Reus in proposita via ordinaria contradixit, & petijt absolui, & excludi Actorem, tunc enim nimirum si non possit opponere de penden-
15 tia litis ordinariè intentatæ, dum ad executionem creditor redit ex iuris regula, quæ se habet, quod non debet quis fructum consequi ex eo, quod nixus est impugnare, sic in terminis distinguit Osasc. *decis.* 54. *nu. fin. limit.* 1. Azeued. *dict. lib.* 4. *tit.* 21. *leg.* 1. *n.* 152. *vers. Inter has tamen, &c.* qui dicit hoc casu nec esse reficiendas expensas Reo per Actorem inconstantem, quia tunc ei licet variare, & *nu.* 153. subiungit, hanc concordiam colligere ex Gloss. *in d. Clem. Sæpè in verb. partibus, de verb. signif.* & ex dictis per Roman. *dicto cons.* 133. addo Ego Borgninum *d. decis.* 1. *num.* 16. *vers. Secus lite non contestata, & impugnata per Reum*, Mastrill. *dicta decis.* 157. *num.* 2. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 4.

Non est recedendum ab hac secunda opinione, quam, vt vides, communiori calculo recipiunt Doctores, & præsertim Rota Romana *in citat. Decisionibus*.

Non obstant in contrarium allegata; & primò, quod à petitorio possit transiri ad
16 possessorium, quia hoc est speciale fauore videlicet personarum spoliatarum, & in odium spoliantium, Rota *decis.* 8. *innou. de caus. possess. & propriet.* Coler. in terminis, *d. cap.* 5. *num.* 41. *vers. Sed illud etiam*, Guttierez *d. cap.* 39. *num.* 26. qui cum Couar. & Menoch. putat hoc procedere, quando spoliatio contigit post litem contestatam, secus si ante litem contestatam, de quo videbimus *infra*.

Secundò non obstat, quod per electionem vnius remedij, si plura competunt,
17 non censeatur alteri renunciatum; quia regula procedit, vbi per electionem primi remedij non potest Creditor satisfactionem consequi, secus vbi per primum remedium potest consuli Creditori *d. leg. quod in hæredem*, §. *Eligere, ff. de tribut. act.* Coler. *d. cap.* 5. *nu.* 45. & latius *par.* 1. *cap.* 8. *num.* 48. Atque in dubio non præsumitur, quod Actor per ordinariam actionem non sit consecuturus suum, si modo in lite perseuerauerit vsq ad finem ex *Auth. qui semel, C. Quomodo, & quando Iudex*, ex quo enim nemo intelligitur instituisse
18 litem aduersus eum, cum quo inaniter agit, *l. nam is nullam, ff. de dol. iuncta l. cum de indebito* 25. *de probat.* ideo cum dici non possit, quod per actionem ordinariam ius suum consequi non possit, necessariò dici debet, quod inconstantia hac vti possii ad creditum consequendum, Coler. *loco cit. cap.* 5. *par.* 3. *num.* 45.

Tertiò non obstat, quod non simus in actionibus, seu vijs contrarijs, ideo vna
19 electa non censetur alteri renunciatum; Quia, vltra quod has vias appellat contrarias, Gallesi. *de oblig. Camer. dicta quæst.* 11. *num.* 4. tunc procedit Regula, quando non est ius quæsitum Reo, vt possit compellere Actorem ad persistendum in ea actione, quam prius intentauit, vt euenit in casu nostro, Gallesi. *loco supra citato num.* 4. Cæsar. de Grass. *d. decis.* 2. *num.* 4. Giurb. *d. decis.* 55. *num.* 18. Rota *d. decis.* 161. *nu.* 9.
20 ibi *propter ius parti quæsitum par.* 6. *recen.* & quasi fuerit nouatum in eligendo actionem ordinariam, Guttier. *d. quæst.* 39. *n.* 25. qui licet non approbet differentiam inter actionem, & viam iudicij dicens iure non probari, quod in actione detur inconstantia, secus in via: hanc tamen distinctionem affert, & sequitur Marescott. *dicto cap.* 38. *num.* 4. *lib.* 1.

Quartò non obstat, quod per actionem ordinariam intentatam non videatur re-
21 nunciatum viæ executiuæ, quod non sufficit, quia imò isto casu sufficit ille tacitus consensus, qui elicitur ex illo actu positiuo intentatæ actionis ordinariæ, vt benè in proposito ratiocinatur, Mastrill. *dicta decis.* 157. *num.* 35. vbi distinguit inter consensum Iudicis, & consensum Partis, vt illius expressus requiratur, huius verò tacitus sufficiat.

Deniq; non obstat, quod Rota in articulo isto uariauerit secundum circumstantias casuum teste Lancellott. *de attent. vbi supra*. Quia contrarium verius est, vt patet ex *decis.* 68. *num.* 2. *registr. post Zacch. de de oblig. Camer.* vbi declarat *decis. Oradini allegat. à Lancell.* & ostendit non esse contrariam nostræ conclusioni.

Hisce ergo probatis, remanet firma conclusio illicitam esse variationem, &
22 inconstantiam à via ordinaria ad executiuam, quam amplia non solum quando Actor ipse proposuit, & intentauit viam ordinariam, sed, quando à Reo præuentus via ordinaria illi consentit, & adhæret, vt bene decidit Mastrill. *dicta decis.* 157. *à nu.* 4. *vsque in finem*, vbi latè probat hanc conclusionem.

Quamuis regulare sit, quod iudicium à Reo per præuentionem intentatum con-
23 tra Actorem, qui habet instrumentum executiuum super nullitate instrumenti, vel contractus, non impediat, quin possit Actor executionem petere instrumenti prædicti, Innoc. *in cap. cum in iure peritus, de offic. deleg.* Angel. *in l.* 4. §. *Condemnatum, ff. de re iudic.* cum aliis per Giurb. *decis.* 100. *num.* 3. Gratian. *discept.* 667. *n.* 17. *in fine*, Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 7. *Glossa* 2. *par.* 5. *nu.* 5. Zacch. ad Gallesi. *qu.* 3. *numero* 34. Mastrill. *decisione* 140. *num.* 22.

Azeued. *dict. l.* 1. *titulo* 21. *num.* 143.

Sicuti è contrario Actore petente, & intentante nullitatem contractus, aut il-
24 lius rescisionem, poterit inconstans, iudicio nullitatis pendente executionem instrumenti petere, Rebuff. *ad Reg. Constit. tit. de rescis. contract. tit.* 1. *Glos.* 4. *num.* 7. *& tit. de sent. prouis. ad præfat. nu.* 132. Borgnin. *decis.* 19. *nu.* 58. *par.* 3. Surd. *cons.* 183. *num.* 94. Guttier. *de iuram. confirmat. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 9. Franc. *decis.* 373. *per totam*, cum alijs per Giurb. *d. decis.* 100. *num.* 11.

25 Et hoc est, quod dixit Rota *in Romana obseruationis concordiæ, 23. Iunij* 1561. *coram Oradino*, quod scilicet lite ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti, non prohibeatur executiuè agere ad illius obseruantiam, quam refert Lancell. *de attent. d.* 2. *par. cap.* 4. *limit.* 30. *num.* 13. vel ratione supradicta, vel secundum Rot. *in d. decis.* 68. *post Zacch. de oblig.*
26 *Camer.* quia agendo postea ad obseruantiam concordiæ videtur priori iudicio renunciare.

27 Quamuis quod Reo præueniente super nullitate, & iniustitia contractus, non liceat Actori executiuè agere, tenet multis relatis, Cenc. *de censib. quæst.* 82. *aliàs qu.* 4. *par.* 2. *cap.* 2. *art.* 1. *num.* 6. cui videtur adhærere Zacch. *d. quæst.* 3. *num.* 36. *vers. Verum, enim verò in hoc articulo*, post Cost. *de remed subsid.* 50 *nu.* 3. Cartar. *decis. Genuen.* 20. *per totum*.

28 Primò ergo dic, licere Actori ad viam executiuam conuolare post intentatum iudicium ordinarium si nondum per Reũ lis fuerit contestata, tunc enim posset Actor ad viam executiuam reuerti, vtpote re integra ad tradita per Doctores *in l. edita, C. de eden.* de qua re *inferius* Guttier. *dicta quæst.* 39. *num.* 6.

29 Secundò limit. conclus. quando Actor protestatus est, quod per actionem ordinariam non intendit renunciare viæ executiuæ aut sibi præiudicare, Alex. *cons.* 130. *num.* 12. *vol.* 4. Molin. *de primog. in addit. ad fin. operis ad cap.* 13. *num.* 31. *lib.* 3. Burgos. de Paz. *cons.* 39. *num.* 24. Azeued. *dicta l.* 1. *tit.* 2. *num.* 145. Guttier. *d. quæst.* 39. *num.* 6. Giurb. *d. decis.* 100. *num.* 53. Nouar. *de dat. in solut. sect.* 2. *quæst.* 9. *num.* 6. Cenc. *de censib. quæst.* 95. *num.* 30. Menoch. *de adipisc. remed.* 6. *num.* 11. Zacch. *d. quæst.* 11. *num.* 22.

30 Tertiò limita, nisi reus in iudicio ordinario fuisset contumax; Quia Actori tunc licita est inconstantia, & variatio de via ordinaria ad executiuam, Io: de Plat. *in l. nemo, vers.* 3. *colligo, C. de exact. tribut. lib.* 10. Galles. *d. quæst.* 11. *num.* 7. Scacc. *de appellat. d. quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 47. Marches. *de commiss. appellat. d. cap.* 16. *nu.* 28. Marescott. *var. d. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 6. *&* 7. Cenc. *de censib. dicta quæst.* 95. *num.* 29. Gratian. *discept.* 593. *num.* 7. Azeued. *loco citato num.* 147. Giurb. *loco cit. num.* 8. Coler. *dicto cap.* 3. *num.* 47. *&* 48. Zacch. *loco cit. num.* 18. Cæsar de Grass. *d. decis.* 2. *num.* 3. Rota *in decis.* 56. *num.* 10. *post tract. eiusdem* Zacch. *de oblig. Camer.*

31 Quod habet locum, etiamsi contumacia proueniat ex parte Iudicis, nolentis prouidere secundum Felyn. *in cap. ex tenore, num.* 5. *de rescript.* Guttier. *loco cit. n.* 9. *in fine*, Azeued. *loco cit. num.* 147. *in fine.*

32 Quartò limita, quando Actor expressè renunciat iudicio ordinario intentato, & reo reficit expensas, nam tunc potest conuolare ad viam executiuam, Guttier. *dicta quæst.* 39. *num.* 7. Rebuff. *ad Constit. Gallic. to.* 1. *de litter. obligat. artic.* 6. *glos.* 3. *num.* 7. Suarez de Paz. *in prax.* 4. *par. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Coler. *de process. execut. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 42. Cancer. *var. resolut. cap.* 17. *num.* 47. *de appellat.* Scacc. *eodem tract. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 46. Zacch. *d. quæst.* 11. *num.* 19. Ceuall. *comm. contr. comm. quæst.* 815. *num.* 22. Rota *in decis.* 200. *num.* 12. *post tract. Zacch. de obligat. Camer. secundùm modernam impress.* Addent. *ad decis. Buratt.* 208. *nu.* 10. qui tamen non faciunt mentionem de refectione expensarum.

33 Quintò, licita est inconstantia Actori, quando per viam ordinariam non esset sibi plenè consultum, quia eo iudicio non potest consequi integrè suum creditum, nam tunc potest variare ad viam executiuam, Coler. *dicto tract. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 47. *vsque ad* 56. *& par.* 3. *cap.* 5. *num.* 45. Gratian. *discept.* 118. *nu.* 53. Giurb. *decis.* 55. *num.* 12. Cenc. *dicta quæst.* 95. *num.* 30. *vers.* 3.
34 humanitas enim iustæ pœnitudinis, vt dicit Coler. nemini est auferenda, Rota *decis.* 8. *num.* 2. *in nou. de caus. possess. & propriet. cap. si quis libellus* 2. *quæst.* 5. *cap. cum cessante, & cap. interposita, de appell.* Coler. *dicto cap.* 8. *num.* 47.

35 Sextò limita, nisi iudicium, vel via ordinaria sit præambula ad executiuam, vt quia executio esset petenda contra hæredem, vel contractus esset conditionalis
36 petendo declarari hæredem, vel implementũ conditionis, tunc enim liquidatione facta potest exequi instrumentum non obstante, quod non fuerit facta per Acto-
37 rem protestatio de sibi in via non præiudicando, Azeued. *dict. l.* 1. *tit.* 21. *num.* 146. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 12. *& seqq.* vbi
38 tamen dat cautelam Aduocatis ne instent interloqui super liquidatione, quia datur appellatio, sed petant executionem Instrumenti, etiam non liquidi, & petant fieri liquidationem sine præiudicio viæ executiuæ.

39 Septimò dic, licitam esse inconstantiam quoties Iudex ipse compelleret creditorem agere via ordinaria, & creditor ipse

non consensisset expressè, sed potiùs sub protestationis contradictione ageret, vel saltem si non consentiret expressè, nam tunc potest conuolare ad viam executiuam, Gloss. *in dicta Clem. Sæpè. in verb. partibus, de verb. signif.* quam in hoc commendat Paul. Castren. *in l. si conuenerit num. 6. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* Azeued. *locò citato num.* 148. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 10. Roman. *dicto cons.* 133. Quod tamen Gallesi. *dicta quæst.* 11. *num.* 6. dicit esse difficile,
40 quod Iudex incipiat iudicium Actore non consentiente, quod etiam ponderat Caroc. *de sequestr. par.* 3. *quæst.* 17. *num.* 8. Zacch. *dicta quæst.* 11. *num.* 20.

Octauò dic, licitam esse inconstantiam quando Actor agit hypothecaria contra
41 tertium possessorem, quia non prohibetur agere executiuè contra personam debitoris, Bart. *in dicta l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex*, Neguſ. qui alios *de pignor.* 8. *par. num.* 3. *in fin.* Azeued. *loco cit. num.* 149. Guttier. *dicto cap.* 39. *num.* 11. & est Text. *in l. prosecutione, ff. de pignor.* quem ad hoc propositum ponderat Coler. *dicto tract. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 38. vbi latè tenet per
42 plura, quod si creditor eligit viam obstagij, requirendo sibi fideiussores Iudicis officio, vt se sistant certo loco tanquam obsides, nihilominus, quod potest mutare consilium, & petere executionem in bonis debitoris.

43 Dic nonò, licitam esse inconstantiam quando in instrumento esset pactum, quod creditori liceat variare de vna via ad aliam, Vrsill. ad Afflict. *decis.* 320. Cancer. *dicto cap.* 17. *num.* 45. Scacc. *dicto cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 49.
44 Quæ clausula, cum hodie, vel apponatur de stylo Notariorum in instrumentis, vt dicit Coler. *dicto cap.* 8. *num.* 65. *vers. cautela tamen*; vel contineatur in obligatione Camerali, Zacch. *dicta quæst.* 13. *in princ.* Rota *decis.* 163. *nu.* 5. *post eund. tract. & decis.* 198. *num.* 2. *ibid.* difficile erit hodie dari casum, quotiescunque agitur vigore instrumenti, quod non liceat variare.
46 Dic decimò, licitam esse inconstantiam quando agitur ex diuersa causa executiuè, Gabr. *de act. conclus.* 2. *num.* 16. Gregor. XV. *decis.* 270. *num.* 3. Rota *dicta decis.* 200. *nu.* 3. *post tract. Zacch.* Cenc. *de cens. dicta quæst.* 95. *nu.* 30. *vers.* 4. vbi dixit, quod pro terminis
47 census maturatis post intentatum iudicium ordinarium potest agere Actor executiuè, quia est diuersa causa, cum sint diuersa debita, & separatæ obligationes, ex Rota *decis.* 243. *nu.* 2. *post tract. eiusd.*
48 Dic vndecimò, licitam esse inconstantiam, si post intentatum iudicium ordinarium superueniat notitia instrumenti obligatione Camerali vallati, Rota *dicta decis.* 200. *num.* 8. 9. & 10.

QVÆSTIO XVI.

ARGVMENTVM.

An liceat Actori inconstanti transire à via executiua ad ordinariam. Et an Actor, qui intentauit petitorium, possit eo suspenso inconstans transire ad possessorium. E quid è conuerso.

SVMMARIVM.

1 *Actor intentans viam executiuam potest inconstans transire ad viam ordinariam.*
Etiam non refectis expensis.
2 *Actor intentans petitorium potest inconstans transire ad possessorium.*
3 *Tam in iudicio adipiscendæ, quàm reintegrandæ.*
4 *Suspensio petitorij fieri an possit pluries, prout etiam an pluries possit ab ea recedi, & num.* 19.
5 *Signaturæ stylus circa recessum à suspensione petitorij.*
6 *Petitorium suspendi potest in qualibet instantia.*
7 *Petitorium suspendi potest tam in causa beneficiali, quàm in prophana.*
8 *Petitorium quando suspendi possit post factas probationes.*
9 *Probationes in dubio præsumuntur factæ ad probandam possessionem.*
10 *Petitorium suspendi potest quamuis pars super eo cognosci consenserit.*
11 *Commissione obtenta quod Iudex tam in petitorio, quàm in possessorio procedat adhuc semel, & pluries suspendi potest petitorium in eadem instantia.*
12 *Petitorium quando suspendi possit post publicatas attestationes.*
13 *Petitorij suspensio facta ab vna parte operatur suum effectum etiam quoad aliam.*
14 *Petitorij suspensione secuta proceditur in causa cum eisdem terminis ante suspensionem seruatis.*
15 *Suspensio petitorij suspendit auctoritatem Iu-*

65 *Renuncians beneficio spoliatus à tertio an debeat antè omnia restitui.*
66 *Spoliatus qui post passum spolium pepigit cum spoliatore, & promisit se non acturum in possessorio non est ante omnia restituendus.*
67 *Pactum, quod de furto non agatur, & quod illud non restituatur quatenus respicit vtilitatem priuatam valet.*
68 *Spoliatus promittens non molestare possessorem non est ante omnia restituendus.*
69 *Pactum de non molestando intelligitur tam de molestia iuris, quàm facti.*
70 *Spoliatus promittens non mouere controuersiam spoliatori non est ante omnia restituenduc.*
71 *Controuersia idem significat, quod molestia.*
72 *Pactum de non molestando æquiualet pacto de non mouendo controuersiam.*
73 *Pactum de non molestando possessorem non impedit iudicium spolij, vbi agitur de causa publica.*
74 *Causa Ecclesiæ est causa publica.*
75 *Ecclesiæ quando obstet pactum de non molestando possessorem, ne valeat agere in iudicio spolij.*
76 *Spoliatus, qui post passum spolium iurauit se non acturum in possessorio non est ante omnia restituendus.*
77 *Spoliatus, qui ante spolium promisit spoliatori cum iuramento se non acturum in possessorio adhuc ante omnia est restituendus.*
78 *Rei vindicatione intentata, actor inconstans non potest conuolare ad possessorium retinendæ.*
79 *Petitorium intentans dicitur renunciare possessorio, illudque in aduersarium transferre.*
80 *Petitorio intentato Princeps non potest eius rescripto mandare, quod vtrumque nempe petitorium, & possessorium simul cognoscantur.*
81 *Princeps non potest efficere, quod duo contraria insimul esse possint.*
82 *Natura abhorret duorum contrariorum simultatem.*
83 *Possessorium retinendæ simul cum petitorio ex partium consensu ab eodem actore cumulari non potest.*
84 *Quid si habeat annexam causam proprietatis.*
85 *Possessorium retinendæ respectu diuersæ possessionis ab eodem actore potest cum petitorio cumulari.*
86 *Contrarietas inter possessorium, & petitorium considerabilis quando non sit.*
87 *Possessorium retinendæ ratione possessionis quæsitæ pendente iudicio petitorio potest ab eodem actore cum petitorio cumulari.*
88 *Concursus petitorij cum possessorio admittitur ratione diuersitatis temporis.*
89 *Actor, qui intentauit petitorium ignorans se possidere, habita possessionis scientia, potest inconstans eo suspenso ad petitorium conuolare.*
90 *Iudicium petitorium in incorporalibus intentatum, potest omitti ab actore, & ad possessorium retinendæ transferri.*
91 *Contrarietatis, & repugnantiæ vitandæ regula est, quæ impedit cumulationem petitorij cum possessorio.*
92 *Incorporalia vindicantur actione confessoria.*
93 *Confessoria actio, etiam possessori conceditur.*
94 *Actor, qui in incorporalibus iudicium petitorium intentauit, eo facilius conuolare potest ad possessorium quando vult subire onus probationis in vtroque.*
95 *Iudicium petitorium, quod possessorio fomentum afferat, potest cum eo cumulari.*
96 *Iudicia familiæ herciscundæ, & communi diuidundo respiciunt petitorium.*
97 *Et an possint cum interdicto retinendæ cumulari.*
98 *Rescriptum impetrans super petitorio, ad possessorium transire an possit, & numeris seqq.*
99 *Impetraus rescriptum super petitorio videtur asserere se non possidere.*
100 *Commissio petitorij continet commissionem possessorij.*
101 *Petitorium habet in ventre possessorium quamuis non exprimatur.*
102 *Iudex cui commissa est causa in petitorio potest cognoscere etiam de possessorio.*
103 *Clausula* quam, & quas, *comprehendit tam petitorium, quàm possessorium.*
104 *Suspensio petitorij etiam in causa appellationis admittitur, stante clausula* quam, & quas.
105 *Quid ea deficiente.*
106 *Clausula* quam, & quas, *comprehendit omne ius.*
107 *In commissione censetur deductum omne ius.*
108 *Et an vigore illius suspendi possit petitorium.*
109 *Tertio venienti ad causam an obstet suspensio petitorij.*
110 *Quid si deduceret ius separatum.*
111 *Spoliato restitutionem impedire an possit tertius veniens ad causam, ex cuius iure spolians potest sentire commodum, & vtilitatem.*
112 *Tertius veniens ad causam quando possit impedire restitutionem spoliato.*
113 *Tertius veniens ad causam, & deducens ius exclusiuum iuris agentis impedit processum possessorium.*
114 *Secus si non habeat tale ius.*
115 *Ius tertij ad impediendum possessorium debet esse clarum, & deductum ante conclusum in causa.*
116 *Iudicium possessorium est summarium, & petitorium ordinarium.*
117 *Difficile est in practica, quod intentans iudicium possessorium conuolet ad petitorium*

possessorio suspenso, & de ratione.

118 *Possessorium intentatum relinquere, & ad petitorium conuolare, quam pariat vtilitatem.*

119 *In paritate probationum præualet, qui deduxit dominium.*

120 *Possessorium intentans potest illi renunciare, & ad petitorium transire.*

121 *Petitorium intentans relicto possessorio, quod prius introduxerat videtur illi renunciare itaut in eo ferri possit sententia absolutoria ad fauorem partis.*

122 *Suspensio possessorij non datur, sed tantum suspensio petitorij.*

123 *Actor intentans possessorium, an, & quando possit inconstans transire ad petitorium.*

DIC omnino licere Alexan. *cons.* 30. *num.3. vol.3.* Corn. *cons.*18.*num. 3. lib.3.* Borgnin.*dicta decis.*1.*num.*16. *par.* 1. qui dicit, hanc inconstantiam, &
1 variationem dari etiam non refectis expensis, Laurent. Vrsell. *concl.*35. *verb.actio, in addit.num.*23. quamuis Rotæ decisiones, & Auctores ab eo *allegati* nullum verbum de hoc faciant, Lancell. *de attent. d.cap.*4. 2.*par. limit.*20.*num.*5. Castren. *cons.*87.*nu.*3. *lib.* 1. Tusc. *litt.L, concl.*322. *num.*18.

Sed quia dictum fuit *supra* Actorem, qui intentauit petitorium, posse, eo suspenso transire ad possessorium, videndum est ergo, quando hæc in Actore liceat inconstantia? Materia est Text. *in cap. Pastoralis, de caus. possess. & propriet. & l.cum fundum, §. fin. ff.de vi, & vi armat.* Doctor.omnes *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir.possess.* quæ, vt dicit Garz. *de nobilit. gloss.*11.*num.*1. integrum volumen exigere potest; sed nos breuiter illam perstringemus in ordine ad inconstantiam iudicialem.

2 Dic ergò, posse Actorem esse inconstantem, & de petitorio per eum intentato, transire ad possessorium, *dicto cap. Pastoralis de caus. possess. & propriet. dicta l. si fundum, §. fin. ff. de vi, & vi armat.* Lap. *allegat.* 97. Gozad. *cons.* 10. *num.* 22. Caputaq. *decis.*70. *in manuscript. post Pacific. de Salu. decis.* 14. Rota *decis.* 15. *numer.* 2. *& decis.*34. *nu.*4. *par.*2. *diuers.* Pacific.de Salu. *inspect.*1. *cap.*4.*num.*1. Garz. *de nobilit. dicta gloss.*11. *num.*11. Ricc. *in collect.*254. *num.*1. *par.*2. Marescott. *var. lib.*1. *cap.*36. *num.*1. Rota *decis.* 115. *num.* 5. *par.* 1. *& decisione* 420. *num.* 24. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Quæ
3 inconstantia habet locum, siue simus in iudicio adipiscendæ, quam reintegrandæ, vt per *dict. cap.Pastoralis*, vbi Imol. *num.*6. Gozzadin. *dicto cons.* 10. constituerunt pro regula Domini de Rota, vt per *dict. decis. Caputaq.*70. *in manuscript.post Pacific.dec.*14. Marescott. *loco cit.num.*2. Menoch. *adipisc. remed.* 4. *num.* 517. *& reintegr. remed.* 15. *num.* 381. Pacific. *loco cit. num.* 1. qui facit conclusionem in remed. adipisc. Pontan. *de spol. par.*2. *cap.*6. qui loquitur in remed. *reintegr.* Garz. *de nobilit. d. gloss.*11.*à nu.*11.

Secundò, licita est inconstantia non
4 solùm semel, sed bis, & pluries, potest enim fieri suspensio petitorij pluries, & pluries ab ea recedi, Rota *decis.* 8. *de caus. possess. & propriet. in nou.* Anton. de Butr. & Abb. *in dicto cap. Pastoralis*, Peregrin. *decis.*76. *aliàs* 54.*lib.*1. *& decis.*9.*lib.*2. Gozzadin. *dicto cons.*10. *num.* 22. Rota *decis.* 4. *de caus. possess. & propriet. in antiq.* Maresc. *loco cit.nu.*5. Pacific.*loco cit.num.*4. Pontan. *de Spol. dicto cap.*6. *num.* 44. quamuis Abb. *in dicto cap.Pastoralis nu.*21. censuerit, coarctandam inconstantiam de æquitate intra duas vices, ne toties reuocata, & repetita faciem potius vexationis, quam legitimæ litis haberet, quem refert Pontan. *loco cit.*
5 vbi laudat stylum Signaturæ, vt petens per commissionem denuo procedi in petitorio, reiecta suspensione iam per se facta, eam non obtineat, nisi refectis expensis, in quibus reum defatigasset in iudicio possessorio, de quo etiam per Pacif. *loco cit. num.* 5. & quod variatio vltra duas vices non debeat permitti, ne lites futuræ sint immortales, tenet Coler. *ad dict. cap. Pastoralis num.*49. *vers. fallit secundò.*

Tertiò dic, licitam esse inconstantiam non solùm in prima instantia, sed etiam
6 in secunda, & tertia, vt per Doctor. *in Clem.vnica, de caus. possess. & propriet.* Rota *d. decis.*8. *in nou.* Caputaq. *decis.* 323. *par.*2. Marescott. *loco cit. num.*6. Ricc. *d. coll.*254. *vers. Amplia*, Gabr. *de rest. spoliat. concl.* 1. *num.* 120. Capic. *decis.* 28. vbi dicit, hanc suspensionem licitam esse etiam in causa supplicationis, Barbos. *ad Clem. vnic. de caus. possess. & propriet. num.* 2.

7 Dic quartò, licitam esse inconstantiam transeundi à petitorio ad possessorium, siue simus in causa beneficiali, siue in causa profana, Gozzadin. *dicto cons.* 10. Marescott. *loco cit. num.* 7. Garz. *de nobilit. loco cit. num.*3. *vers.Nec te moueat.*

Dic quintò, licitam esse inconstantiam licet appareant factæ probationes concer-
8 nentes petitorium, quia nihilominus non debent præiudicare suspensioni petitorij, si sint factę ad iustificandam possessionem,
9 prout in dubio præsumitur Antonius de Butr. *in cap.* 1. *de sequestr. possess. & fruct.* Gozzadin. *dicto cons.*10. *nu.* 34. Marescott. *loco cit. num.*8.

10 Dic sextò, licitam esse inconstantiam etiamsi pars consenserit, quod super petitorio cognoscatur, Gozzadin. *d. cons.* 10. *num.* 21. Rota *diuers. decis.* 9. *num.* 1. *lib.* 2. *par.*3. Pacific. de Salu.*loco cit.nu.*3. Maresc. *loco cit. num.*10.

11 Dic septimò,licitam esse inconstantiam

etiam quod fuisset commissa causa tam in petitorio, quàm in possessorio, nam poterit Actor non solùm semel, sed etiam pluries in eadem instantia petitorium suspendere, Gozzadin. *dicto consil.* 10. *num.* 34. *vers.* 3. Milis. *in repert. verb. possessorium cum petitorio*, Rota *dicta decis.* 9. *num.* 1. Pacific. *loco cit. num.* 4. Marescott. *loco cit. num.* 10. *vers. Etsi commissio dicat*.

12 Dic octauò, licitam esse inconstantiam etiamsi fuerint super petitorio publicatæ attestationes, & super illis disputatum, dummodo tamen non sit conclusum in causa, Abb. *in dicto cap. Pastoralis num.* 3. Gozzad. *dicto consil.* 10. *num.* 20. Cardinal *in Clement. vnic. num.* 9. *de restit. spoliat.* Put. *decis.* 29. *num.* 3. *lib.* 3. *in correct. & decis.* 331. *lib.* 2. Pacific. *loco cit. num.* 2.

13 Dic nonò, licitam esse inconstantiam respectu partis non petentis; nam suspensione petitorij facta ab vna parte, operatur effectum suum, etiam quoad aliam partem non petentem, Milis. *in repertor. verb. possessorio agere*, Gozzad. *dicto consil.* 10. *num.* 22. Pacific. *loco cit. num.* 12.

14 Et aduerte, quod facta petitorij suspensione proceditur in causa cum eisdem terminis ante suspensionem seruatis, Pontan. *de Spol. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. *vers. Suspensionem autem*, Pacific. *loco cit. num.* 11.

15 Et per suspensionem istam remanet etiam suspensa Iudicis auctoritas respectu petitorij, & omnium ad illud etiam accessoriè spectantium, Soccin. sen. *in l. rem quæ nobis sub num.* 19. *ff. de acquir. possess.* Alexan. *in d. §. Nihil commune nu.* 44. Milis. *loco cit. dicto verb. possessorio simul*, Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num.* 137. Caputaq. *decis.* 322. *num.* 1. *par.* 2. Rot. *decis.* 16. *nu.* 8. *post Pacific.* idem Pacific. *loco cit. nu.* 13. Posth. *de manut. obseruat.* 7. *num.* 22. vbi decis. Rotæ refert.

16 Itaut si feratur sententia super petitorio, & possessorio simul, sententia nulla sit, Caputaq. *decis.* 143. *par.* 3. Card. Mant. *decis.* 328. *num.* 4. Rota *decis.* 35. *nu.* 6. *par.* 2. *diuers.* Cualer. *decis.* 590. *num.* 1.

17 Licet suspensio petitorij in iudicio retinendæ non impediat prosecutionem petitorij intentati ab altera parte, quæ se possidere non prætendit; nec ideo sententiam super petitorio latam nullam reddat, vt alijs *allegatis* respondit Rot. *decis.* 203. *num.* 24. *par.* 10. *recent.*

18 Dic primò, illicitam esse inconstantiam quando ex malignitate, vel calumniosè peteretur suspensio, veluti, quis videns se deficere in petitorio, vellet illud suspendere, & intentare possessorium, *Clem.* Pastoralis, ibi, *nec via fraudibus possit aperiri*, & ibi Abb. *num.* 35. Mohed. *decis.* 198. *alias* 14. *de restitut. spoliat.* Rota *diuers. decis.* 1118. *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. Pont. *de Spol. dicto cap.* 6. *num.* 45. Marescott. *loco cit. num.* 13. Pacific. *loco cit. num.* 19.

19 Quando autem calumniosè petita sit suspensio petitorij, relinquitur arbitrio Iudicis, *d. cap. Pastoralis*, ibi, *nam si Iudex*, Pont. *d. tract. de Spol. cap.* 6. *num.* 48. Pacific. *loco cit. num.* 19. *ad fin.*

20 Et propterea, quando Pars, quæ petit suspensionem, passa est instrui causam super petitorio, Iudex potest arbitrari, calumniosam esse inconstantiam sic petentis suspendi petitorium, vt ex *dicto cap. Pastoralis*, & ex Rota *d. decis.* 1118. resoluit Caualer. *decis.* 590. *num.* 2.

21 Dic secundò, illicitam esse inconstantiam quando esset conclusum in causa, quia tunc non datur suspensio, *dicto cap. Pastoralis*, vbi omnes Gozzad. *dicto consil.* 10. *nu.* 20. & 22. Rota *dicta decis.* 9. *num.* 1. *lib.* 2. *par.* 3. & *decis.* 1117. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* Pontan. *de Spol. dicto cap.* 6. *nu.* 59. Rota *decis.* 8. *num.* 2. *de caus. possess. & propriet. in nou.* Pacific. *loco cit. num.* 20. Marescott. *loco cit. num.* 11.

22 Declara primò, huiusmodi dictum procedere, si conclusum sit in causa in tertia, & vltima instantia, quæ est conclu-
23 sio totius causæ, aliàs secus, Rota *dicta decis.* 8. Gozzadin. *d. consil.* 10. *num.* 21. & 22. Marescott. *loco cit. num.* 11.

24 Declara secundò procedere, nisi Iudici visum fuerit, admitti posse etiam post conclusum in causa, inconstantiam *dicto cap. Pastoralis*, ibi, *nisi Iudex, qui de causa cognoscit*, & ibi Abb. Butr. Io. Andr. *in princ.* Pontan. *de Spol. dicto cap.* 6. *num.* 48. Marescott. *loco cit. num.* 12. Pacific. *loco cit. num.* 21.

25 Dic tertiò, illicitam esse inconstantiam quando quis in prima instantia obtinuit sententiam fauorabilem in petitorio, quia tunc in alia instantia non est locus suspen-
26 sioni, nam petitorium trahit ad se possessorium, *cap. Cum dilectus, de caus. possess. & propriet.* Rota *dicta decis.* 8. Marescott. *loco cit. num.* 14. & 15. Caualer. *dicta decis.* 590. *nu.* 1. *vers. Responsum fuit*, vbi quando pars obtinuit sentẽtiam tam in petitorio, quàm in possessorio. Quod declara procedere, si sententia lata in petitorio suum plenarium habuit effectum, veluti, si ab ea non fuerit appellatum, & transiuit in rem iudicatam, vt intelligit Rota *dicta decis.* 8. Secus si sententia non habuit suum effectum, quia sit suspensa per appellationem, Marescott. *loco cit. num.* 16. qui allegat Rotam sic tenentem *in Palentina Decimarum* 5. *Iunij, &* 8. *Nouembris* 1589. *coram Penia, quæ in eius impressis sunt la* 15. & 89.

Dic quartò, illicitam esse inconstantiam, quando ageretur de aliquo Castro,
27 siue fortalitio, quia sunt difficilis recuperationis, nam si quis obtineret in pos-

ſeſſorio, & poſtea in petitorio ſuccumberet, non poſſet ità de facili conſequi, Caſtrenſ. *in l. 2. in fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & ibi Iaſon *num.* 1. Alex. *in dicto* §. *nihil commune num.* 21. & ibi Ripa *num.* 75. Rolan. *conſ,*1. *num.* 32. *lib.*1. Gozzad. *dicto conſ.*10. *nu.*11. Menoch. *de adipiſc. remed.*4. *num.* 887. & latè *de recuperand. remed.* 1. *num.* 308. *&* 309. Pacific. *loco cit. num.* 26.

28 qui ſubiungit, quod cum hoc caſu tractetur de damno irreparabili, licitum eſt aduerſus Iudicem de facto reſiſtere, *cap. non debet* 11. *quæſt.* 3. *cap. non inferendæ* 24. *quæſt.* 4. Ripa *loco citato num.* 72. Felyn. *in cap. Si quando num.* 2. *de offic. delegat.* vbi

29 Doctores, Menoch. *d. remed.* 1. *recuperan. num.* 311. Imò hoc caſu daretur appellatio, quamuis in iudicio poſſeſſorio non

30 admittatur, Iaſon *conſ.* 60. *col. fin. verſ.* 2. *reſpondetur, vol.* 1. Gabriel *de reſtitut. ſpol. concluſ.* 1. *num.* 152.

31 Hoc tamen dictum non procederet, quando partes litigantes eſſent ſub eodem Domino, qui poteſtatem haberet arcem recuperandi, vel poſſet priuare renitentem alijs bonis, vt ex pluribus voluit Gabriel *eadem concluſ.*1. *num.* 155. 156. 157. *&* 158. Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 314. *&* 317.

32 Nec haberet locum, quando qui ſuſpendit petitorium, & intentat poſſeſſorium, præſtaret idoneam cautionem de reſtituendo, ſi ſuccumberet in petitorio, Abbas *in cap. Veniens il ſecondo de teſt.* Gozzad. *conſ.* 9. *num.*69. *& conſ.* 10. *nu.* 42. Pariſ. Boer. & alij à Gabriel *loco cit. nu.*159. Menoch. *dicto rremed.* 1. *num.* 316.

33 Item non procederet, quando poſſet fieri reſtitutio Caſtri, & illius iuriſdictionis quamuis non arcis, ſeu fortalitij, Ruin. *conſ.* 37. *vol.* 4. Gabriel *loco cit. num.* 160.

34 Dic quintò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando ex ſuſpenſione petitorij poſſet ſcandalum ſequi, Anton. de Butr. *in cap. Ex parte de reſtit. ſpol.nu.*33. Gozzad. *dicto conſ.*10. *num.* 9. *&* 43. Gabriel *concl.* 1. *de reſtit. ſpol. num.* 166. Mareſcott *loco cit. num.* 19. Pacific. *loco citato num.* 38. latè Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 319. Quod tamen intelligendum eſt de ſcandalo graui, & non leui, vt tradit Ripa *in dicto* §. *nihil commune, num.* 76. *in fin.* Curt. ſen. *conſ.* 66. Pacific. *loco citato num.* 39. Et de ſcandalo certo, & non dubio, Ruin. *dicto conſ.* 37. *num.* 3. *lib.* 4. Gabriel. *d. concl.* 1. *num.* 149. Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 323. Pacific. *d. tract. num.* 40.

35 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam in iudicijs poſſeſſorijs natura mixtis, quæ diffiniri nequeunt ſine ipſius petitorij cognitione, Bellamer. *in cap. Paſtoralis in* 5. *quæſt. princip.* Rub. Alex. *conſ.* 167. *nu.* 2. Contard. *de moment. limit.* 2. §. 8. *num.* 8. Pontan. *de ſpol. d. cap.* 6. *num.* 51. veluti ſi

36 ageretur interdicto aquæducendæ, Gloſſ. *in l.* 1. §. *quædam, verſ. licentia, ff. de interdict.*

37 Vel ageretur in poſſeſſorio in cauſa matrimoniali, Caſſad. *deciſ.* 4. *vt lit. pend.* in his enim, & ſimilibus caſibus cum poſſeſſio habeat annexam cauſam proprie-

38 tatis, ſuſpenſio petitorij non admittitur, Vital. *in Clement. vnic. de cauſ. poſſeſs. & propriet.num.*52. Ripa de communi *dicto* §. *nihil commune num.*154. Soccin. & Gratian. à Mareſcotto *loco cit. num.* 20. Pacificus, qui latè dictum hoc examinat, *loco citato à num.* 86. vbi *num.* 87. aſſignat rationem,

39 quia in his iudicijs per vnicam ſententiam cauſa proprietatis, & poſſeſſionis terminatur, & totum reſoluitur negocium, *l.* 1. §. *fin. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* Ripa *in dicto* §. *nihil. commune, num.* 103. *in fin.* Alex. *num.* 76. cum alijs per Pacificum *loco citato,* vbi *num.* 94. exemplificat etiam in interdictis, quæ de locis ſacris, & reli-

40 gioſis inferuntur, veluti de mortuo inferendo, ſepulcro ædificando, & ſimilibus, *l.* 2. *in principio*, §. *quædam, ff. de interdict.* Contard. *de moment. limit.* 2. *num.* 25.

41 Quod tamen intelligendum eſt, quando vna ſententia parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ſecus verò ſi non pariat, quia licita eſt ſuſpenſio petitorij, Ripa *dicto* §. *nihil commune, nu.* 113. & ibi Alex. *num.* 76. vbi ait, prædicta procedere, vbi poſſeſſorium ſapit principaliter cauſam proprietatis, Menoch. *de retinenda remed.* 5. *num.* 115. *&* 125. Pacific. *loco citato nu.*97.

42 Secundò, non procedit in poſſeſſorijs mixtis, in quibus probatio tituli requiritur ad iuſtificandam poſſeſſionem, quia eo caſu nihilominus iudicium dicitur poſſeſſorium, & ſic ſuſpenſio petitorij fieri poteſt, Ripa *loco citato num.* 155. Contard. *dicta limit.* 2. §. 8. *num.* 19. cum alijs per Pacific. *loco citato num.* 98.

43 Cauſæ verò, quæ requirunt titulum ad iuſtificandam poſſeſſionem, ſunt cauſæ Beneficiales, Iuriſdictionis, Feudi, Reſignationis officij Cancellariæ, Cenſus, Seruitutis perſonalis, Contard. *dicta limit.* 2. §. 8. *à num.*14. Pacific. *loco citato num.* 105.

44 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtantiam, quando contra poſſeſſorium poteſt à Reo opponi aliqua exceptio, quæ ipſum tollat, ac perimat, vt de præſcriptione decem annorum aduerſus remedium

45 adipiſcendæ iuxta Text. *in l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. credit.* dixit Pacificus *loco citato num.* 106.

46 An autem exceptio renunciationis dominij factæ poſt ſpoliationem perimat poſſeſſorium? Negant Doctores omnes *in cap.* 2. *de reſtitut. ſpoliat.* Abbas *num.* 7. *&* 8. Berou. *num.* 17. Bellamer. *in cap.* 3. *num.*4. *&* 15. *eodem tit.* Ripa *in dicto* §. *nihil*

commune

commune num. 55. Alex. *conſ.* 93. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 5. Franciſ. de March. *quæſt.* 71. *num.* 1. Rota *deciſ.* 1. *de renunciat. in nou.*
47 cum alijs per Menoch. *d. remed.* 1. *recuper. num.* 263. ea ratione, quia renunciatio poſt ſpoliationem facta præſumitur metu facta, vt per Doctores *in dicto cap.* 2.

48 Ceſſante ergo metu, ſi renunciatio ſit liberè, & ſpontè facta, vtique admitteretur in hoc iudicio ad excluſionem reſtitutionis, & conſequenter ſuſpenſionis petitorij, Pariſ. *de reſignatione lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 28. Azor. *Inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 26. *quæſt.* 7. Barboſa *ad dictum cap.* 2. *num.* 4. & non obſcurè idem ſentit Menochius, qui latè articulum diſputat *dicto remed.* 1. *num.* 265. *&* 271. Duran. *deciſ.* 158. *num.* 6.

49 Et propterea ſi renunciatio facta eſſet ante ſpolium, vel ſpoliatus conſtituiſſet Procuratorem ad reſignandum, qui poſt ſpoliationem reſignaſſet, tunc, ex quo renunciatio ſpontè facta præſumitur, ſpoliatus agere non poterit, vt ante omnia reſtituatur, & in ſuſpenſione petitorij hæc exceptio obſtaret, Abbas *d. cap.* 2. *num.* 11. poſt Lapum *allegat.* 24. Suarez *allegat.* 23. *num.* 18. Rebuff. *in prax. Benefic. in tit. de vi in reſignatione adhibita num.* 6. Menoch. *loco cit. num.* 272.

50 Idem dicendum eſt, ſi renunciatio facta eſt coram Iudice competente, qui de cauſa cognoſceret, Abbas *d. cap.* 2. *nu.* 10. Soccin. *regu.* 278. *fallen.* 1. Barbat. *conſ.* 47. *col. vltima vol.* 2. Rebuff. *eodem tit. num.* 4. Menoch. *d. remed. num.* 276.

51 Ratio eſt, quia metus omnis excluditur ab actu coram Iudice geſto, *l. vlt. de eo, quod met cauſ.* Menoch. *dicto num.* 276. qui dicit idem eſſe in omnibus caſibus, à quibus metus excluditur, & hoc habere locum in profanis, quia in beneficialibus
52 renunciatio debet fieri in manibus Superioris, vel Notarij de mandato tamen Superioris, vt per Abbatem Guidopapam Boer. & Bellamer.

53 Pariter idem dicendum eſſet, ſi poſt ſpoliationem, & renunciationem per plures dies conquæſtus non fuerit ſpoliatus, quia tunc dicitur ſine metu ratū habuiſſe, quod meticuloſè geſſit, Iacob. Nouell. *in prax. crimin. tit. ſpol. de facto, num.* 46. *verſ. limit.* 46. Zaſ. *dicto* §. *nihil commune num.* 56. Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 278.

54 In profanis verò, in quibus non habet locum regula *dicti cap.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* ſed ſolùm in beneficialibus, renunciatio
55 hæc tolleret reſtitutionē, & conſequenter ſuſpenſionem petitorij, vt poſt Soccinum, & Boer. voluit Menoch. *loco cit. num.* 279.

56 Quod autem diximus *ſupra* de renunciatione facta ante ſpoliationem certè militat in Clerico renunciante beneficio, vt non poſſit reſtitutionem petere, & conſequen-
57 ter petitorium ſuſpendere iuxta terminos, *cap.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* de quo latè Rota *deciſ.* 7. 16. 56. 475. *in nou.* Caſſad. *deciſ.* 4. *de reſtitut. ſpoliat.* Bellamer. *deciſ.* 66. cum alijs per Menochium *d. remed. num.* 297.

58 Ea ratione, quia notorius proprietatis defectus, qui ex renunciatione prouenit, impedit poſſeſſionis recuperationem, *cap. conſtitutus de fil. Presbyter cap. cum, qui, de eo, qui miſs. in poſſeſs. cap. Ex tranſmiſſa de reſtit. ſpoliat.* Duran. *d. deciſ.* 156. *num.* 6.

59 Debet tamen intelligi niſi poſt factam renunciationem ſpoliatus remanſiſſet in poſſeſſione beneficij, deinde fuiſſet eiectus, poſſet enim tunc ad recuperationem poſſeſſionis agere, non obſtante renunciationis exceptione, Abbas *in cap.* 3. *num.* 4. *& cap.* 2. *num.* 6. & ibidem Berou. *num.* 15. *de reſtit. ſpoliat.* Caſſad. *d. deciſ.* 4. *num.* 2. 3. *&* 4. Ea eſt ratio, quia ex quo diu in poſ-
60 ſeſſione ſtetit, præſumitur iuſta poſſeſſio, & ius de nouo ſuperueniſſe, Caſſad. *dec.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Franc. de March. *d. quæſt.* 197. *in fin.* Berou. *d. cap.* 2. *nu.* 25. latè Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 299. 300. *&* 301.

61 Secundò, debet intelligi, niſi poſt factam renunciationem, ſed ante factam alteri collationem is poſſeſſor renunciationem reuocauerit, vt reuocare potuit,
62 Boer. *deciſ.* 350. *nu.* 1. Caſſad. *dec.* 1. *de renunc.* Menochius *d. remed.* 1. *num.* 302.

63 Tertiò, debet intelligi non procedere, quando renunciatio adhuc à Superiore admiſſa non fuerit, tunc enim poſſeſſor ſic renuncians, nec poſſeſſionem, nec
64 proprietatem amittit, Abbas *in d. cap.* 2. *num.* 10. Menochius alijs relatis *d. remed.* 1. *num.* 303.

65 Quartò, intelligi debet reſpectu illius, cui facta eſt renunciatio, non autem reſpectu tertij ſpoliatoris, Caſſad. *d. deciſ.* 4. *num.* 1. qui licèt ramaneat dubius ob rationes in contrarium per eum adductas, illas tamen remouet Menoch. *dicto remed.* 1. *num.* 304.

66 Ceſſaret pariter ſuſpenſio petitorij per exceptionem, quod ſpoliatus poſt ſpoliationem pepigit cum ſpoliatore ſe poſſeſſorio non acturum, Abbas *d. cap.* 2. *num.* 4. *de reſtit. ſpoliat.* Berou. *num.* 16. Alexand. *conſ.* 93. *num.* 5. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 1. *nu.* 151. *lib.* 1. Franc. March. *deciſ.* 71. *num.* 2. Rota *deciſ.* 16. *de reſtit. ſpoliat. in nou.* Menoch. *d. remed. recuper.* 1. *nu.* 281. qui citat Gloſſam *in cap. Ex inſinuatione in verb. Canonum extr. de Procur.* & Text. *in l. ſi vnus,* §. *pacta, verſ. item ne experiar, ff. de pact.* vbi poteſt
67 paciſci, ne furti agatur, neuè illud reſtituatur, quatenus tamen reſpicit rem priuatam, vt ibi, *ſi à re priuata remotum ſit, &c.* Quem Textum latè comprobat alijs

legibus, & doctrinis, Suarez *allegat. 23.nu. 22. vers. faciat etiam ad prædictam opinionem.*
68 Quod procedit non solùm, si factum sit pactum de non agendo possessorio, sed si pactum de non molestando possessorem, solummodò intercedat, Soccinus *in l. rem, quæ nobis, nu.26. ff. de acquir.possess.* Suarez *d. alleg. 23. num.*18. Capic.*decis.*69. *num.*7. *&* 8. Rota *decis.*393. *quæ est decis.*16. *restit.spol. in nou.n.*4. Pactum enim hoc in-
69 telligitur tã de molestia iuris, quàm facti, Corsett.*singul.in verb.molestia,* Dec.*cons.*501. cum aliis per Menochium *d.remed.*1.*n.*283.
70 qui subiungit simile esse, si factum sit pactum de non mouendo controuersiam,
71 cum eadem sit significatio, hoc tamen non procedere, cum causa spolii est pu-
72 blica, Berou. *d. cap. 2. num.* 45. qui dat exemplum in Ecclesia spoliata, nam,
73 inquit ille, causa Ecclesiæ est causa publica, *l. vlt. C. de sacros. Eccles.* cum aliis per
74 Menoch. *d. remed.* 1. *num.* 286. qui declarat, si res spectet principaliter ad Ecclesiã, non autem ad Clericum, & sic secunda-
75 riò ad Ecclesiam, quia tunc dicitur causa priuati, *cap. si diligenti, de for. compet.*
76 Multò autem magis suspensio petitorii retardabitur si pactum hoc sit iureiurando firmatum, Abbas *dicto cap. 2. in fin.* Soccin. *d. l. rem, quæ nobis, num.* 20. *de acquir. possess.* Capic. *d. decis.* 69. *num.* 7. Franc. March. *d. quæst.* 71. *num.* 2. Rota *decis. 16. de restit. spoliat. in nou. & de renunc. decis. 18. & eodem tit. de renunc. 6. in antiq.* latè Menochius disputans articulum *dicto remed.* 1. *num.* 288. *cum seq.*
77 Quod tamen non procederet si pactum etiam iuratum intercessisset ante spolium, Abbas *d. cap. 2. num.* 16. Berou. *num.* 44. Ripa *d.§.nihil commune n.*55. nullum namque est hoc pactum, quia præstat ansam delinquendi, & sic dicitur contra bonos mores, *d. l. si vnus, §. pacta, ff. de pact. l. conuenire de pact. dotal.* cum aliis per Menochium *loco citato num.* 296.
78 Dic octauò, illicitam esse inconstantiam in possessorio retinendæ, nam, si primò Actor intentauit petitorium rei vendicationis, non potest eo omisso conuolare ad
78 possessorium retinendæ, *vti possidetis,* Bart. *d.§.nihil commune n.*19. Alex.*n.*72. Rip.153. Corn. 2. *par. num.*90. Fern. *cap. 3. num.*16. Rub. *num.* 285. Afflict. *decis.* 155. *num.* 5. Berou. *in cap. In litteris num. 39. de restitut. spoliat.* Menoch. *retinen.remed. 3.num.*512. Coler. *in cap. Pastoralis num.*48. *de caus.poss. & propriet.* Ratio est, quia, qui petitorio
79 experitur, possessorio renunciare videtur, & in Aduersarium transferre, Orian. *in rubr. de caus. poss. & propriet. col. 14. vers. septima conclusio,* Menoch.*loco cit.sub nu.*513. *&* 514. vbi reprobat Beroum malè de hac ratione sentientem, Marescott. *dicto cap. 36. num.* 21. qui dum generaliter loquitur de suspensione petitorii, debet declarari, & reduci ad terminos possessorii retinendæ, non autem recuperandæ, vel adipiscendæ *ex supra* traditis.
80 Amplia primò hoc dictum, vt procedat etiam quod Princeps vellet suo rescripto super vtroque cognosci, non enim Princeps potest efficere, vt duo insimul
81 contraria esse possint, cum hoc etiam natura abhorreat, *l. si ancilla*, & ibi Bartolus *ff. pro soc. l. contra maiores, C.de inoffic.testam.*
82 & hanc opinionem tenet Berou. *d. cap. in litteris num.* 39. Menoch. *dicto remed. 3. num.* 515.
83 Secundò, amplia, etiamsi partes consentirent, Berou. *d. cap. in litteris, num.* 39. Menoch. *loco citato num.* 518.
84 Tertiò, amplia, etiamquod essemus in possessoriis retinendæ, quæ annexam causam proprietatis habent, Bart. *in d.§. nihil commune num.*20. Iason *nu.*54. *&* 126. Ripa *num.* 155. cum aliis per Menochium *dicto remed. 3.nu.*519. 520. *&* 521. vbi declarat.
Limita primò, vt possit habere locum inconstantia respectu diuersarum perso-
85 narum, v. gratia, egi petitorio rei vendicationis causa naturalis possessionis, quæ est apud te, deinde conuolo ad possessorium vti possidetis, ratione ciuilis possessionis, quæ est apud me. Vel è conuerso egi rei vendicatione ratione detentationis, quæ est apud te, demum ago remedio retinendæ ratione naturalis, & ciuilis turbatæ, quæ est apud me, hoc in casu admitti cumulationem successiuam voluit Bart. *in dicto §. nihil commune num.* 19. Bald. & Castrens. *in l. Ordinarii, C. de rei vendic.* ille *num.*5. iste *in fin.* Ripa *d. §. nihil commune, num.* 153. cum aliis per Menoch. *d. remed. 3. num.* 522. ea ratione, quia re-
86 gula contrarietatis non aduersatur cum possessorium, & petitorium circa idem non concurrant.
87 Secundò limita, si intentato petitorio actor pendente iudicio acquireret possessionem, quia tunc posset suspendere petitorium, & conuolare ad possessorium, Gloss. *d. §. nihil commune in 4. lect.* & ibi Bartol. *num.*19. *vers. si verò ista iudicia,* Alex.*nu.*72.
88 Ripa *num.*153. Coras.2.*par.nu.*93. Menoch. *d. remed. 3. num.* 524. ea ratione, quia ratione diuersitatis temporis admittitur concursus.
89 Tertiò limita, si Actor, qui intentauit petitorium, sciebat se possidere, secus si ignorabat, quia detecta scientia possessionis potest suspenso petitorio ad remedium possessorium retinendæ conuolare, Bart. *d. §. nihil commune num.* 19. Alex. *num.* 72. Ripa *num.*153. Coras.2.*par.nu.*95. Menoch. *d. remed. 3. num.* 595.
90 Quartò limita, cum iudicio petitorio

agitur super re incorporali, tūc enim Actor potest eo omisso conuolare ad possessorium retinendæ, Bart. *d. §. nihil commune, num.* 18. Alexand. *num.* 92. Iason *num.* 126. Ripa *num.* 784. Fab. *nu.* 125. Claud. *nu.* 156. Dec. *num.* 93. Germond *cap.* 3. *num.* 11. Coras. 2. *par. num.* 91. Bolognett. 2. *part. num.* 305. cum alijs innumeris relatis à Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 539.

91 Ea est ratio, quia regula contrarietatis, & repugnantiæ, quæ impedit cumulatio-
92 nem, hic cessat, quia actio confessoria, qua incorporalia vendicantur, etiam pos-
93 sessori conceditur, *l. si fortè, §. sciendum, ff. si seruit. vendic. l. vti frui, §. vlt. ff. si vsusfr. petat,* Menoch. *loco citato*, qui dicit tantò magis hanc limitationem habere locum,
94 quando is, qui primò proposuit petitorium, demum possessorium, vult subire onus probationis in quolibet iudicio.

95 Quintò limita, quando iudicium petitorium tale est, quod iudicio possessorio fomentum afferat Bald. *in l. ordinarij, n.* 6. & ibi Castren. *in fine post Cyn. C. de rei vendic.* Menoch. *loco cit. num.* 543. Exemplum
96 est in iudiciis familiæ Herciscundæ, & communi diuidendo, quæ cum petitorium respiciant, *l. incerti, C. de interdict.*
97 vbi Glossa nihilominus cum interdicto retinen. cumulari possunt, nam agitur ad diuidendum, & super turbatione silentium imponi, argum. *l.* 1. *ff. famil. Hercis.* Menoch. *loco cit. num.* 543. qui ex mente Bald. *in d. l. incerti num.* 16. intelligit procedere, cum ante litem contestatam in iudicio communi diuidundo fit suspensio petitorij, & cumulatio possessorij.

98 Dic nono licitam esse inconstantiam, quando quis impetrauit rescriptum super petitorio, non enim potest transire ad possessorium, quia super possessorio nullum rescriptum; secundò, quia, impe-
99 trando super petitorio, asserere videtur, se non possidere, *leg. clam possidere, §. vlt. ff. de acquir. possess.* & contra preces oblatas non auditur, *l. cum precum, C. de liber. caus.* & hanc opinionem tenet Bald. *l. si de proprietate, num.* 3. *C. Si à non competen. Iudic.* Menoch. *loco cit. num.* 544.

100 Sed hoc dictum non ita simpliciter intelligendum est; quia, qui committit causam in petitorio, censetur etiam committere causam in possessorio, vt de possessorio retinendæ dixit Boccac. *de interd. vti possid. cap.* 14. *num.* 26. Posth. *eod. tract. obser.* 6. *num.* 6. & de possessorio reintegrandæ, Caualer. *decis.* 67. *num.* 3.

101 Ratio est, quia petitorium habet in ventre possessorium, etiam quod non exprimatur, Caualer. *dicta decis.* 67. *num.* 3.
102 Posth. *loco cit. nu.* 7. Ideo Iudex, cui commissa est causa in petitorio, potest cognoscere etiam de possessorio, Rota *decis.* 9. *num.* 2. *&* 3. *de caus. possess. & propriet. in nou.* Cassad. *eod. tit. decis.* 9. *num.* 12. Caualer. *d. decis.* 67. *num.* 3. Et præsertim, si
103 in rescripto, seu commissione inserta esset clausula *Quam*, & *Quas*, quæ clausula comprehendit tam petitorium, quàm possessorium, Caualer. *decis.* 475. *num.* 1. Martin. Andr. *decis.* 44. *num.* 7. *&* 9. Rota *decis.* 710. *num.* 4. *&* 5. *par.* 3. *& decis.* 426. *num.* 2. *par.* 4. *recen.* Posth. *loco cit. num.* 8. Rota *in Ostunen. attentatorum, Lunæ* 27. *Aprilis* 1671. *coram R.P.D. Albergato, §. Etenim.*

104 Ex vi eius clausulæ potest suspendi petitorium etiam in causa appellationis, Rota *d. decis.* 710. *num.* 3. *par.* 3. *recen.* & Martin. Andr. *dicta decis.* 44. *num.* 10. Secus autem esset si fuisset commissa causa appellationis simpliciter super petitorio absque
105 illa clausula *Quam*, & *Quas*, quia tunc non procedit ratio, quod petitorium habeat in ventre possessorium, vt latè defendit Castrens. *cons.* 278. *num.* 2. *lib.* 1. quem sic interpretatur Rota *d. decis.* 710. *num.* 8.
106 Eoque magis si ab initio Actor omne ius sibi competens deduxit, Rota *dicta decis.* 710. *num.* 10. vbi alias Rotales Decisio-
107 nes adducit Post. *loco citato num.* 8. Hoc enim casu licita est inconstantia, cum pro-
108 secutio ex vno capite non tollat aliud Seraph. *decis.* 630. *n.* 3. *par.* 1. Martin. Andr. *dicta decis.* 44. *num.* 10. *ad fin.*

109 Declara, hanc conclusionem de suspensione petitorij non habere locum respectu tertij, quia, ei venienti ad causam, non obstaret huiusmodi suspensio, Butr. *in d. cap. litteris, num.* 23. & ibid. Abb. *n.* 33. *de restit. spoliat.* Pontan. *de spol. dicto cap.* 6. *num.* 53. Rota *in nou. decis.* 3. *de caus. possess. & propriet.* Bisignet. *decis.* 7. *de restit. spoliat.* Pacific. *loco cit. n.* 29. Marescott. *loco cit. n.* 18

110 Hoc tamen procedit si ius tertij est separatum à iure suspendentis secundum doctr. Butr. *in d. cap. litteris, nu.* 23. quam licet impugnet Abbas ibid. *num.* 23. & *in cap. veniens, il secondo, num.* 7. *de test.* & ibi Felyn. *num.* 12. videtur tamen verior opinio Butr. quam sequitur Marescott. *loco citato*, vbi dicit in eam inclinare Ripam *dicto §. Nihil commune, num.* 80. vbi latè conatur concordare opiniones, & Butrius
111 opinionem contra Abb. tenuit discusso articulo Rota *decis.* 22. *par.* 1. *& decis.* 23. *in recent.* vbi declarauit tunc dici ius tertij connexum cum iure spoliantis, quando ratione iuris tertij spolians potest sentire
112 aliquod commodum, & vtilitatem. De qua tamen declaratione videndus est latè Menoch. *d. remed.* 1. *recuperandæ, à nu.* 372. *vsque ad num.* 382.

113 Vel vbi ius tertij est penitus exclusiuum iuris agentis; quia tunc impediret
114 processum possessorium, aliàs secus, vt post Bart. Alex. Soccin. Bald. & Imol. di-

cit Pacifie. *loco cit. num.35. verſ. Ego verò*,
115 qui ſubiungit, ius tertij debere eſſe clarum, & ante concluſum in cauſa in iudicio deductum, Rota *deciſ. 201. par. 2. diuerſ. num.5. & ſeqq.*

116 Sed, an, qui prius intentauit poſſeſſorium, poſſit inconſtans poſſeſſorio iudicio relicto conuolare ad petitorium? Rubeus, & Fabius *in dicto §. Nihil commune*, dicunt, hanc quæſtionem, ſeu, vt ait Bart. combinationem inutilem eſſe, cum videatur, quod rationabiliter in practica non poſſit euenire, poſſeſſorium enim eſt ſummarium, & petitorium ordina-
117 rium, nec poteſt dari tam inſulſus Aduocatus, & ignorans, vt ipſe velit proponendo petitorium ordinarium, quod poſt litis conteſtationem requirit curſum triennij, & ſuſpendere poſſeſſorium, quod, cum ſit ſummarium, intra terminum ſex menſium poterit expediri, & per illud conſequi rem ipſam, & eam quietè retinere abſque labore faciendi probationem, cum propter commodum poſſeſſionis omne onus transferatur in Aduerſarium, vnde videtur irridendum eſſe potius Aduocatum, quàm admirandum Io: tamen Bolognett. *in dicto §. Nihil commune, num. 318.* ex mente Berengarij dicit, hanc inconſtantiam non
118 eſſe ſpernendam vt arbitrantur prædicti, & quod imò vtilitatem magnam habeat, ſi eueniat de facto, vt ſi forſan Actor vel eius Aduocatus, qui propoſuit poſſeſſorium, dubitet de victoria in eo, inconſtans proponat petitorium cum diligentia, procurans citò probare titulum ſuum, & dominium in re, vt poſſit apparere, quod ius habet in vtroque, & confouebit poſſeſſorium, & præualebit Aduerſario propter probationem factam in petitorio, nam quando probationes ſunt pares, præualet ille, qui deduxit dominium, & fortius
119 præualebit, ſi diſcutiendo cum Aduerſario, probauit. Hæc ſunt verba Bolognetti *loco cit.* qui benè proſequitur, & diffuſius omnium hanc materiam.

Cæterum, quia numquam vidi practicari, quod Actor, qui propoſuit poſſeſſorium, in eadem inſtantia eo relicto inconſtans conuolet ad petitorium, breuiter me expediam.

Dic ergo, aut Actor, qui conuolat ad petitorium, intendit renunciare poſſeſſorio, aut tantum ſuſpendere.

120 Priori caſu admittitur inconſtantia, quia, cum ſit introductum in fauorem Agentis in poſſeſſorio, vt prius cognoſcatur de poſſeſſione, huic fauori poteſt renunciare, ſi vult, *cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Rot. *deciſ.1118. num.1. par.3. diuerſ.* Scappuccin. *de Saluian. lib.1. qu. 21. num.4.* b ellè Zabarell. *in Clem. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num.7.* Bellamer. *nu.24. verſ. Cum quæris*.

121 Cæterum an ſic inconſtans videatur in totum renunciare poſſeſſorio, vel tantum liti & inſtantiæ? Dic, receptam eſſe magis Doctorum ſententiam, cenſeri renunciatum poſſeſſorio, hoc eſt poſſeſſioni, itaut ſententia abſolutoria ferri poſſit, Bart. *d. §. Nihil commune, num. 27.* Alex. ibi *num.25.* Iaſon. *item num.25.* Rip. *n.167.* Menoch. *de retin. remed. 3. num. 545.* qui hanc opinionem ab argumentis, & impugnationibus Aretini defendit.

122 Aut verò vult ſuſpendere poſſeſſorium, & dic, nullo modo poſſe, quia hoc priuilegium eſt tantummodo tributum poſſeſſorio, & non petitorio, ideò debent habere locum Regulę *Authentica, qui ſemel C. quomodo, & quando Iudex, & cap. cauſam, cum ibi not. de dol. & contum.* & ita tenet Abb. *in dicto cap. Paſtoralis num. 17.* Vitalin. *in d. Clem. vnic. num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Zabarell. *in eadem Clemen. num.7. verſ.6. oppono*, vbi benè, ſed melius *in d. cap. Paſtoralis, num.16.* Bellamer. *n.39. quæſt.15. verſ. in tertio membro*.

123 Sed quia, vt dixi, materia hæc de inconſtantia Actoris de poſſeſſorio ad petitorium ferè inutilis eſt, ideo remitto te ad Doctores *in d. §. Nihil commune*, & præſertim Io: Bolognett. ibi latiſsimè *nu.326. & in d. cap. Paſtoralis, & Clem. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ad Menoch. *in d. remed. retinen.3. à num. 526.* ad Rot. *in deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in nou.*

Declara tamen quæſtionem noſtram ſolum procedere, quando poſſeſſorium ſolummodò intentatum eſt, non autem ſi prius petitorium ſit intentatum, demum eo ſuſpenſo conuolatum ſit ad poſſeſſorium, nam hoc caſu licet redire ad petitorium non ſolum ſemel, ſed pluries, non ſolum in prima inſtantia, ſed in cauſa appellationis, vt *ſupra diximus*.

Quamuis Balboa de Mogrouech. *in relectione Salmaticen. dicto cap. Paſtoralis, n.52.* dicat, veriorem, & receptam eſſe ſententiam, quod ſemel tantum fieri ſuſpenſio poſſit.

Reliqua ad hanc materiam vide apud Poſth. *de manutent. obſeruat. 7. per tot.* vbi etiam latè diſputat quando cauſa commiſſa eſt cum clauſula *arbitrio*, an, & in quibus caſibus admitti debeat ſiue ſuſpenſio, ſiue cumulatio.

QVÆSTIO XVII.

ARGVMENTVM.

An is qui renunciauit poſseſsioni poſsit inconſtans petere manutentionem, ſeu reintegrationem.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians poſſeſſioni, vel quaſi non poteſt inconſtans petere manutentionem.*
2 *Poſſeſſio amittitur per illius renunciationem.*
3 *Renuncianti ad iura renunciata non datur regreſſus.*
4 *Renuncians dominio non poteſt petere manutentionem in poſſeſſione, vel quaſi.*
5 *Renunciatio notoria obſtat Agenti interdicto recuperandæ.*
6 *Renuncians per metum adhuc non poteſt petere manutenſionem.*
7 *Poſſeſſio amittitur per renuciationem metu factam.*
8 *Renuncians poſſeſſioni per metum non poteſt agere iudicio poſſeſsorio, niſi præcedat iudicium ſuper reſciſſione, & nullitate renunciationis.*
9 *Habens ſe pro ſpoliato, non poteſt petere manutentionem.*
10 *Reintegrationem petens vti ſpoliatus an, & quando petere poſſit manutentionem.*
11 *Petitio eſt ſpecies confeſſionis.*
12 *Confeſſio interpretanda eſt fauore confitentis.*
13 *Ius proprium quis non præſumitur abijcere, ſed conſeruare.*
14 *Actus iudicialis de ſui natura ordinatur ad acquirendum.*
15 *Contractus dubius interpretatur contra eum qui poterat clarius loqui.*
16 *Iudiciales actus non interpretantur in dubio contra eum qui poterat clarius loqui.*
17 *Poſſeſſionem ciuilem ſemper præſumitur quod quis retinere voluerit.*
18 *Vtilius quod ſibi eſt quiſque præſumitur facere, & velle.*
19 *Poſſeſſionis retentio conſiſtit in animo.*
20 *Animus declaratur ex factis.*
21 *Reintegrationem petens an retinuerit animo poſſeſſionem ciuilem, necne ex factis circumſtantijs deducitur.*
22 *Spoliatus aſſerens ſe de facto ſpoliatum fuiſſe, & petens remoueri turbationem de facto illatam videtur animo retinere poſſeſſionem ciuilem.*
23 *Reintegrari, & manuteneri ſimul petens videtur retinere animo poſſeſſionem ciuilem.*
24 *Petens manutentionem, & quatenus opus ſit reintegrari, non dicitur ſe habere per ſpoliato.*
25 *Immiſsionem petens, & manutentionem intelligitur primam petere reſpectu naturalis, & ſecundum reſpectu ciuilis poſſeſſionis.*
26 *Immiſsionem petens cum clauſulis preſeruatiuis non fatetur ſe non poſſidere.*
27 *Actus poſseſsorios exercens poſt petitam reintegrationem dicitur animo retinuiſse poſseſsionem ciuilem.*
28 *Potens reintegrationem, & ſpolium deducens verbis turbidis, & obſcuris, non videtur ſe habere pro ſpoliato.*
29 *Procuratoris aſsertio non ſufficit ad effectum, vt Poſseſsor dicatur ſe habuiſse pro ſpoliato, niſi conſtet de mandato ſpeciali.*
30 *Poſseſsionis amiſſio pendet ab animo.*
31 *Animus declarari non poteſt per Procuratorem ſine ſpeciali mandato.*
32 *Procurator non poteſt facere actum, per quem principalis habeatur pro ſpoliato.*
33 *Confeſſio Procuratoris reuocari poteſt per principalem etiam non docto de errore.*
34 *Ratificatio non datur ſine ſpecifica ſcientia præiudicij.*
35 *Principalis ratificans ſcienter, & approbans acta, & confeſſi actus Procuratoris, ac ſententiam ab eo obtentam ſuper ſpolio dicitur habere ſe pro ſpoliato.*
36 *Poſſeſſio duplex ciuilis ſcilicet, & naturalis datur etiam in incorporalibus.*
37 *Reintegrationem petens ſimpliciter narrato poſitiuè actu ſpoliationis, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
38 *Immiſſionem ſimpliciter petens, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
39 *Immiſſionem petens, fatetur ſe non poſſidere.*
40 *Immiſſionem ſimpliciter petens perdit ciuilem poſſeſſionem quam habebat.*
41 *Immiſſionem petens generaliter in poſſeſſionem hereditatis, & bonorum non intelligitur amittere poſſeſſionem eorum quorum iam erat poſſeſſor.*
42 *Immiſſionem patiens nullam, & attentatam, ac liti cedens, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
43 *Non appellans à mandato de manutenendo, vel appellationem non proſequens, dicitur ſe habere pro ſpoliato.*
44 *Poſſeſſio per patientiam, & acquieſcientiam omittitur.*
45 *Prælatus habens ſe per ſpoliato, adhuc poseſt inconſtans manutentionem petere nomine Eccleſiæ.*
46 *Prælatus neque in poſſeſſione præiudicare poteſt Eccleſiæ.*

47 *Rector, qui cecidit à possessione facto proprio reintegrationem petere potest nomine Ecclesiæ.*
48 *Tutor male, & nulliter alienando bona pupilli an, & quando transferat possessionem, ita vt pupillo competere possint remedia possessoria, & num. 52. & 55.*
49 *Tutor non sibi possidet, sed pupillo.*
50 *Tutor per actum fictum, prout sunt aspectus, vel constitutum non transfert possessionem bonorum pupilli.*
51 *Intellige pupillo impugnante contractum, secus illo tacente.*
52 *Tutor per actum verum, prout est traditio, transfert possessionem bonorum pupilli.*
53 *Tutor quando dicatur spoliare pupillum.*
54 *Tutor administrans tanquam Tutor habetur loco domini.*
55 *Tutor, cui cum tutela non fuit decreta administratio bonorum possessionem non transfert.*

1 QVOAD manutentionem, dic illicitam esse inconstantiam, Abb. *in cap. Sollicitè, de restit. spoliat.* Posth. *de manut. obseruat.* 57. *sub num.* 36. Duran.
2 *decis.* 158. ratio est, quia per renunciationem amissa est possessio, vel quasi, ideò
3 ad iura renunciata non datur regressus, *l. quæritur, §. Si venditor, ff. de ædilit. edict. cap. Ex transmissa, de renunc.* quæ conclusio pro-
4 cedit non solùm, si esset renunciatum possessioni, vel quasi, sed si renunciatum esset dominio rei, Hortoman. Dec. *dicta l. naturaliter, §. Nihil commune num.* 10. *ff. de acquir. possess.* Duran. *dicta decis.* 158. *num.* 5.
5 sicuti exceptio defectus dominij probata ex notoria renunciatione obstat agenti interdicto recuperandæ, *cap. 3. de restitut. spoliat.* Menoch. *remed.* 1. *recuper. quæst.* 27. *num.* 297. Duran. *dicta decis. num.* 6.
6 Secundò habet locum, etiamquod renunciatio possessionis sit meticulosa, quia,
7 cum per renunciationem metu factam amittatur possessio, *l. 3. §. Si quis nunciet, ff. de acquir. possess.* Posth. *supra alleg. sub dicto num.* 36. Abb. *in cap. Super hoc, de renunciat.*
8 meritò cessat inconstantia, nisi prius præcedat particulare iudicium super rescissione, vel sententia declaratoria super nullitate renunciationis, Paris. *cons.* 5. *nu.* 179. *vol.* 4. Menoch. *recuper. remed.* 1. *num.* 103. Duran. *dicta decis.* 158. *ad fin.*

Tertiò, habet locum conclusio non so-
9 lùm in expressa renunciatione, sed etiam in tacita, hoc est si quis habuerit se pro spoliato, nam tunc inconstans esse nequit petendo manutentionem, *l. clam possidere, §. Qui ad nundinas, ff. de acquir. possessione,* Bartol. *in l. 2. num.* 10. *C. de seruit. & aqu.* Faber. *in §. retinendæ, institut. de interdict.* Couuarr. *pract. cap.* 17. *num.* 3. Boccac. *de manut. cap.* 3. *num.* 9. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 64. *num.* 8. *ad fin.* Rota *in pluribus decis.* Caputaq. *decis.* 43. *lib.* 2. *in manuscript. & decis.* 704. *la* 2. *par.* 1. *in recent. & decis.* 561. *num.* 4. *eadem par.* 1. Seraphin. *decis.* 1417. *num.* 3. Buratt. *decis.* 169. *num.* 12. & ibi Addent. *& decis.* 26. Posth. post hæc scripta visus *in tract. de manut. obseru.* 57. *num.* 1. *&* 44. vbi alias decis. allegat.

10 Sed hoc intellige, quando quis simpliciter habet se pro spoliato, & pro tali petijt restitui, Seraphin. *d. decis.* 1417. *num.* 3. Buratt. *decis.* 269. *num.* 4. vbi alias decis. allegat, & ibi Addent. Marescott. *var. dicto cap.* 64. *num.* 7. Bichius *decis.* 428. *num.* 5. Secus autem quando ille, qui habet se pro spoliato, & petijt restitui, & reintegrari, animo retinuit ciuilem possessionem, quia tunc videtur solùm fateri se spoliatum naturali possessione occasione turbationum, & molestiarum in ea illatarum, & ideo ei competit reintegratio respectu naturalis, manutentio verò respectu ciuilis, quam animo retinuit, Gloss. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, in verb. clam, ff. de acquir. possess.* & ibi Bartol. *in fin.* Angel. *num.* 4. Castren. *num.* 7. *vers.* 4. *articulus,* Alex. *num.* 17. Iason. *num.* 61. *&* 62. Gloss. *in l. 1. §. interdictum,* & ibi Bartol. *ff. vti possidetis,* Menoch. *retin. remed.* 3. *num.* 22. *& seq. & num.* 506. de communi Lanfranc. Balb. *decis.* 490. Addit. ad Papien. *in for. libell. pro turbat. poss. fs. in verb. ad cessandum, & desistendum,* Put. *decis.* 409. *lib.* 2. *in correct.* Rota *in pluribus decis.* registratis *in decis.* Buratt. 269. *nu.* 2. & ibi Adden. Greg. XV. *decis.* 555. Rota *decis.* 560. *par.* 14. *&* 69. *par.* 2. *in recent. num.* 10. Natt. *cons.* 572. *num.* 21. Surd. *cons.* 160. *num.* 72. Posth. *dicta obseru.* 57. *num.* 82. Otthob. *decis.* 121. *num.* 6. Coccin. *decis.* 494. *num.* 6. *&* 7. Rota *in Calaguritana Archidiaconatus de Berberiego, Veneris* 16. *Ianuarij* 1671. *coram bonæ mem. Priolo, §. Comprobatur.*

Ratio est, quia petitio reintegrationis est dubia, & æquiuoca, cum possit referri ad solam naturalem, ideò in dubio ad
11 eam solam referri debet, petitio enim tanquam species confessionis interpre-
12 tanda est ad fauorem confitentis, *l. si quis intentioni, ff. de iudic.* Roman. *cons.* 455. *nu.* 4. *&* 6. Mohedan. *decis.* 2. *de restitut. spoliat.* Rota *decis.* 561. *num.* 6. *par.* 1. *in recent.*

13 Tum etiam quia esset abijcere proprium ius, quod non præsumitur quis velle facere, sed imò quanto magis potest constans conseruare ad not. *in l. cum de indebito, de probat.* Rota *dicta decis.* 561. *num.* 7.

14 Tum denique, quia actus est iudicialis, qui cum de sui natura ordinatus sit ad acquirendum, semper fit interpretatio ad fauorem petentis, & propterea, licet in
15 contractibus fiat interpretatio contra eum, qui potuit clarius loqui *l. veterib.* &

ibi Bartol. *num.2. ff. de pact.*
16. Hoc tamen non procedit in libellis, & petitionibus iudicialibus, *l. inter stipulantem, §. Si Stichum, ff. de verb. oblig.* Bald. *cons.489. num.3. in fin. vol.3.* Castren. *cons.199. num.4. lib.2.* Roman. *cons.136. in principio,* Ægyd. *decis.733. in fin.* Rota *dicta decis.561. num.3. par.1. in recent.*
17 In dubio autem semper præsumendum est, quod quis voluerit suam possessionem ciuilem retinere ex illa regula, quod quis
18 præsumitur facere, & velle, quod est sibi vtilius, *l. 1. & 2. ff. de solut.* Bart. *in l. gerit num.21. ff. de acquir. hæred.* Crauett. *cons.106. num. 9.* Greg. XV. *decis.307. num. 11.*
19 Sed cum retentio possessionis consistat in animo, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquir.*
20 *possess.* Animus verò ex factis declaretur Mantic. *decis. 313. num. 2.* Posth. *de manut. obseru. 57. num. 62.* vbi plures Rotales decisiones, ideò ex circumstantijs facti tam ante, quàm post motam litem colligendis decidendum erit, an qui petijt reintegra-
21 tionem animo retinuerit ciuilem possessionem, nec ne, itaut illa petitio reintegrationis ad solam naturalem possessionem sit referenda, Rota *decis. 644. par. 1. in recent.* Caualer. *decis. 531. num. 5.* Beltramin. *ad Gregor. decis. 555.* Ferentill. *ad decis. 269. Buratt.* Duran. *decis.23. num.17.*
22 Animus verò retentionis ciuilis possessionis in eo, qui asserit, se spoliatum, colligitur, si dixit, se de facto spoliatum fuisse, & petijt remoueri turbationem de facto illatam, Buratt. *dicta decis.269. nu.4.* & ibi Addent.
23 Secundò colligitur, si, qui petit reintegrari, petit etiam manuteneri, quia tunc, vt saluetur libellus, debet intelligi reintegratio respectu naturalis, de manutenendo verò respectu ciuilis possessionis, Castren. *cons.234. num.1. vol.2.* Natt. *cons.572. nu. 21.* Surd. *cons.160. num.72.* Buratt. *d. decis.269. num. 3.*

Siue manutentio petita sit in libello, siue in commissione, vt de petita manutentione in commissione dixit Rota in pluribus decisionibus relatis ab Addent. ad Buratt. *dicta decis.269. ad fin.*
24 Eo maximè si in petita reintegratione addatur clausula *quatenus opus sit*, quia tunc non censetur amissa ciuilis possessio, Altograd. *cons.74. num.1. lib.2.* Dunoz. iun. *decis.799. nu.8.* Greg. XV. *decis.546. num.14. & decis.555. num.2.* Addent. ad Buratt. *dicta decis.269. num.6.* Rota *in Toletana Parochialis 31. Ianuarij 1625. coram Dunozetto sen. quæ est inter eius impress. decis.342. num.8.*
25 Idem dicendum est, quando quis petit immitti, & manuteneri, quia intelligitur diuersis respectibus nempe immitti respectu naturalis, manuteneri respectu ciuilis, Surd. *dicto cons.160. num.72.* Rota *decis.560. par. 1. in recent.* Coccin. *decis.494. num.6.* Addent. ad Buratt. *dicta decis.160. num.19.* optimè Rota coram Bichio *decis. 600. num. 8. & 9.* vbi de eo, qui petiit immitti
26 cum præseruatiua cuiusuis possessionis tam ciuilis, quàm naturalis, eamque continuando.
27 Tertiò, colligitur animus retinendi possessionem ciuilem, si post petitam reintegrationem quis faciat actus possessorios, vt benè declarat Rota *decis.649. num. 9. & 10. par.2. recent.*
28 Quartò animus, non habendi se pro spoliato elicitur, quando verba, quæ sonant in spolium, sunt turbida, & obscura, Rota *decis. 366. par.1. recent. & decis. 396. par.3. & decis. 427. eadem par. 3.* Posth. *de manut. d. obseru. 57. num.90. & 95.*

Et supradicta tanto magis procedunt, quando petitio reintegrationis, siue alius
29 actus declaratiuus voluntatis, seu animi non possidendi fieret à Procuratore ad hoc non habente speciale mandatum, Greg. XV. *dicta decis.546. nu.13.* & melius *decis.268. num.6.* Rota *decis.268. nu.2. par.4. recent.* Posth. *d. obseru.57. num.46.* Ratio est,
30 quia amissio possessionis pendet ab animo, *l.3. §. in amittenda, ff. de acquir. possess.* Mantic. *decis. 20. num. 2.* Bichius *decis.630. num. 6.* ideò non potest declarari per Pro-
31 curatorem non habentem speciale mandatum, Alex. *cons.73. num.14. lib. 5.* Natt. *cons.230. num.8.* Paris. *cons.3. num.12. lib.1.* Caputaq. *decis.168. par.1.* Gregor. XV. *dicta decis.268. ad fin.* Rota *dicta decis. 268. par.4. recent. num.2.* Bichius *d. decis.600. num.12.* Rota *in dicta Calaguritana Archidiaconatus de Berberiego Veneris 16. Ianuarij 1671. coram bonæ mem. Priolo, §. Comprobatur.*
32 Nec ab eo potest fieri actus talis, ex quo possit inferri, quod Principalis habuerit se pro spoliato, Gregor. XV. *dicta decis. 546.* Addent. *ad eundem Gregor. dicta decis. 268. num. 13.* Seraph. *decis. 769.* Imò
33 eius confessio potest reuocari etiam non docto de errore, Rota *dicta decis.268. nu.2.* vbi aliæ Rotales decisiones referuntur *par.4. recent.* Coccin. *decis.452.* Posth. *dicta obseru.57. num.47.*
34 Et licet Principalis prosequeretur iudicium à Procuratore inceptum, si tamen non constat de eius specifica scientia præiudicij, non censetur facta ratificatio, Rota *dicta decis. 268. num. 2.* Posth. *loco cit. num. 47. in fin.* Secus esset, si scienter rati-
35 ficasset, & approbasset acta Procuratoris, & confessiones ipsius, seu sententiam ab eo obtentam super spolio, Gregor. XV. *d. decis.546. nu.14.* Quæ omnia procedunt, siue simus in corporalibus, siue in incor-
36 poralibus, in quibus datur etiam duplex possessio, ciuilis scilicet, & naturalis, Bartol. *in l.1. num.12. vers. contrarium, ff. de*

acquir. poſſeſſ. Guidopap. *deciſ.629. num.14.* Rota *deciſ.* 649. *num.* 10. *par.* 2. *recent.* Viuian. *de iurepatron. deciſ.86. in fin.*

37 E contrario pariter apparebit ex coniecturis, quem ſe habere pro ſpoliato, itaut inconſtans non poſſit redire ad manutentionis iudicium, vtputa ſi ſimpliciter pe-
38 tiiſſet reintegrari narrando actum poſitiuum ſpoliationis, vt fuit dictum *in Romana Domorum 22. Iunij 1616. coram Vbaldo ſen. quæ eſt inter eius impreſſ. deciſ. 351. nu.2. & 3.* Addent. ad Gregor.XV. *d. deciſ.555. num.* 11.

39 Vel ſi ſimpliciter petat immitti, quia fatetur non poſſidere, Buratt. *deciſ.* 160. *num.*4. cum alijs per Addent. *ad d.deciſ.160. num.*17. Bichius *deciſ.* 630. *num.* 5. & ciui-
40 lem, quam habet, perdit Mantic. *deciſ.*20. *num.* 2. *penès* Garz. *par.* 6. *cap.* 2. *num.*124. Gregor.XV. *deciſ.*46. *num.*4. Caualer. *deciſ.* 534. *num.*6. Addent. ad Buratt. *d.deciſ.*160. Bichius *dicta deciſ.*630. *num.*5.

41 Secus autem ſi petiiſſet, ſe immitti in genere in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum, quia non intelligitur amiſiſſe poſſeſſionem eorum, de quibus poſſeſſionem habet, Duran. *deciſ.*269.

42 Secundò, quando quis pateretur immiſſionem Aduerſarij, quamuis nullam, & attentatam cedendo liti, & bonam fidem agnoſcendo, Rota *deciſ.*644. *num.* 6. *par.*1. *recent.* imò iſto caſu ſufficit, quod quis ſuſpicetur ſe poſſe repelli, Mohed. *dec.*84. Rota *deciſ.*641. *num.*7. *par.*1. *diuerſ.*

43 Tertiò, colligitur animus non poſſidendi, quando à mandato de manutenendo non fuerit appellatum, vel alias appellatio non proſecuta, quia ex huiuſmodi acquie-
44 ſcentia, & patientia videtur amiſſa poſſeſſio, Bart. *in l.*1. *§. huius autem num.3. verſ.2. ff. vti poſſid.* Bald. Alex. & alij *in l. ſi duo, §. Si fortè, ff. de acquir. poſſ.* Bald. *de præſcript. par.* 4. 3. *par. princip. quæſt.* 5. *num.* 4. Rip. *in l. quo minus num.* 133. *ff. de Flumin.* Natt. *conſ.* 522. *num.* 16. Rota *deciſ.* 712. *par.* 4. *diuerſ. num.* 4. *& deciſ. Camerinen. Penſionis coram Gypſio* penès Marcheſ. *de comm. par.2. ſuper attentatis tom.* 2. *num.* 11. *pagin.* 38. Rota poſt Poſth. *de manutent. deciſ.* 469. *num.* 11.

45 Daretur tamen inconſtantia in Prælato, qui licet habeat ſe pro ſpoliatio, nihilominus ſi agat nomine Eccleſiæ, & non pro-
46 prio poterit manutentionem petere, cum non poſſit Prælatus præiudicare Eccleſiæ, nec etiam in poſſeſſione, Seraphin. *deciſ.* 1417. *n.*3. latè *in Theatina Iuriſdict. S. Ioann. Veneris* 10. *Maij* 1621. *coram bonæ memor. Coccino*, & in pluribus alijs deciſ. relatis à Poſthio *d. obſeruat.*57. *nu.*102. & præſertim in illis *Colimbrien. præſtimoniorum coram Dunoz. deciſ.*327. *num.*15. *& deciſ.*330. *num.*20. *& inter eius impreſſ. deciſ.*231. *&* 252. *& in illa Sabinonen. Syluæ coram Emin. Panzirolo*, *penès eundem* Poſthij *tractat. deciſ.*469. *nu.*12. *&* 16. idem Poſthius *vt ſupra*, vbi ampliat in Eccleſia contra aliam Eccleſiam, Rota *poſt eundem tract. deciſ.*518. *&* 631.

47 Quemadmodum etiam Rectori nomine Eccleſiæ competit reintegratio, quamuis ceciderit à poſſeſſione proprio facto, Caputaq. *deciſ.*170. *par.3.* Rota *penès Marcheſ. to.*1. *fol.*103. *& deciſ.*473. *num.*2. *par.*2. *in recent.* Addent. ad Gregor. XV. *deciſ.* 116.

48 Diuerſum tamen eſt reſpectu pupilli, quia Tutor poteſt præiudicare pupillo in poſſeſſione etiam malè, & nulliter alienando, ideo nec pupillo competit retentio, nec manutentio, Rota *deciſ.*93. *par.*2.
49 *diuerſ. per totam*, ratio eſt, quia licet tutor non ſibi, ſed pupillo poſſideat, *l. quamuis, §.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Rota *in Romana Domus Lunæ* 18. *Februarij* 1669. *coram b. m. Beuilaqua, §. Reſpectu verò*, nec poſſit per actum fictum poſſeſſionem transferre in
50 præiudicium pupilli, vtputa per aſpectum, conſtitutum, vel alium ſimilem, Doctor. *in l.*1. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Tiraquell. *de conſtit. limit.*15. *par.*3. Dunoz. iun. *dec.*171. *num.*7. vbi hoc procedere volente pupillo,
51 & eo impugnante contractum, & dante de illius nullitate, ſecus verò illo tacente, ex Tiraquell. *d. limit.*15. *num.*3. *verſ. tamen ſi Tutor.*

Benè tamen poteſt Tutor transferre per actualem traditionem, & ſic per actum verum, Alex. *in dicta l.*1. *nu.*90. Rip. *nu.* 67. Ruin. *in vltimis verbis*, Soccin. iun. *nu.*462. Rot. *dicta deciſ.* 93. *num.* 10.

Cauendum eſt igitur à Menoch. *de recup. remed.*15. *n.*191. & à Neuizan. *conſ.*85. *n.*13. & à Natt. *conſ.* 162. *nu.*24. *lib.*1. qui tenue-
52 runt, pupillo competere remedium *Canon. reintegr.* pro re ſua nulliter, & ſine ſolemnitatibus alienata, quia Menoch. & Neuizan. mouentur auctoritate Alexan. *conſ.* 1. *ad fin. lib.* 4. qui id non dicit Natta verò loquitur incidenter, vt benè aduertuit Rota *dicta deciſ.*93. *num.*14.

Pariter cauendum eſt à Beroio *conſ.* 48. *num.*14. *&* 15. *lib.*3. & à Rolando *conſ.* 60. *num.*21. *lib.*4. quia iſti fundantur in auctoritate Alex. *in l.*1. *§. Si vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. num.*4. qui tenet contrarium, vt dicit Rot. *dicta deciſ.*93. *num.*14.

Pariter explicandus eſt Textus *in l. qui fundum, §. Si Tutor, ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi dicitur, Tutorem ſpoliare pupillum, ibi,
53 *nam cum pupillum ſpoliat*; Quia ille Textus loquitur, quando Tutor ſubripit rem pupilli, & ita eum ſpoliat tanquam fur, & extraneus, non vti Tutor, vt bene illum Textum explicat Syluest. Aldobran. *in §. fin. inſtit. de auct. Tut.* Rota *d. deciſ.*93. *num.* 12. Secus autem, quando actus geri-

tur à

54 tur à Tutore tanquam à Tutore, licet malè, quia tunc administrat, & loco domini habetur, *dicto* §.*Si Tutor*, *& l.interdum la* 2. §.*Qui Tutelam*, *ff. de furt.* Rota *dicta decis.* 93. *num.*13. & tunc de mala administratione tenetur actione tutelæ, Rota *vt supra*.

55 Quæ tamen omnia intelliguntur, quando cum tutela decreta est administratio bonorum, secus tamen, si non constaret de administratione decreta, quia tunc Tutor possessionem non transfert, Seraphin. *decis.* 135. *num.* 3. *& decis.* 439. *par.* 1. *diuers.*

QVÆSTIO XVIII.

ARGVMENTVM.

An detur inconstantia, & variatio in Reo circa exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Reus proposita vna exceptione potest inconstans ad aliam conuolare.*
2 *Quid si exceptiones essent contrariæ, & numer. seq.*
4 *Homicidium negans, & de eo conuictus potest conuolare ad exceptionem quod ad sui defensionem id fecerit.*
5 *Titulus duplex puta iuris communis, & priuilegij, vel priuilegij, & præscriptionis potest à reo pro sua defensione allegari.*
6 *Maxime in Beneficialibus.*
7 *Multiplicatio titulorum, etiam à diuersis Collatoribus prouenientium in beneficialibus admittitur.*
8 *Reus producens titulum inualidum non potest inconstans conuolare ad titulum validum.*
9 *Tituli inualidi productio facit cessare præsumptionem melioris.*
10 *Exceptiones diuersæ, & plures possunt à reo deduci etiam in gradu appellationis.*
11 *Exceptiones contrariæ per quarum alteram actor grauatur iure probandi an simul opponi possint.*
12 *Numerationem pecuniæ negans an simul possit excipere de solutione.*
13 *Vnica exceptione non potest reus contraria deducere.*
14 *Exceptiones contrarias permittitur reo simul allegare, non autem probare.*
15 *Exceptiones contrarias potest reus proponere conditionaliter, & successiuè non vno, & eodem tempore.*
16 *Exceptiones contrarias deducere non potest reus quando lex resistit.*
17 *Reus, qui succubuit in vna exceptione, quam proposuit volens transire ad aliam, tenetur ad expensas respectu exceptionis, in qua succubuit.*

DIC, licitam esse inconstantiam, & varietatem in Reo excipiente, qui proposita vna exceptione ad aliam
1 conuolare potest, *l. nemo*, *ff. de except.* & ibi Gloss. *cap. Nullus pluribus, de reg. iur. in* 6. Bertrand. *conf.* 190. *vol.* 1. Gabriel *de act. conclus.* 1. *num.* 10.

2 Et hoc dictum procedit etiamquod exceptiones essent contrariæ, Gloss. *in cap.* 1. *vers. ad hoc dico* 13. *quæst.* 2. Gloss. *in regul. nullus, in verb. defensionibus, de reg. iur. in* 6. & ibi Soccinus *in principio*, Aret. *in* §.*actionum col.* 7. *vers. non est necessarium*, *Institut. de action.* Canonistæ *in cap. Imputari, de fid. instrum.* cum alijs, quos adducit Gabriel *d. conclus.* 1. *num.* 11. Cagnol. *in l. nemo ex ijs*, *num.* 3. *ff. de reg. iur.* Quod tamen de-
3 clara secundum Bellamer. *in dicto cap. imputari num.*19. vt procedat in contrarietate iuris, non autem in contrarietate facti per exempla ab eo relata, latè Cagnol. *dicta l. nemo ex ijs, num.* 9. Et propterea infertur, quod, si quis prius negauerit occidisse
4 hominem, demum conuictus de homicidio possit conuolare ad aliam exceptionem, nempe occidi ad meam defensionē, Bart. *in l. cum de indebito, in principio*, *ff. de probat.* & in Auth. *contra qui propriam, in fin. vers. & per hoc dico*, *C. de non numer. pecun.* cum alijs per Gabrielem *loco citato num.* 11. *vers. hinc infertur*, latè Farinacc. *de Reo confesso*, *& conuicto quæst.* 81. *cap.* 4. *num.* 119.

Secundò, infertur quod quis potest duplici titulo se defendere, & iuuare, puta
5 iure communi, & priuilegio, vel duplici titulo, priuilegio scilicet, & præscriptione iuuari, Franch. *d. cap. Nullus pluribus, de reg. iur. in* 6. Gemin. *in cap. personæ, de priuileg. in* 6. Felyn. *in cap. Pastoralis colum.* 5. *de except.* Dec. *conf.* 55 *col.* 3. Cagnol. *in in dicta l. nemo ex ijs*, *num.* 8. Paris. *in cap. Cum veniens, num.* 11. *&* 12. *de præscript.* Rota *decis.* 438. *numer.* 16. *post tractatum* Posthij *de manut.* *& decis.* 491. *nu.* 6. *par.* 3. *recent.*

6 Maximè in Beneficialibus, *cap. post electionem, de concess. præbend.* Cassad. *decis.* 3. *in fin. de caus. possess. & propriet.* Rota sæpissimè, vt *in decis.* 489. *in fin. par.* 2. *recent.* *& decis.* 622. *numer.* 2. *par.* 4. *decis.* 90.

par. 11. *num.* 2. *decis.* 290. *num.* 5. *par.* 12. *recent.* vbi de multiplicatione titulorum
7 etiam à diuersis Collatoribus prouenientium.

8 Quæ conclusio habet locum, quando tituli sunt ambo validi, secus si vnus sit inualidus, & alter validus, si enim inualidus à Reo produceretur, non posset postea inconstans conuolare ad titulum validum, Rota *decis.* 578. *num.* 3. *vers. quia respondetur, par.* 3. *recent.*

9 Aduerte tamen, quod productio tituli inualidi facta à Reo facit cessare præsumptionem melioris tituli, Rota *par.* 10. *recent. decis.* 336. *num.* 30. Roxas *decis.* 80. *num.* 7. *cum seqq. & decis.* 99. *num.* 11. Dunoz. iun. *decis.* 905. *num.* 8.

10 Procedit non solùm in prima instantia, sed etiam in causa appellationis, Soccinus *in l. is, qui, ff. de except.* Cagnol. *in dicta l. nemo ex ijs, ff. de reg. iur. num.* 4. *in fin.*

11 Illicita autem erit inconstantia in Reo exceptiones contrarias proponente, si grauaret Actorem onere probandi, vt si negaret pecuniam esse numeratam, & demum diceret soluisse, nam istæ exceptiones simul proponi non possunt, Bart. *dict. l. nemo,* Franch. *d. cap. nullus*, Cagnol. *d. l. nemo num.* 14. & ibi Soccin. Felynus *in d. cap. Pastoralis*, & alij, quos allegat
12 Gabriel *loco citato num.* 17. quamuis contrarium teneat Dec. *d. l. nemo,* quem tamen reprobat Cagnol. *vbi supra*.

13 Secundò, illicita est in Reo inconstantia, si in vna exceptione proponeret contraria, *l.* 2. & ibi Angel. *ff. quando appell. sit,* Dec. *d. l. nemo,* & ibi Cagnol. *num.* 13. Gabriel *loco cit. num.* 16.

14 Terriò, illicita erit inconstantia in Reo, si vellet contrarias illas exceptiones probare, nam licèt admittatur ad eas allegandas, non tamen admittitur ad illas probandas, Soccin. *d. l. nemo in principio*, & ibi Cagnol. *num.* 12. Felyn. *d. cap. Imputari, vers. quinta declaratio, de fid. instrumen.* cum alijs per Gabrielem *loco cit. num.* 15.

15 Quartò, illicita erit inconstantia, si exceptiones contrarias Reus vellet vno, & eodem tempore proponere, debet enim illas vel conditionaliter, vel successiuè proponere, Cardin. *d. cap. Imputari, de fid. instrum.* Felyn. *d. cap. Pastoralis num.* 5. *de except.* Dec. *d. l. nemo,* cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 19. & 20.

16 Quintò, illicita est inconstantia in Reo proponente contrarias exceptiones, quando lex resistit, Cagnol. *d. l. nemo, num.* 15. latè Gabriel *loco cit. num.* 21. & 24.

17 Declara tamen, quod licèt Reo permittatur inconstantia, si tamen in vna exceptione succubuit, & vult transire ad aliam, non euitat condemnationem expensarum respectu exceptionis, in qua succubuit, Bertrand. *cons.* 383. *num.* 3. Gabriel *loco cit. num.* 23.

QVÆSTIO XIX.

ARGVMENTVM.

An licita sit variatio Actori in libello, & quando Actor post litem contestatam possit inconstans liti renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Libellum mutare, vel emendare potest Actor inconstans vsque ad litem contestatam.*

2 *Quæ de emendatione libelli dicuntur, habent etiam locum in illius mutatione.*

3 *Litis ante contestationem non dicitur quis agere, sed velle agere.*

4 *Lis non dicitur subesse, nisi sit contestata.*

5 *Actor, & Reus non dantur ante litem contestatam.*

6 *Actor, qui iurauit velle in priori actione persistere adhuc mutare, & emendare potest libellum ante litem contestatam.*

7 *Hæres libellantis ante litem contestatam mutare, & emendare potest libellum.*

8 *Hæres an possit declarare libellum à defuncto porrectum.*

9 *Periculum causæ introductæ à defuncto totum transit in hæredem.*

10 *Facultas declarandi competens defuncto quando in hæredem transeat.*

11 *Arbitrium morte finitur.*

12 *Procurator an, & quando declarare possit voluntatem principalis.*

13 *Procurator potest declarare, & emendare libellum ante litem contestatam.*

14 *Procurator in vtilitatem principalis potest ex mandato generali gerere, quæ requirerent mandatum speciale.*

15 *Libellum ante litem contestatam an semel tantùm, vel etiam pluries mutare, & emendare liceat.*

16 *Dedecori proximum est sæpius in vna causa variare.*

17 *Iudicis arbitrio remittitur an sæpiùs liceat libellum mutare, vel emendare.*

18 *Æquitate suadente etiam post litem contesta-*

tam potest Iudex pro eius arbitrio admittere mutationem, & emendationem libelli.
19 *Partibus consentientibus Iudex potest admittere libelli mutationem, & emendationem etiam post litem contestatam.*
20 *Mutatio libelli non admittitur nisi refectis expensis.*
21 *Quid si partes consentiant mutationi.*
22 *Libelli mutatio, seu emendatio admittitur in causis tam ciuilibus, quàm criminalibus.*
23 *Quid si in criminalibus emendatio, seu mutatio libelli saperet desistentiam ab accusatione.*
24 *Accusator non potest inconstans ab accusatione desistere.*
25 *Accusator desistens ab accusatione punitur pœna Turpiliani.*
26 *Actor, cui fuit præfixus terminus ad proponendam actionem non potest mutare, vel emendare libellum etiam ante litis contestationem.*
27 *Quid in accidentalibus.*
28 *Libellus nec mutari, nec emendari potest etiam ante litem contestatam, quando ex eo fuit parti quæsitum ius.*
29 *Per productionem libelli aduersus transactionem iuramento firmatam dicitur quæsitum ius parti.*
30 *Pœnitentia sera periurij labem non detergit.*
31 *Confessio emissa in libello an, & quando possit per Actorem reuocari ante litem contestatam.*
32 *Libellus porrectus coram Iudice habente iurisdictionem limitatam in certis causis ante litem contestatam mutari non potest, vel emendari.*
33 *Libellus generalis, & incertus admittitur parte non opponente.*
34 *Tam in iudicio ordinario, quàm in summario.*
35 *Quid si producatur coram Iudice habente iurisdictionem limitatam.*
36 *Libellum in causa appellationis an, & quando mutare, vel emendari liceat.*
37 *Probationes in gradu appellationis coadiuuare permissum est.*
38 *Libelli mutatio, vel emendatio post litem contestatam illicita est.*
39 *Clausula* Saluo iure addendi, & minuendi *apposita in libello an suffragetur, vt post litem contestatam mutari, vel emendari possit, & num. 41.*
40 *Protestatio nil operatur, quando tempus est taxatum à lege.*
42 *Libelli mutatio, vel emendatio post litis contestationem non admittitur, quamuis partes consentiant.*
43 *Litis contestatio, vel alij actus substantiales iudicij non possunt tolli partium consensu.*
44 *Consensus partium nil valet in his, quæ à iuris definitione substantiam capiunt.*
45 *Libelli mutatio, vel emendatio post litem contestatam an sit illicita tam in iudicio vniuersali, quàm in particulari, & num. seqq.*
46 *Petitionis hæreditatis iudicium vniuersaliter intentatum competit pro omnibus, quæ extabant apud Reum conuentum de tempore executionis, quamuis ad eum peruenerint post causæ introductionem.*
47 *Libelli mutatio, vel emendatio non est necessaria in generali iudicio petitionis hæreditatis pro rebus peruentis ad Reum conuentum pendente lite, & de ratione.*
48 *Iudicio petitionis hæreditatis restricto ad certam rem particularem an possit post litem contestatam, variari, vel emendari libellus pro alijs rebus.*
49 *Hæres institutus in re certa, & eandem certam rem petens in iudicio petitionis hæreditates post litem contestatam non potest declarando, seu mutando libellum aliam rem petere.*
50 *Actor petens partem, seu dimidiam hæreditatis non potest post contestatam litem variare libellum, & petere totam hæreditatem.*
51 *Quid si portio non petita superueniret post litem contestatam, & num. seqq.*
52 *Portio hæreditatis non petita per cohæredem accrescit cohæredi petenti portionem suam.*
53 *Non tamen ità accrescit vt censeatur comprehensa in eodem libello, in quo petierat portionem suam.*
54 *Libellus super petitione totius hæreditatis conceptus ab hærede, cui competebat illius dimidia conualidatur superueniente sibi alia portione.*
55 *Hæredibus omnibus petentibus partem suam, portio per eorum alterum pendente lite repudiata alteri accrescit, etiam ad effectum prosequendi litem inceptam.*
56 *Coniunctus dicitur quasi substitutus.*
57 *Libellus in iudicio generali restrictus ad certam speciem post litem contestatam, non potest emendari per additionem alterius speciei.*
58 *Redditione rationis Tutori, vel administratori petita de certis effectibus, puta de frumento, non potest post litem contestatam superaddi alia species in eodem libello.*
59 *Actio generalis potest generaliter proponi, & generaliter prosequi.*
60 *Actione generali generaliter proposita admittitur emendatio libelli.*
61 *Libelli emendatio post litem contestatam non datur in actione generali specialiter prosecuta.*
62 *Prosecutio iudicij magis attenditur, quàm petitio.*
63 *Iudicium dicitur particulare etiamsi actio sit generalis, quando illius prosecutio fuit particularis.*
64 *Libellus in actione generali propositus super petitione singulari, & prosecutio litis pariter singularis operantur, quod post litem*

QVÆSTIO hæc tractatur à Doctoribus *in l. edita, C. de edend.* & statuenda est conclusio, libellum
1 posse mutari, vel emendari vsque ad litem contestatam, Doctores *in dicta l. edita,* vbi Dec. *num.* 28. Castrens. *nu.*77. Ripa *nu.*37. Cagnol. *num.* 67. Bart. *num.* 1. Alex. *nu.* 4. Iason *num.* 13. Alciat. *num.* 31. Albericus *num.* 13. Fulgos. *num.* 3. Gilkenius *nu.* 13. Felyn. *in cap. Præsentium, num.* 27. *extr. de testibus,* Gail. *obseru.* 74.*num.*4.*lib.*1. Facch. *controuers. lib.*11. *cap.* 100. Menochius latè *de arbitr. cas.* 176. *num.* 24. Giurb. *decis.*10. *num.*4. Bellonus *de interuall.cap.*144. *num.*2. Duran. *decis.* 375. *num.* 12.

2 Dixi *mutari, vel emendari,* quia quæ tradunt Doctores circa emendationem, habent locum in mutatione, Seisell. *in dicta l. edita, num.* 7. Pandus *in pragmat. dispendia num.* 123. Borell. *in Summ. decis. de libell. oblat. tit.* 49. *num.* 97. Ratio autem
3 quare in libello detur inconstantia vsque ad litem contestatam, est, quia ante litis contestationem, non dicitur quis agere, sed velle agere, *l. amplius non peti, ff. rem*
4 *rat. hab.* imò nec dicitur subesse lis, *dicta l. edita,* ibi *speciem futuræ litis,* nec eo
5 tempore datur Actor, vel Reus, Baldus *in Auth. litigiosam, C. de litigios.* Menoch. *d. cas.* 176. *num.* 24.
6 Et hæc inconstantia habet locum, quamuis Actor iurasset, se velle in priori actione persistere, Cagnol. *d. l. edita nu.* 184. *vers. ampliatur regula multis modis.*
7 Proceditque non solùm in principali, sed in hærede libellantis, qui poterit libellum mutare, quamuis illum declarare non
8 possit, vt post Aquen. tenet idem Cagnol. *loco citato,* Gilkenius *d. l. edita, num.* 28.

Decius tamen *d. l. n.* 50. & Iaf. *d. §. nihil commune, num.* 96. non priuant hæredem
9 facultate declarandi libellum, per Text. *in l. si quis filio* 32. *§. si quis plures, ff. de legat.* 1. vbi hæres in eligendo declarat voluntatem defuncti, & per alia iura relata à Gilkenio *loco citato, num.* 30. cum enim peri-
10 culum totius causæ ad illum transeat, non videtur arcendus à prædicta facultate, *l. hæredem, ff. de regul. iur.* & cum hac opinione residet idem Gilkenius, cui libenter subscribo, nam regula illa, quod facultas declarandi non transeat ad hæredem, procedit in his, quæ merè sunt arbitraria Testatori, cuius arbitrium morte
11 finitur, non autem in his, quæ possunt dependere ab aliquo alio extrinseco, quid enim si errore ductus Testator libellum obscurum, porrexisset, ex qua obscuritate damnum hæredi inferretur, non videtur reijcienda hæc facultas declarandi, itaut illa vti non possit vti hæres, ne permaneat in damno, quia tunc quasi iure proprio hæres habet ius declarandi ad notata per Burgos. de Paz. *in relection.* 1. *legis, Tauri num.* 427. *vers. nec obstat,* Caldas Pereira *de nomin. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 29.

12 Quod dicimus de hærede, idem dicendum est de Procuratore; quamuis enim ius declarandi voluntatem principalis non transeat ad Procuratorem, vt voluit Bald. *in d. l. edita, num.* 57. Corn. *num.* 20. Roman. *num.* 8. Iason *num.* 26. Cagnolus *num.* 130. Hoc tamen procedit, quoties-
13 cunque ius Domini efficeretur deterius, secus autem si meliorem causam Domini redderet mutando, & emendando, vel declarando libellum, & hanc opinionem tenet Gilkenius *d. l. edita, nu.* 30. Certum est enim Procuratorem ex solo mandato generali posse gerere vtilia pro principali,
14 quamuis etiam speciale requireretur, vt voluit Anchar. *in cap. qui ad agendum, de Procur. num.* 3. cum alijs per Rotam *in Romana, seu Veliterna affictus* 28. *Iunij* 1647. *coram clar. mem. Bichio,* quæ est *decis.* 316. *inter eius impressas num.* 15. & in eadem causa *decis.* 500. *num.* 28. *coram eodem.*

15 Habetque locum hæc inconstantia non solùm semel, sed bis, & pluries, vt voluit Dec. *in d. l. edita num.* 14. Menoch. *dicto cas.* 176. *num.* 35. *vers. secunda est opinio,* Bart. *cons.* 117. *num.* 4. *lib.* 1. Tuschus *litt. L, conclus.* 322. *num.* 25. Ioannes Bolognett. *d. l. edita num.* 30. qui tamen opinatus est bis tantùm variationem esse permissam.

Contrarium quod semel tantùm, & non bis, nec pluries licita sit inconstanti, voluere *in dicta l. edita,* Aretinus *num.* 5. Bartholom. Soccin. *num.* 5. Corn. *num.* 21. Purpurat. *nu.* 50. Iason *nu.* 27. Alciat. *nu.* 54. Misinger. *§. si minus num.* 29. *de act.* Bald. *l. fin. ff. de codicill.* Felyn. *cap.* 2. *de tregu. & pac.* & latè probat Menoch. *loco cit. nu.* 35. Rota *par.* 1. *diuersor. decis.* 256. *num.* 8. Gilkenius *d. l. edita num.* 22. qui hanc opi-
16 nionem dicit esse veram, cum dedecori proximum sit sæpius in vna causa variare, *l. quæ omnia ff. de Procur. cap. Qualiter, & quando, de accusat.*

17 Sed dic, vlteriorem inconstantiam, & variationem in libelli mutatione, vel emendatione repositam esse in arbitrio Iudicis, si iustam causam inconstantiæ
18 ipse perpendat, Purpurat. *d. l. edita, nu.* 60. Costa *var. iur. ambiguitatum lib.* 1. *cap. vlt.* Menoch. *d. cas.* 176. *num. fin.* Gilkenius *d. l. edita, num.* 22. *ad finem,* Facchineus *dicto lib.* 11. *controuers. cap.* 94. *in fin.*

19 Imò in arbitrio Iudicis positum esse, si æquitas id permittat, puta, si partes consentiant mutationi, etiam post litem contestatam admittere libelli mutationem, & emendationem, Bald. *in d. l. edita in lectura Perusina num.* 55. Purpuratus *num.* 313. Gilkenius *nu.* 313. Marc. Ant. Maceraten. *var. resolut. resol.* 83. *num.* 7.

20 Et quamuis non admittatur inconstantia, & variatio in mutatione libelli, nisi refectis expensis, Iason *l. sancimus, num.* 14. *C. de indicijs, & in d. §. nihil commune nu.* 69. Hippolyt. de Marsil. *in l. Patre, vel marito num.* 73. *ff. de quæst.* Balb. de Mocrouejo *cap.* 1. *de libell. oblat. num.* 30. in casu tamen
21 *supra* tradito expensæ refici non debent, Baldus, Purpuratus, & Gilkenius *loco cit.*

22 Tertiò, habet locum inconstantia non solùm in causa ciuili, sed etiam in criminali, Bartolus *d. l. edita, num.* 2. Anan. & Abb. *dicto cap.* 2. *de libell. obl.* & ibi Felyn.

num. 13. Baldus *in l. accusationem in fin. C. qui accus.* Guazzin. *defens.* 3. *cap.* 5. *num.* 2.
23 Quod tamen intellige, nisi emendatio, vel mutatio libelli saperet aliquo modo
24 desistentiam ab accusatione, quia non solùm illicita esset inconstantia, sed Accusator puniretur pœna Senatus-consulti,
25 Turpil. *de qua in l.* 1. §. *si qui autem, ff. ad Turpil.* vt post Baldum tenet Felynus *dicto cap.* 2. *num.* 13. *vers. sed intellige sanè*; De qua re quando liceat in Accusatore inconstantia, dicemus *infra*.
26 Cessabit autem primò inconstantia etiam ante litem contestatam, si Actori præfinitum sit tempus, intra quod actionem proponere debeat, Bart. *dicta l. edita, num.*3. Alex. *num.* 6. Aret. *num.*5. Barthol. Soccin. *num.*6. Bald. *in repet. Paduan. nu.*17. Corn. *num.* 21. Iason *num.* 20. Romanus *num.* 87. Fulgos. *num.* 3. Purpurat. *num.*61. Dec. *num.* 36. Gilkenius *num.* 19.
27 Quod tamen intelligas, si vellet Actor mutare, vel emendare libellum in substantialibus, non verò in accidentalibus, Alex. Aret. Purpurat. *loco superius cit.* Misinger. §. *fin minus num.* 29. & ibi Iason *num.* 8. *de action.* Felyn. *in cap.*2. *de libell. oblat. nu.*4. & ibi Abb. *nu.*24. Soccin. *nu.* 125. Gilken. *d. l. edita num.* 19. *in fin.*
28 Secundò cessabit etiam ante litem contestatam inconstantia, si ex productione libelli sit ius parti quæsitum, Alexand. *d. l. edita, num.*7. Purpurat. *num.*59. Alciat. *num.*53. Cagnol. *num.*159. Gilkenius *nu.*23. Misinger. *d.* §. *fin minus, num.* 29. Felynus *in cap. Significantibus, de libell. oblat. num.* 4.
29 Quod posset succedere, si quis contra transactionem iure iurando firmatam
30 libellum produxerit, vt inquit Gilkenius *d. num.* 23. nam sera pœnitentia hanc labem non detergeret.
31 Tertiò, cessabit inconstantia ante litem contestatam, si Actor vellet confessionem in libello factam reuocare, Alex. *dicta l. edita, nu.*2. Soccin. *num.*6. Gilkenius *nu.*24. Felyn. *d. cap.* 2. *num.*4.

Sed hæc conclusio recipit easdem declarationes, quas adducemus in ea quæstione, an, & quando in confessione detur inconstantia, & sufficiat hic dicere, nonnullos putasse cessare inconstantiam in hoc casu, si libellus Reo traditus est, Iason *num.*7. Alciat. *num.* 55. Purpurat. *num.* 56. *in d. l. edita,* Angel. *d.* §. *fin minus, num.*26. Ias. *num.* 9. Misinger. *num.* 29. cum alijs per Gilkenium *num.* 24.
32 Quartò, cessabit inconstantia etiam ante litem contestatam in emendatione, & mutatione libelli, quando ille porrectus est coram Iudice, qui iurisdictionem limitatam in certis tantùm causis habeat, Iason *l.* 1. *num.* 4. *ff. de edend.* Dec. *dicta l. edita num.* 7. Gilken. qui alios *num.* 31.
33 Cui affine est, quod licèt libellus incertus, & generalis, si pars non opponat procedere soleat, *l. fin. ff. de annal. exception.* Rota *decis.* 256. & 257. *par.* 1. *diuers.* siue
34 simus in iudicio ordinario, siue summario, Rot. *in citatis decisionibus*.
35 Hoc tamen locum non habet, si producatur coram Iudice, qui limitatam habet in certis causis iurisdictionem, Innocentius *in cap. Cum sit generale, de for. compet.* Iason *l.* 1. *num.* 4. *ff. edend.* Dec. *d. l. edita num.* 7. cum alijs per Gilkenium *loco citato nu.* 31.
36 Quintò, cessabit inconstantia in causa appellationis, Roman. *d. l. edita num.* 117. & 118. Alex. *nu.*13. Corn. *nu.* 24. Purpur. *num.*71. Alciat. *num.*47. & 62. Dec. *num.*54. Iason. *num.* 27. Gilken. qui plures alios *num.* 32. addo Ruginell. *de appellat.* §. 10. *gloss.*3. *num.*8. Scacc. *eodem tract. quæst.*11. *num.* 36.

Sed hæc conclusio intelligitur de libello in priori instantia producto, non autem de libello in causa appellationis præsentato, quia & hunc ante litem contestatam mutare, vel emendare Actor poterit, Roman. *in d. l. edita num.*117. Dec. *nu.* 54. Gilken. *num.* 34. qui subiungit, hoc procedere, dummodo in libello appellans
37 non mutet ea, quæ in libello prioris instantiæ comprehensa sunt, quamuis supplere, quæ ibi desunt, & articulos veteres nouis additionibus coadiuuare possit, *l. per hanc, ff. de temp. appellat.* Post litem verò contestatam, illicitam omnino esse incon-
38 stantiam in mutatione, vel emendatione libelli, Gloss. *dicta l. edita, verb. emendari,* Cyn. *num.*19. Odofr. *num.*13. Bartol. *nu.* 6. Alberic. *num.*13. Corn. *num.*22. Alex. *nu.*5. & 9. Aret. *num.*4. Barthol. Soccin. *num.*4. & 9. Roman. *num.*97. Castren. *num.*5. & 6. Alciat. *num.*34. Dec. *num.*28. Iason. *num.*13. Purpur. *num.*66. Aret. *dicto* §. *fin. minus nu.*6. Iason. *ibid. num.*6. Felin. *cap.*2. *de libell. oblat. num.*14. Soccin. *num.*132. Gilken. *d. l. edita num.* 36.
39 Quod procedit, etiamquod in libello addita sit clausula *saluo iure addendi, vel minuendi*, Bartol. *d. l. edita num.* 30. Bald. *num.*99. Salic. *num.*17. Iason. *nu.*41. Gilken. *num.* 36. Iason. *in* §. *omnium, de act.* Felyn. *dicto cap.*2. *nu.*14. *de libell. oblat.* & ibi Abb. *num.*28. Soccin. *num.*132. Barbos. *de clausul.* 142. *num.* 1. Cum enim à lege sit tempus
40 taxatum, vltra illud, etiam adhibita protestatione, progredi non possumus, *l. alimenta, ff. de negoc. gest. cap. Inter dilectos, de fid. instrum.* Celsus Vgo *tract. de clauf. pag.* 504. Barbos. *vbi supra*, Gilken. *loco citato num.* 37.
41 Et quamuis Bald. Bellam. & Lanfranc. velint, clausulam hanc operari, si Reus taceat, vel illi clausulæ consenserit, quod etiam tenet Balboa de Mocrouejo *in re-*

lect. cap. 1. *&* 2. *de libell. oblat. num.* 30.

. Non est recedendum tamen ab opinione Iasonis, & Riminaldi *in d. l. edita*, & Aretini *in* §. *Omnium instit. de action.* contrarium sentientium, quibus assentit Gilken. *loco cit. num.* 38.

42 . Secundò, illicita est inconstantia post litem contestatam, etiamquod pars consentiat, Soccin. *dicta l. edita num.* 5. Alexan. *num.* 9. Purpur. *num.* 72. Alciat. *num.* 34. Gilken. *num.* 38. Bald. *in Auth. hoc Sacramentum, de iureiuran. calumn. dan.* & ibid. Celsus *in apostill.* Felyn. *dicto cap.* 2. *num.* 14. Gilken.

43 *num.* 39. Ratio est, quia litis contestatio, & alij actus substantiales iudicij non possunt tolli partium consensu, Gloss. *in cap. de caus. de offic. delegat.* Felyn. *dicto cap.* 2. *num.* 14.

44 Vel secundum Gilken. in his, quæ à iuris diffinitione substantiam capiunt, nihil potest Partium consensus, *l. nemo potest, ff. de legat.* 1. *l. pacta, ff. de pact. l. neque ex Prætorio, ff. de reg. iur.* cum alijs ibi per eum *allegati*.

45 Tertiò, illicita est inconstantia siue simus in iudicio vniuersali, & generali, siue particulari, vt contra Gloss. *in verb. emendari*, & Odofred. *num.* 13. *dicta l. edita* voluere Bartol. *in præd. l. num.* 19. Alberic. *num.* 13. Bald. *num.* 34. Salic. *num.* 11. Fulgos. *num.* 1. Castren. *num.* 12. Alexan. *num.* 3. *&* 4. Roman. *num.* 102. Alciat. *num.* 32. Barthol. Soccin. *num.* 8. Aretin. *num.* 4. Dec. *num.* 25. Corn. *num.* 23. Iason. *num.* 10. *&* 11. Purpur. *num.* 73. Gilken. *num.* 41. Innoc. *dicto cap.* 2. *de libell. oblat.* & ibi Anton. de Butr. Felyn. *dicto cap. Significasti n.* 11. & ibi Mar. Soccin. *num.* 139. Abb. *num.* 21. *&* 25. Angel. *d.* §. *Sin minus num.* 7. Iason. *nu.* 4. Misinger. *nu.* 8. Couuarr. *pract. cap.* 12. *num.* 6.

Cæterum in hac materia vide bene discurrentem, & ratiocinantem Menoch. *dicto cas.* 176. vbi plures distinguit casus.

Primus est, quando in libello petitionis hæreditatis Actor simpliciter petijt, se hæredem declarari, hoc sanè casu, si pendente lite, aliæ res perueniant ad Reum conuentum, illæ continentur sub eodem libello, & petitione vniuer-

46 sali hæreditatis, quæ datur pro restitutione omnium, quæ apud Reum extabunt tempore executionis, *l.* 4. *l. licet minimam, & l. si quo tempore, ff. de pet. hæred. l. hac in fine, ff. si seruit. vendic.* & ideò non est ne-

47 cessaria hoc in casu libelli emendatio, Bart. *d. l. edita num.* 6. Dec. *num.* 2. Couuarr. *pract. cap.* 12. *in fin.*

48 Secundus casus est, quando in libello petitionis hæreditatis Actor petijt vnam rem tantùm hæreditariam sibi restitui, & hoc casu non dari inconstantiam post litem contestatam scripserunt Petrus, Cyn. Bartol. Alexan. Soccin. *dicta l. edita*, vbi Cagnol. *n.* 53. dicit, receptam esse Doctor. opinionem, Menoch. *d. cas.* 176. *num.* 5. vbi latè hanc opinionem defendit ab argumentis Fulgos. Castren. Aret. Rimin. sen. Dec. Curt. iun. *dicta l. edita*, & Didaci Couuarr. *loco cit.*

49 Tertius est casus, quando hæres institutus in re certa eam petijt petitione hæreditatis, hoc casu lite contestata non datur inconstantia rem alteram addendo, Corn. *cons.* 148. *num.* 4. *lib.* 4. Couuarr. *dicto cap.* 12. *in fin.* Menoch. *loco cit. num.* 15.

50 Quartus casus est, quando Actor petijt solùm dimidiam hæreditatis, deinde lite contestata vult emendare libellum, petendo totam ipsam hæreditatem, hoc etiam casu non est licita inconstantia, neque permissa emendatio, Castren *dicta l. edita num.* 6. Alex. *num.* 5. Dec. *num.* 25. Cagnol. *num.* 61. Bolognett. *num.* 58. Menoch. *loco cit. num.* 16.

51 Qui tamen casus declaratur, quando illa portio non petita superuenit Actori post litem contestatam, nam tunc quia portio, quæ superuenit, dicitur contineri sub illa petitione, ideò est locus emendationi libelli, Bald. *dicta l. edita num.* 38. Dec. *ibidem num.* 25. *in fin.* Soccin. *dicto cap.* 2. *de libell. oblat. num.* 15. Contrarium in hoc tenuerunt Alexan. *dicta l. edita num.* 5. Claud. Seisell. *col.* 2. Gozzadin. *num.* 61. Cagnol. *num.* 62. Concordat opiniones Menoch. distinguendo tres casus.

52 Primus est, quando qui solam partem habet, solam petit, & alter cohæres nihil petit, hoc casu, etsi illa portio non petita accrescat ei, qui suam petijt quoad effe-

53 ctum, non tamen ità accrescit, vt dicatur comprehensa sub illo libello, & ità procedit opinio Alexan. Claud. Gozzadin. & Cagnol.

54 Secundus est casus, quando vnus hæredum totam petijt hæreditatem, cum dimidiam tamen petere debuisset, & hoc casu portio superueniens sub petitione prima continetur, & conualidatur iudicium, & sic procedit opinio, Bald. Soccin. & Dec.

55 Tertius casus est, quando ambo hæredes petierunt partem suam, & lite pendente vnus eorum inconstans deseruit iudicium, atque ita portionem suam repudiauit, hoc casu totum alteri accrescit, non tantum quoad ipsum effectum, sed

56 etiam quoad litis instantiam, quæ transit in alterum coniunctum, qui ei dicitur quasi substitutus, *l. quidam testamentum, ff. de vulg. & pupill.* & hoc casu habet locum opinio Baldi, Dec. & sequacium, Menoch. *loco cit. num.* 20. *&* 21. *vers. Tertius est casus.* Sed de his Menochij distinctionibus videndus est doctissimus Facchineus *lib.* 11. *controuers. cap.* 91. *&* 95.

57 Quouerò ad emendationem libelli in iudicio generali, hoc est quando Actor petijt Tutorem condemnari ad reddendam rationem administrationis, & de re vna, puta frumenti petijt, tunc non datur
58 inconstantia addendo aliam speciem administrationis, Alexan. *dicta l.edita num.9.* Iason. *num.13.* Dec. *nu.26.* Curt.iun. *nu.76.* Cagnol. *nu.65.* & reliqui omnes Menoch. *loco cit.num.22.* qui tamen declarat rectius,
59 quod si hæc actio generalis fuit generaliter proposita, & generaliter prosecuta, sicuti fieri posse dicit Iason. *l. licet num. 2.*
60 *C. de iudic.* & tunc admittitur inconstantia in emendatione libelli.
61 Aut actio est generalis, sed prosecutio
62 specialis, & tunc, quia prosecuta magis, quam petita attenduntur secundum Iason. *d. l.licet num.22.* Menoch. *remed.1.recuper. num.177.* non admittitur inconstantia post
63 litem contestatam, quia iudicium dicitur singulare.
64 Aut petitio est singularis, & prosecutio pariter singularis, & tunc absque dubio non datur emendatio libelli post contestationem litis, sic Menoch.*loco cit.num.22.*
65 Quartò, illicita est inconstantia post litem contestatam, etiamquod libellus ineptus, & nullus esset, sic Bartol. *dicta l. edita num. 2.* quem sequuntur Alexan. *num. 15.* Roman.*num.89.* Iason. *num.20.* Dec.*nu.35.* Fulgos. *num.3.*

Contrarium voluit Bald. *in repet.Paduana num.44.* Aret. *num. 6.* Purpur. *num. 103.* Marian. Soccin. *dicto cap. 2. num. 104.* vbi horum opinionem æquiorem dicit,& opus esse noua litis contestatione, vt aduertit Alexan. *num.10.* Gilken. *num.48.*

Quintò dic,illicitam esse inconstantiam siue Actor post litem contestatam, velit
66 emendare libellum circa causam principalem, seu circa accessoria, veluti fructus, vsuras, expensas, quæ ante litem contestatam deberi possent, Bald. *d.l.edita num.27.* Salicet. *num.11.* Fulgos.*nu.4.* Bart. *num. 7.* Dec. *num. 43.* Cyn. *num.20.* Iason. *num. 33.* Purpur. *num. 82.* Gilken. *num.54.* Soccin. *dicto cap. Significantibus, de libell. oblat.num.136.* Iason. *in l.1. C.de iudic.nu.3.* & ibi Castren.*num.8.* Aretin. *circa fin.* cum alijs per eundem Gilken.*dicto num.54.*
67 Sextò dic, illicitam esse inconstantiam post litem contestatam, etiam in causa appellationis, Scacc. *de appellat. quæst. 11. num. 30. & 36.* Gregor. Tolos. *de appellat. lib.6.cap.15.* Crauett. *consf.273. num.7.* cum alijs per Giurb. *decis. 108. num. 4.* Roman. *cons. 381.* Tusc. *littera L, conclus.322. num.4.*
68 Fallit primò hæc conclusio, vt liceat inconstantia, & libelli emendatio, & mutatio in accessorijs, quæ pendente iudicio contingere solent, *l.ædiles,§.Item sciendum, ff de ædilitio edicto*, & hanc opinionem tenet Dec. *d.l.edita nu.44.* Purpur. *num.84.* Gilken. *num.125.*
69 Fallit secundò, si emendatio consisteret in diminutionem rei petitæ, *l. quidam æstimauerunt, ff de reb.credit.* Bartol. *d. l.edita num. 6.* Dec. *num. 41.* Salyc.*num.11.* Corn. *num. 13.* Fulgos. *num. 4.* Castren. *num. 5.* Purpur. *num. 87.* Gilken. *num.126.* qui tamen *num. seq.* intelligit fallentiam, dummodò ex tali petitione nullum ius sit Reo quæsitum, & damna, quæ passus est, Actor reficere velit.
70 Tertiò fallit, si libellus productus sit ineptus, Bartol. *d. l. edita num.10.* Aretin. *num. 6.* Gilken. *num. 128. vers. tertio constituuntur,* Felyn.*cap.ex tenore extra,de rescript. & in dicto cap. significantibus num.16. vers. est vna notabilis fallentia,* Alexan. *cons.77.lib.5.* Abb. *cap. cum dilecti, de empt. & vendit.* Vide quæ *supra* diximus.
71 Quartò fallit, si lis contestata vitiosa sit, Alexan. *d. l.edita nu.11.* Purpur.*nu.119.* Gilken. *num.129.*

Quintò fallit, si incontinenti post litem contestatam, quis sit inconstans, velitque mutare, vel emendare libellum, Alexan. *d. l. edita nu.12.* Iason. *nu.1.* Gilken.*nu.130.* Castr. *in l.Pomponius, §. ratihibabitionis, ff. de Procurat.* quod singulare appellat Felyn. qui sequitur hanc fallentiam *in dicto cap. significasti num. 16. vers. datur etiam alia noua limitatio,* Bolognet. *d. l.edita num.95.* Tiraquell. *de retract. consangu. §.1. gloss.2. nu. 3.* Bellon. iun. *de his, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo cap.144. num.5.*
72 Sextò fallit in illa emendatione,quæ nihil immutat in substantialibus,sed vel tollit verba superflua, vel addit alia ad nitorem eiusdem libelli,Zasius *in dicto §.fin minus num. 8. instit. de act.* vbi inuehit contra quosdam Italos, qui in libello narrauerunt etiam omnes inutiles circumstantias per duo folia, quas ipse resecauit, & solùm vix impleuit medium folium, & cum eos reprehenderet de superfluitate, dicebant, sic fieri oportere, quod narratio sit prolixa; & subiungit Zasius, quod fortè vera dicebant ad exageranda lucra, vt possent maius petere pretium, & ad exagerandas sportulas. Inuehit pariter contra quendam hominem, qui dum faceret libellum, ità dicebat: *Ego Petrutius,qui sum Magister Fribrignen. & fui Decanus facultatis Artium ibi, & eram Rector &c.* & propterea subiungit: *& benè audite quantam stultitiam,* & hanc fallentiam tenet Gilken. *loco cit. num. 131.*
73 Septimò fallit, si per errorem aliud pro alio petitum sit, *§.Si quis aliud, instit.de act.* & ibi Iason. *num. 23.* Zas. *num. 11.* Mising. *num. 31.* Alciat. *d. l. edita num. 48.* Fulgos. *num. 7.* Vlterius *num. 3.* Gilken. *num.132.*

num. 132. Curt. iun. *num.* 151. Tusc. *dicta concl.* 322. *num.* 7.

74 Eo magis si libellus productus sit à Procuratore, quia tunc etiam non docto de errore conceditur emendatio, & mutatio,

75 Rota in simili de positionibus, & articulis productis à Procuratore *decis.* 2. *de confessis in nou. & decis.* 19. *de Procur. pariter in nou. & decis.* 31. *de test. in antiq.* & de libello fuit dictum in causa *Sublacen. bonorum* 14. *Martij* 1601. *coram Litta, & in Granaten. computorum* 7. *Martij* 1617. *coram Coccino, quæ est decis.* 431. *par.* 4. *to.* 1. *recent.*

76 Octauò fallit subsistente iusta causa, quia semper, & quandocunque etiam inuito Aduersario libellus mutari potest, Berou. *cons.* 38. *in fin. lib.* 3. Tusc. *d. concl.* 322. *num.* 19.

77 Nonò fallit in declaratione libelli obscuri, quæ potest fieri vsque ad sententiam, Riminald. sen. *cons.* 172. *num.* 20. *vol.* 1. *& cons.* 445. *vol.* 3. cum alijs per Borell. *in summ. decis. tit.* 49. *num.* 91. ex declaratione

78 enim libelli obscuri nihil noui inducitur, Verall. *decis.* 27. *num.* 6. *lib.* 3. Felyn. *cap.* 2. *col.* 9. *vers. Item illam fallentiam, de libelli oblatione*, Borell. *loco cit. num.* 92.

79 Decimò fallit, si mutaretur libellus per viam renunciationis actioni intentatæ aliã inchoando, Doctor. *d. l. edita*, Berou. *dicto cons.* 38. *num.* 10. *lib.* 3. Tusc. *dicta conclus.* 322. *num.* 16.

80 Idemque esset, si Actor post litem contestatam renunciaret liti, & causæ, refectisque expensis recederet à iudicio, Curt. iun. *d. l. edita num.* 141. *C. edend.* Tusc. *dicta conclus.* 322. *num.* 21.

Neque obstat Authent. *qui semel, C. quomodo, & quando Iudex*, de qua *supra*. Quia ille Textus procedit, quando quis simpliciter vult desistere à lite tergiuersando, & differendo iudicium, quia tunc non datur inconstantia, sed cogitur perseuerare vsque ad finem; secus verò, quando vult omnino renunciare liti, & causæ, vt benè post Angel. *in* §. *Si omnem, in Auth. de litigios.* declarat Felyn. *dicto cap. Significantibus num.* 17. Gilken. *d. l. edita num.* 144. & propterea *legem edita* non esse correctam per dispositionem *dict. Auth. qui semel*, voluere Odofr. *in dicta l. num.* 12. Bartol. *num.* 9. Bald. *repet. Patauina nu.* 49. Alberic. *num.* 14. Salyc. *num.* 13. Corn. *num.* 26. Aret. *num.* 8. Roman. *num.* 120. Alexand. *num.* 14. Castren. *num.* 10. Alciat. *num.* 50. Donell. *num.* 20. Iason. *num.* 28. Decian. *num.* 53. Gilken. *num.* 141. Misinger. *dicto* §. *fin minus num.* 26. Zas. *num.* 11. Aret. *num.* 7. Abb. *dicto cap.* 2. *num.* 27. Felyn. *num.* 17. Soccin. *num.* 144. Angel. *dicto* §. *omnem, in Auth. de litigios.*

81 Quæ quidem inconstantia in renunciando liti, & causæ non solùm habet locum in causis profanis, sed etiam in beneficialibus, *cap. pridem, de pact.* & ibi Innocent. Io. Andr. & Abb. *in cap. gratiæ, de rescript. in* 6. Rota *decis.* 32. *aliàs* 678. *de sentent. & re iudic. in antiqu.* Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *nu.* 26. Licet enim renunciatio in beneficialibus non inducat cessionem iuris, Lancell. *de attent. cap.* 4. *in præfat. num.* 287. habet tamen vim pacti de non petendo, vt post Mil. *in verb. renunciare liti, & causæ*, tradit Crescent. *decis.* 4. *aliàs* 158. *num.* 2. *de restitut. spoliat.* Lancellott. *loco cit.*

82 Hæcque renunciatio valida est etiamsi facta sit à Procuratore speciale manda-

83 tum habente, Bellam. *decis.* 260. Lancell. *loco cit. num.* 288. Imò etiamsi tacitè fiat, puta si litigator facit actum contrarium

84 pendentiæ litis, quia per talem actum censetur in totum liti renunciare, *l. destitisse, ff. de iudic. l. si filius, ff. de minor.* Bald. *in Auth. generaliter, C. de Episc. & Cleric.* Calcan. *cons.* 22. *num.* 6. Lancell. *de attent. loco cit. num.* 291. Gilken. *dicta l. postquam liti num.* 12. vbi exemplificat, quando est cer-

85 tum tempus præfinitum à lege, vel à Iudice, intra quod actus explicari debeat, nam non facto die constituta, videtur litigator à iure suo recessisse.

86 Pariter valida erit renunciatio, si quis vtatur alijs verbis, quam renunciationis, modò verba sint idonea ad renunciationem inducendam, veluti si, secundùm Glossam, cui subscribunt Odofr. *dicta l. postquam liti num.* 1. Corn. *num.* 5. Alexan. *num.* 6. Salyc. *num.* 14. Purpur. *num.* 38. Bart.

87 *num.* 3. adiecerit: *Nolo amplius ad causam venire*, vel *nunquam amplius ad causam veniam*. Sed hæc verba putat Gilken. *dict. l. postquam num.* 14. ità demum importare renunciationem si ex animo, non autem

88 calore iracundiæ prolata sint, qui animus deliberatus eliceretur ex eo, vel quia huiusmodi verba actis adscribi curauit, vel ad postulationem Aduersarij id fieri permittat; vel tertiò si reuera numquam

89 postea ad iudicium accesserit cum facta animum declarent, *l. de quibus, ff. de legib.* Penia *decis.* 204. *sub num.* 4. vbi de eo, qui

90 in termino probatorio à Iudice præfixo, nihil probare iurauit, ex quo facto declarauit animum suum renunciandi liti, ex Cephal. *cons.* 201. *num.* 8. *lib.* 2.

91 Valida simili modo erit renunciatio, licet absente Parte facta sit, Bald. *d. l. postquam num.* 9. Salyc. *item nu.* 9. Alciat. *nu.* 18. Alberic. *num.* 2. Alex. *num.* 8. Iason. *num.* 12. Purpurat. *num.* 69. Rota *decis.* 306. *in nou.* Gilken. *dicta l. postquam num.* 16. & 17.

Contrarium voluere, vt absente Parte, illicita sit inconstantia, & propterea inualida renunciatio, Fulgos. *d. l. num.* 2. Castren. *num.* 2. Donell. *num.* 4. Corn. *numer.* 5.

Cyn. *num.* 5. Angel. *num.* 3.

Concorda has opiniones, vt prior procedat, quando nomine absentis Notarius, vel Procurator illam acceptauit, Bartol. & alij *supradicti*. Et hanc distinctionem asserit communem, Purpur. *num.*78. Gilken. *num.*19. Pen. *decis.*204. *num.*4. *in fine*, Lotther. *de re benef. lib.*2. *quæst.*20.*num.*151. Lancell. *de attent.loco cit.nu.*289. vbi plures adducit Rotæ decisiones, & ex earum

92 mente ampliat, quamuis renunciatio esset facta coram Notario non actuario causæ; secunda verò procedat, cum renunciatio extra iudicium facta sit, vel si in iudicio, in actis tamen iudicialibus inserta non esset, Gilken.*d. l. postquam nu.*21.

93 vbi ait Bart. cautionem, vt Iudex renunciationem nomine Partis absentis acceptet, sibi videri scrupulosam, & ab officio Iudicis alienam, cum regulare sit, quod

94 non petentibus partes non accomodet *l.*4. §.*hoc autem iudicium, ff.de damn.infect.* quod etiam voluit Bald.*ibid.nu.*18. Alciat.*nu.*22. Purpur. *num.* 79.

95 Quod si à Parte demùm fuerit acceptata, & ratificata indubitatum est validam, Gilken. *dicta l. post quam num.*20.

96 Sicuti valida est si Pars interfuit renunciationi, quamuis expresè non acceptauerit, sed tacuerit argumento *l. qui patitur,ff.mandati,* Dec. *dicta l.posteaquam nu.*26. Sichard. *num.* 16. Alciat. *nu.*14. Purpurat. *num.*14. Gilken. *num.*22. Soccin. *cons.* 228. Caccial. *in l.admonendi, ff.de iureiuran.* Ant. de Butr. *cap.fin. extr. de confess. num.* 12. & ibi Abb. *num.*15. Alciat. *de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*21. *num.*6. *&* 8. vbi hanc sententiam communem, & veram appellat Tiraquell. *de retract. consanguin.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 124.

Bene verum est, quod qui renunciauit, inconstans esse poterit vtroque casu, nempe si pars præsens talem renunciatio-

97 nem non amplectitur,& antequam absens illam ratam habeat, Salyc. *d. l.* postquam voluerit *nu.*21.Purpur.*nu.*81.Sichard. *n.*16. Soccin. *num.*5. Aretin. *nu.*4. Alciat. *nu.*19. Gilken. *num.*23. Mascard. *de probat.conclus.* 346. *num.*16.

98 Valida erit quoque renunciatio,etiamsi iudicium cæptum non sit, quamuis enim secundùm Bart.*in expositione gloss.in dicta l. postquam*, voluerit iudicium nullum esse ante litis contestationem, *l.* 1. *ff. de lit. contest. l.amplius, ff.rem rat.haber.* Non inde tamen inferri debet, validam non esse renunciationem, cum eadem ratio vigeat, siue ante, siue post litis contestationem, vt bene probat Gilken. *d.l. postquam nu.*22. 23. *&* 24. & hanc opinionem tenent Bald. *d.l.num.*9. Salic.*num.*6. Alberic.*nu.*2. Corn. *num.*4. Dec. *num.*20. *& seq.* Castren. *num.*4. *&* 5. Aret. *num.* 4. Alex. *num.* 5.

99 Quæ omnia habent locum, siue tractetur de renunciatione actionis in rem, siue in personam, Angel. *num.* 3. Salyc. *num.* 9. Purpur. *num.* 74. Alciat. *num.* 20. Gilken. *num.*29. vbi alios. Imò, quando tractatur

100 de renunciatione actionis in rem sufficere,nudam renunciationem etiam absente Parte factam, voluere Gloss. *dicta l. postquam*, Angel. Salic. Purpur. Alciat. & Gilken. *numeris citatis.*

101 Et in tantum valida est hæc renunciatio litis, itaut post eam non detur regressus ad illam denuò intentandam, vt expresè definit Textus *in dicta l. postquam*. Licet enim Dec. *d. l. nu.*14. dicat aduersus

102 hanc renunciationem dari regressum, quia videtur quis soli instantiæ renunciare, quæ litis nomine significatur, *l. properandum*, §. *fin. l. cum lite mortua, ff. de iud. soluen. cap. forus,* §.1. *de verb. signif. l. nulla, C. de frustator. iudic.* Communis tamen opinio est in contrarium, vt voluere Gloss. *in d. l. in verb. postquam*, Cyn. *nu.* 4. Corn. *num.*1. Angel. *num.*2. Castren. *nu.*3. Bartol. *num.*3. Bald. *num.* 4. Fulgos. *num.*2. Salyc. *num.*4. Alex. *num.*4. Alciat. *num.* 8. Iason. *num.*1. *&* 9. Purpur. *num.* 12. Aret. *num.* 3. Roman. *num.* 15. Donell. *num.* 2. Sichard. *num.* 3. Gilken. *num.* 8. & videtur innuere Rota *decis.* 210. *num.* 10. *par.* 12. *recent.* Litis enim nomine non solùm

103 continetur instantia, sed etiam ipsum ius instantiæ coniunctum, *l.litis* 36. *ff. de verb. significat.* Gilken. *loco cit. num.* 9. 10. *&* 11.

104 Sed regula *l. postquam* limitatur, quando renunciatio non pendet à potestate renunciantis, sed superioris argumento Textus *in cap.Admonet, de renunc. & cap. Nisi, eodem tit. cap.Inter corporalia, & cap. Quando, de translat. Episc.* Gilken. *d.l. postquam num.*39.

Quod tamen intellige iuxta *supra* tradita ex Rotæ *decis.* & Lancell. *de attent.par.*4. *in præfat.num.*488.

105 Secundò fallit in minore, qui si per renunciationem læsus fuerit, potest petere restitutionem in integrum, Salyc. *d. l. postquam num.* 23. Roman. *num.* 21. Decius *num.*30. Iason.*num.*14. Gilken.*num.*40.

106 Tertiò fallit in renunciatione meticulosa, vel dolo extorta, nam in his etiam maioribus non denegaretur auxilium restitutionis in integrum ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa &c. l. sed etsi post Prætorem* 26. §. *fin. ff. ex quib.caus. maior.&c.* Gilken. *d. l. postquam num.* 41. qui dicit,

107 Textum *in d. l. postquam* accipiendum esse de his, qui nullam aliam restituendæ litis causam afferre possunt, quam inconstantiam voluntatis.

108 Quartò fallit in renunciatione conditionali, si conditio non adimpleatur, post

Rot. Lancell. *loco cit. num.* 296.
109 Fallit quintò, quando renunciatio respiceret solummodo instantiam, non autem litem, quia tunc, saltem officio Iudicis daretur licitè inconstantia, Doctor. *d. l. postquam liti*, Lancell. *loco cit. num.* 299. apud quem latè videas, quando per hanc cessionem dicatur extincta lis, maximè in
110 beneficialibus,& vltra eundem vid. Rot. *in Cæsenaten. Iurispatr. 26. Iunij 1648. coram Arguelles, §. non obstat, vsque ad finem*, in qua materia diffusè tractatur *in Hieracen. Beneficiorum 27. Iunij 1653. coram Cerro, §. Cessio*, Dunozett. iun. *decisione* 793. *num.* 6. Rich. *decisione* 507. *numer.* 6.
111 Sed an, qui renunciat liti censeatur id facere, quia inter agendum animaduertit sibi ius non esse in re controuersa? An verò execratione litium, & molestiarum forensium, quia scilicet mauult re carere, quam litigare? An is etiam fuerit fatigatus expensis, & laboribus? An denique amicitia ductus, quam habet cum collitigante? Videndi sunt citati à Tiraquell. *in l. si vnquam, in verb. Donatione largitus à num.*203. *C.de reuocan.donat.* vbi eleganter, & eruditè more suo.

QVÆSTIO XX.

ARGVMENTVM.

Quando Accusator inconstans possit ab accusatione desistere; Et an data desistentia possit ad prosequendam accusationem conuolare. Et quid in crimine adulterij.

SVMMARIVM.

1 *Accusator potest inconstans ab accusatione desistere.*
2 *Cedere quisque potest iure suo.*
3 *Accusator, qui se accusationi non inscripsit, an, & quando possit pænitere, & ab accusatione desistere.*
4 *Accusatione non subscripta per accusantem res dicitur integra.*
5 *Accusator re integra potest pænitere.*
6 *Quid si accusati fama per libellum, vel per dictum ipsius accusatoris sit denigrata.*
7 *Accusator, qui solummodo preces obtulit Principi contra accusatum, potest inconstans ab accusatione desistere.*
8 *Accusator, qui cognouit accusationem iniustam, & calumniosam non solùm potest, sed etiam debet ab accusatione inconstans desistere.*
10 *Iudex potest accusationem admissam abolere quando libellus peccat in aliquo substantiali.*
11 *Accusationem admissam contra personam, quæ puniri non potest sine perturbatione Reipublicæ, abolere an spectet ad Iudicem, vel ad solum Principem, & num.*13.
12 *Accusationem contra personam, quæ nequeat puniri sine perturbatione Reipublicæ, potest Iudex non admittere.*
14 *Iudex an, & quando impedire possit accusationem admissam contra personam publico bono vtilem, vel necessariam.*
15 *Boni publici prouisio non spectat ad Iudicem, sed officij sibi iniuncti administratio.*
16 *Iudex tenetur parti ius dicere.*
17 *Nec ab eo prætextu maioris boni publici potest se eximere.*
18 *Temperamentum, quod possit capere Iudex admissa accusatione contra personam bono publico vtilem, vel necessariam.*
19 *Iniuria priuata illata per personam publico bono vtilem, vel necessariam debet aliqua via damnum resarciri.*
20 *Querela, seu accusatio quando debeat non admitti, vel admissa rescindi tam per Principem, quàm per Iudicem remissiuè.*
21 *Accusator libello se subscribens, & promittens perseuerare vsque ad sententiam, non potest ab accusatione inconstans desistere.*
22 *Accusator, qui fideiussionem præstitit de accusatione prosequenda, non potest ab ea inconstans desistere.*
23 *Accusator post litem contestatam, an, & quando inconstans desistere possit ab accusatione.*
24 *Accusator an, & quando desistere inconstans possit ab accusatione reo iam citato.*
25 *Accusator in crimine læsæ maiestatis tenetur prosequi appellationem, nec potest ab ea recedere.*
26 *Quid in crimine patriæ oppugnantæ, traditæ peculatus, Sacramenti deserti, & in crimine falsi.*
27 *Accusatus ratione infamiæ sibi illatæ potest cogere accusatorem ad persistendum in iudicio.*
28 *Accusator expressè desistens ab accusatione non impetrata illius abolitione incidit in pænam Turpiliani.*
29 *Abolitionis impetratio quid sit.*
30 *Et quomodo ab accusatore peti debeat.*
31 *Turpiliani pæna quæ sit in crimine publico, & num. seq.*

32 *Quæ in priuato.*
33 *Accusator condemnatur ad expensas, siue expressè, siue tacitè ab accusatione desistat.*
34 *Accusator quando dicatur tacitè ab accusatione desistere.*
35 *Tempus prosequendæ accusationis est biennium.*
36 *Pœnæ tacitè ab accusatione desistentis remissiuè.*
37 *Accusator re integra ab accusatione desistens non est condemnandus ad expensas.*
38 *Accusator ab accusatione desistens non potest inconstans ad illam instaurandam admitti.*
39 *Actiones suas remittentibus ad illas, non datur regressus.*
40 *Accusator desistens non potest ad accusationem redire secuta abolitione priuata.*
41 *Accusator desistens pacto inito cum accusato, quatenus accusatus pactum non adimpleat, non potest ad accusationem redire.*
42 *Accusator desistens ab accusatione cum protestatione se postea accusaturum, non potest ad accusationem redire.*
43 *Interrogatus an velit accusare, & negans, non admittitur amplius ad accusandum.*
44 *Quid si interrogatio fiat re integra.*
45 *In delictis mixti fori accusans coram Iudice Ecclesiastico, & desistens, non potest inconstans iterum accusare coram Iudice laico.*
46 *Accusatori an liceat transigere super accusatione.*
47 *Accusator transigens cum accusato an incidat in pœnam Turpiliani.*
48 *Accusator desistens ab accusatione an auferat ius accusandi alijs proximioribus, quibus competebat.*
49 *Transactio vnius non præiudicat alteri habenti interesse principale.*
50 *Transactio nulla an impediat accusatori, quin possit accusationem repetere.*
51 *In crimine adulterij, etiam transactio, nulla impedit viro accusatori ne valeat ad accusationem redire.*
52 *Pactum, seu transactio in crimine adulterij an valeat.*
53 *Maritus remittens vxori adulterium, non potest inconstans eam accusare.*
54 *Maritus potest accusare vxorem de adulterio, tanquam maritus, & tanquam extraneus.*
55 *Maritus accusans vxorem de adulterio iure mariti, & deinde illud remittens, adhuc potest inconstans illam accusare tanquam extraneus.*
56 *Maritus accusans vxorem de adulterio iure mariti, dicitur illam accusare propter iniuriam priuatam.*
57 *Adulterium vxoris infert iniuriam marito.*
58 *Iniuriam suam priuatam quisque remittere potest.*
59 *Maritus accusans vxorem de adulterio tanquam extraneus dicitur illam accusare de iure publico.*
60 *Remissio iniuriæ priuatæ non præiudicat iuri publico.*
61 *Promissio de non accusando adulterium vxoris iure extranei facta per maritum, non attenditur.*
62 *In criminibus publicis accusatoris transactio non operatur quin possit inconstans iterum accusare.*
63 *Transactio, & remissio cessare faciunt animi rancorem.*
64 *Transactio, & remissio in his, quæ respiciunt interesse particulare impediunt processum.*
65 *Maritus, qui accusauit vxorem de adulterio tanquam extraneus, & post litem contestatam ab accusatione destitit, non potest illam vlterius accusare, nec tanquam maritus, nec tanquam extraneus.*
66 *Accusator desistens ab accusationem iam cœpta non impetrata abolitione incidit in Turpilianum.*
67 *Pœna Turpiliani irrogat infamiam.*
68 *Infamis accusare non potest.*
69 *Adulterij accusationem intermissam à marito potest prosequi quilibet de populo.*
70 *Iudex ex officio potest prosequi accusationem adulterij à marito intermissam, nullo alio prosequente.*
71 *Maritus, qui transegit, vel remisit vxori adulterium commissum, potest illam denuò relabentem accusare.*
72 *Venia delictorum respicit præterita, non autem futura.*
73 *Vxorem in adulterio relabentem an possit maritus accusare solùm de illo nouo, vel reaccusare etiam de alio per transactionem remisso, vel condonato.*
74 *Crimen accusatoris indulgentia, vel transactione semel extinctum, non potest amplius ab eodem in iudicium deduci.*
75 *Transactio in delictis quando, & quibus casibus licita sit.*
76 *Accusator desistens ab accusatione per simplicitatem, vel iusto occupatus impedimento potest ad accusationem redire.*
77 *Accusator desistens ab accusatione ob generalem criminis abolitionem factam, ex aliqua causa potest intra 30. dies repetere accusationem, & redibit ad eundem statum, in quo erat ante abolitionem.*
78 *Accusator, qui ab accusatione destitit per errorem, vel Aduersarij dolis ad desistendum inductus, potest ad accusationem redire.*
79 *Denunciato Iudici Maleficio (puta combustiones domus) sed nemine nominato, ac formata inquisitione contra aliquos an, & quando denunciator inconstans possit alios accusare.*
80 *Accusator, seu denunciator non tam de facili permittendum est, quod ab accusatione desistat, & de ratione.*
81 *Quid in causis Sancti Officij.*

1 DIC regulariter posse Accusatorem ab accusatione desistere, nam licitum est vnicuique iuri suo ce-
2 dere, *l. si quis in conscribendo, C. de Episc.& Cleric. l. penult. C. de pact. cap. tuis, de test.* cum alijs per Barbos. *in Axiomat. iur. axiomate* 135. *num.* 13. & hanc conclusionem desumunt Doctores *ex cap. licet, de accusat.* & ibi Abb. *nu.* 6. Boic. *item nu.*6. Anchar. *num.*13. Soccin. *num.*15. Felyn. *num.*2. Butr. *num.*22. & cæteri Bart. *l. si maritus, §. si negauerit, ff. de adult.* Salyc. *in l. si ea, C. qui accus. non poss.* Bald. *l. transigere, C. de transact.* Alex. *d. §. Si negauerit*, Bart. *l. quæsitum, & in l. Senatus, §. Qui post, ff. ad Turpil.* Gigas *de crimin. læs. maiest. quæst.*17. *num.* 2. *lib.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.*7. *cap.*37. *num.*18. Sanchez *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 1. *num.* 5.

3 Quæ conclusio ampliatur, multò magis locum habere, si Accusator non se
4 inscripsit accusationi, quia tunc res dici-
5 tur integra,& propterea licet pœnitere, *dicto cap. licet*, & ibi omnes Canonistæ, Butrius *num.* 1. Felyn. *num.* 1. Abb. *num.* 1. & Boich. *num.*6. Præpos. *cap. p.* 2. *qu.*8. *n.*29.
6 Sed hæc ampliatio locum non habet, si per libellum, vel dictum Accusatoris esset accusati fama denigrata, Gloss. *in cap. Epiphanium, vers. quæro vltimo*, & ibi Archid. Boic. *dicto cap. licet, num.*7. *ad fin.*

7 Amplia secundò, multò magis, si solum preces contra accusatum sint Principi oblatæ, vt *in dicto cap. licet*, tenent omnes Canonistæ, Præpos. *loco cit. num.*30.

8 Tertiò, amplia multò magis, si Accusator cognouerit iniustam, & calumniosam esse accusationem, quia non solum potest, sed debet omninò desistere, *cap. si quamquam* 2. *quæst.* 3. Præpos. *ibid. num.* 1. Turre-crem. *ibid. in princ.* Syluest. *verb. Accusatio, quæst.*7. *num.*6. Lessius *de iust. & iur. lib.*2. *cap.*30. *dub.*3. *num.* 14. Marant. *in ordin. iudic. q.*13. *artic.*7. *concl.*4. *vers.*2. *potest*.

9 Quartò amplia multò magis, si Iudex accusationem reijciat, vel admissam rescindat, Caietanus *quæst.*68. *artic.*3. Less. *loco cit. num.*15. vbi quod Iudex inconstans potest accusationem admissam abolere,
10 primò, si libellus peccet in aliquo substantiali; Secundò, si accusatur aliqua
11 persona, quæ non potest sine magna Reipublicæ perturbatione puniri, sed hoc ca-
12 su solus Princeps poterit inconstans esse, non autem Iudex inferior, qui solummodò poterit accusationem non admittere, sed admissam non abolere, nisi consulto
13 Principe, Caiet. *loco cit.* Tertiò, si persona illa bono publico censeatur necessaria, vel valde conducibilis, & hoc quoque casu solus Princeps poterit esse inconstans, non autem Iudex inferior, qui so-
14 lum potest impedire admissam accusationem si non agitur de iniuria Partis, si
15 autem agitur de iniuria Partis, non potest, non enim ad ipsum spectat principaliter boni publici promotio, sed officij
16 sibi iniuncti administratio, itaque tenetur Parti ius dicere; nec potest se prætextu
17 maioris boni publici eximere, alioquin sæpè Iudices hac arte liberarent, quos
18 vellent. Potest tamen Principi scribere, quid iudicet expedire, & interim sententiam sustinere, quod idem ex Soto,& Caietano confirmat Sanchez *consil. moral. lib.*6. *cap.*4. *dub.*1. *num.*6. vbi tamen quod si ac-
19 cusatio sit de iniuria priuata, debet alia via resarcire damnum.
20 Sed de materia non admissionis querelæ, & accusationis, seu admissæ rescissionis, tam in Principe, quàm in Iudice inferiori videndus est Marant. *in ordin. iudic. quæst.*13. *artic.*8. *concl.*1. 2. & 3.

Dic primò, illicitam esse inconstantiam & Accusatorem non posse ab accusatione desistere, si accusationi se inscripsit,
21 hoc est, quando Accusator libello accusationis se subscribit professionem faciens, quod talem Reum talis criminis det in libello obligans se ad talionem,& promittens se perseueraturum vsque ad sententiam, Gloss. *l. pen. C. de accusat. cap. super his, de accusat.* Præpos. *d. cap.*1. 2. *qu.*8. *nu.*8. *cum seqq.* Farinacc. *de accusat. quæst.*16. *nu.*1. & hanc opinionem tenent communiter Canonistæ *in d. cap. licet* Præpos. *d. cap.*1. *nu.*30. Boich. *dicto cap. licet, num.*6.

22 Secundò, illicita est inconstantia si Accusator fideiussorem præstitit de accusatione prosequenda, *l.* 1. *C. ad Turpil. l. qui crimen, C. qui accus.* Præpos. *loco cit. num.*30. Angel. *de malef. verb. & ad querelam Titij, in fin. num.*66. Abb. *d. cap. licet num.*6. Anchar. *num.* 13.

23 Tertiò, illicita est inconstantia in Accusatore post litem contestatam, Auth. *qui semel, C. quomodo, & quando Iudex*, Bart. *in l. quæsitum, l. Senatus, ff. ad Turpil.* Præpos. *loco cit. num.*30. Angel. *loco cit. num.*66. Lessius *de iust. & iur. loco cit. num.* 18. vbi quod non est licitum desistere, nisi authoritate Iudicis, & consensu Rei, si fuit subiectus tormentis, vel aliàs infamatus, Abb. *d. cap. licet, num.*6. Anchar. *num.*13.

24 Dic quartò, illicitam esse inconstantiam si Reus accusatus fuerit citatus, & comparuerit, secus si fuerit contumax Præpositus *loco cit. num.* 30. Gigas *de crimin. læsæ maiest. lib.*1. *qu.*17. Angel. *de malef. in verb. & ad querelam Titij, in fin. num.* 66. quod tamen intellige, si fuit citatus super libello producto, secus si super producendo, Bald. *l.* 1. *in fin. C. vt intra certum tempus quæst. crimin.* Præpos. *loco cit. num.*30.

25 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam in crimine læsæ maiestatis, in quo

compellitur Accuſator ad proſequendam accuſationem, Angel. *l. accuſationis, C. de accuſat.* Lauden. *de crimin. læſæ maieſt. q.*44. Gigas *d. quæſt.*17. *num.*4. Decian. *tract. crimin. lib.*7. *cap.*37. *num.*18. *& cap.*44. *num.*6. Farinacc. *eodem tit. de crimin. læſæ maieſtatis quæſt.*118. *num.*27.

26 Idem dic in crimine Patriæ oppugnatæ, vel traditæ peculatus, ſacramenti deſerti, & crimine falſi, Boich. *d. cap. licet, num.*4. Gigas *d. quæſt.*17. *ad fin.*

27 Dic ſexto, illicitam eſſe inconſtantiam quando ex accuſatione orirerur infamia accuſato, quia poterit dicere, volo, quod litiges, & procedas in cauſa, & vſquequo feratur ſententia, *cap. quiſquis* 4. *quæſt.* 5. *cap. quædam, cap. vltimo, & cap. Epiphanium,* 5 *quæſt.*1. Anton. de Butr. *d. cap. licet, in fine,* Auguſt. de Arimino ad Angel. *de maleſ. verb. & ad querelam Titij, in fin. num.* 68. *verſ. tamen limitat.*

Cæterum quibus puniatur pœnis Accuſator, qui inconſtans ab accuſatione illicitè deſtitit.

28 Dic primò, quod incidat in pœnam S.C. Turpiliani, ſi expreſsè deſiſtat non impetrata abolitione, *l.* 1. *§. ſi quis autem, ff. ad Turpil.* & ibi Bart. Præpoſ. *d. cap.*1.2. *quæſt.*8. *num.*28. Angel. *de maleſ. in verb. & ad querelam Titij in fin. num.*66. Leſs. *d. lib.*2. *cap.*30. *dub.* 2. *num.*18.

29 Nil aliud autem eſt abolitionis impetratio, niſi quando Iudex cauſa cognita, Accuſatore petente nomen Rei abolet ab inſtantia iudicij accuſationis propoſitæ illum abſoluendo, *l. ſi interueniente, circa fin. ff. ad Turpil. l.* 3. *C. de abolit.*

30 Et debet Accuſator exprimere cauſam, quare petit abolitionem, alias non eſt audiendus, puta, quia deceptus propter malas informationes venit ad accuſandum, & debet iurare, quod non petit hanc abolitionem pretio corruptus petere, vel humana gratia, *d. l.* 1. *C. de abolit.* Bartol. *in l. aut priuatim, §. Triginta, ff. ad Turpil.* Præpoſ. *d. cap.* 1. 2. *quæſt.*8. *num.*12. Pœna

31 verò Turpiliani eſt in crimine publico quinque librarum auri, & infamiæ, *l.* 1. *C. ad Turpil.* Leſs. *loco cit. nu.* 18. latè Angel. *de maleſ. d. verb. & ad querelam Titij, in fin. num.*66. Præpoſ. *d. cap.*1. *num.*28.

32 Secundò, incidit in pœnam extraordinariam, ſi crimen ſit priuatum, *l. ſi quis, C. ad Turpil.* Leſs. *loco cit. num.* 18. *ad fin.* Silueſt. *verb. Accuſatio, num.* 8. vbi tamen dicit ſecundum aliquos quod ſiue crimen ſit publicum, ſiue priuatum Accuſator inconſtans punitur pœna Turpiliani, per Gloſſam *in cap. ſi quem pœnitet* 2. *quæſt.*3. *& l.* 2. *C. ad Turpil.* qui Textus loquitur indiſtinctè.

33 Tertiò, debet condēnari in expenſis quocunq; modo Accuſator ſit inconſtans, ſiue

34 expreſsè deſiſtendo, ſiue tacitè, vel non comparendo infra tempus ei aſsignatum, vel non proſequendo in termino ſibi ſta-

35 tuto, vel ſinendo labi tempus à lege ſibi præfixum, quod eſt biennium ſecundum doctrinam Bart. *in l. ſi quis autem, ff. ad Turpil.* Angel. *de maleſ. loco cit. num.*66. Et hanc opinionem de condemnatione in expenſis tenet, Bald. & Petr. de Sen. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. l. qui crimen, C. qui accuſ. non poſſ.* & ibi Doctores add. ad Anchar. *d. cap. licet de accuſat.* Angel. *de maleſic. d. verb. & ad querelam Titij in fin. num.* 66. vbi latè de pœnis ſtatutis contra deſiſtentem ab accuſatione tacitè.

36 Quod dictum de expenſis crederem procedere, quando Accuſator non deſiſtit

37 re integra, quia, ſi re integra deſiſtat, & nihil Parti depereat, non eſt condemnandus in expenſis, Boich. *d. cap. licet, nu.*6.

38 Quartò hoc habet in ſe deſiſtentia Accuſatoris ab accuſatione, vt amplius incoſtans ad accuſationem inſtaurandam non admittatur, quod eſt ſecundum caput inconſtantiæ in Accuſatore, & hanc concluſionem probant Textus *in l. quid extitit, la ſeconda, ff. ad Turpil. l.* 2. *§.* 1. *ff. de adult. l. accuſatione, C. Qui accuſat. non ls in Senatus conſultò, §. Idem in accuſatione, verſ. nam cum ff. ad Turpil.* vbi clarè dicitur. *Nam eum, qui ſemel deſtitit, ſi poſtea accuſare paratus ſit, non eſſe audiendum, Diui Seuerus, & Antoninus ſtatuerunt,* hancque concluſionem latè exornat Decian. *tract. crimin. lib.*3. *cap.* 29. *num.* 1. Bald. *in l. accuſatione, C. de his, qui accuſare non poſſ.* Baiard. ad Clarum, *§. fin. quæſt.* 10. *num.* 1. Foller. *in pract. crimin. verb. Audiantur exceptione,* Caualc. *in fragm. fragm.*84. *verſ. at ille vbi in fine, & de brachio Regio par.*5. *n.*48. Guazzin. *ad defenſam, defenſ.* 3. *circa accuſationem, cap.*11. *num.*1. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crimin. reſol.* 5. *in verb. Accuſatio.*

39 Ratio eſt, quia remittentibus actiones ſuas non datur regreſſus, *l. quæritur, §. Si venditor, ff. de ædilit. edict. cap. eos,* 7. *qu.*1. Decian. *loco cit.* Guaz. *loco cit.*

40 Amplia primo, vt denegetur inconſtantia etiam ſecuta abolitione priuata, *l. mulier, §. fin. ff. ad Turpil.* Decian. *loco cit. num.*2. Guaz. *loco cit. num.*3. Conciol. *dicta reſol.*5. *num.*1.

41 Amplia ſecundò, vt illicita ſit inconſtantia, etiam quod Accuſator deſtitiſſet pacto inito, vt ei accuſatus aliquod daret, vel faceret, nam ſi & ipſe accuſatus inconſtans in pacto promiſſa non adimpleat, nihilominus Accuſator iterum accuſare eum non poteſt, *l. quamuis, C. ad Turpil.* Decian. *loco cit. num.* 4. Guaz. *loco citato, item num.* 4. Conciol. *dicta reſol.* 5. *num.* 2.

42 Amplia tertiò, ceſſare inconſtantiam

etiam quod Accuſator deſtitiſſet ab accuſatione cum proteſtatione ſe poſtea accuſaturum, Bartolus *in l. miles*, §. *Socer*, *ff. de adulter.* Decianus *loco citato num.* 5. Guaz. *loco cit.item nu.* 5. Conciol. *d. reſol.* 5. *num.* 3.

43 Amplia quartò, vt ceſſet inconſtantia non ſolum in eo, qui deſtitit ab accuſatione iam porrecta, ſed in eo, qui fuit interrogatus, an velit accuſare, & neget, quia non admittitur amplius ad accuſandum, *l. ſi maritus, la ſeconda*, §. *Si negauerint*, *ff. de adult.* Decian. & Guaz. *loco cit.* vterque *num.*6. Addo Ego textum à nemine dd. Doctor. adductum *in dicto cap. licet*, ſæpius citato *de accuſat.* vbi Abb. *num.* 4. qui miratur etiam neminem ad hoc propoſitum allegaſſe, *d. Text.*

44 Fallit tamen hæc ampliatio re integra, quia tunc etiam quod Accuſator dixerit, ſe nolle accuſare, poteſt inconſtans accuſare Decian. *loco cit. per text. in l.* 3. §. *Si is, cuius intereſt*, *ff. de ſepulchr. violat.* Guaz. *loco cit. num.* 6.

45 Amplia quintò in eo, qui accuſauit aliquem ſuper delicto mixti fori coram vno Iudice, puta Eccleſiaſtico, nam, ſi deſtitit, non poteſt inconſtans iterum accuſare coram laico, *argum. l. ſi is, de quo, C. ad Turpil.* Imol. *in cap. cum dilectus de purg. canon.* Alciat. *cap.*1. *de offic. ordin. num.* 87. Decian. *dicto cap.* 29. *num.* 8. Guaz. *dicto cap.*11. *num.*7.

46 Amplia ſextò in eo, qui deſiſtit ab accuſatione per tranſactionem cum parte initam. Licèt enim dubitent Doctores, an diſpoſitio Text. *in l. tranſigere C. de tranſact.* habeat locum in accuſatore, qui, ſi tranſigat poſt factum inſtrumentum, ac

47 datum fideiuſſorem, incidit in pœnam Turpiliani, & partem negatiuam, tenet Gloſſa *in dicta l. tranſigere, verb. probibitus*, contra cuius opinionem Bart. 1 *lect. num.*7. Guido de Suzar. quem refert Albericus *d. l. tranſigere, col.* 2. exiſtimant, licitam eſſe tranſactionem ex parte accuſatoris, quoniam *d. l. tranſigere* indiſtincta eſt, ac generalis, hanc tamen opinionem tenent Iaſon *d. l. nu.*11. Riminal. *col.*3. Alciat. *nu.*9. Curt. iun. *num.* 30. Padill. latè *num.* 44. 45. *&* 46. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 34. *num.*10. *verſ. extende primò*, vbi dicit, quod licèt accuſator deſiſtens ab accuſatione, incidat in pœnam Turpiliani, nihilominus quia ipſe ſe ſubſcribit ad pœnam talionis, quæ eſt eadem cum illa, qua tenetur accuſatus, ideo, vt redimat ſe ab illa pœna, licita erit tranſactio etiam ex parte ſui, & ita ſentiunt Bartolus, & Baldus, & communiter omnes contra Gloſſam, *vbi ſupra*, *& num.* 11. cum Iaſone, & Curtio iuniore ampliat, vt nec etiam accuſator ſic tranſigens incidat in pœnam Turpiliani, ſed tranſactio teneat quamuis talionis inſcriptio, & pœna abierit in deſuetudinem, quod etiam voluere Aret. *num.* 3. Alciat. *nu.* 9. Donell. *nu.*5. Petr. Fab. *ad l.*41. *&* 125. *ff. de reg. iur.* Vueſembec. *in paratit. num.* 5. quos refert Gilkenius *dicta l. tranſigere num.* 51. quamuis ipſe diſtinguat in tranſactione inita ante accuſationem, & poſt accuſationem, nam priori caſu putat accuſatorem nullam mereri pœnam, ſecundò verò non euadere pœnas Turpiliani, quæ diſtinctio non placet, vno enim tempore licita eſſet tranſactio, & altero illicita, quod generalitati *l. tranſigere*, non conuenit. Vide Facchineum *controuerſ. lib.* 1. *controuerſ. cap.* 8. *verſ. item Bartolus*.

48 Et hæc ampliatio habet locum, vt non ſolùm inconſtans accuſator repellatur à noua accuſatione, ſed etiam auferat ius accuſandi proximioribus in gradu, Clar. §. *fin. quæſt.*58. *verſ. ſed punctus eſt*, Farinacc. *quæſt.* 4. *num.* 37. *verſ. tu verò dicas*. Quod tamen intellige iuxta diſtinctionem relatam à Deciano *d. cap.* 34. *num.* 17. *verſ.* 3. *caſu*, hoc eſt, niſi ius accuſandi commune ſit alio proximiori, quia tunc tranſactio, verbi gratia, facta à filio non nocet patri, ità è conuerſo, quia vnius actio per alium

49 conſumi non poteſt, & cum principaliter omnibus competat, tranſactio vnius non præiudicat alteri, de quo videndus eſt, Barboſa 1. *par. l.* 2. *in principio num.*108. *ff. ſolut. matrim.*

50 Sed hæc ampliatio non habet locum, ſi tranſactio eſſet nulla, vtputa in caſibus

51 à iure non permiſſis, hoc enim caſu licita eſt inconſtantia in ipſo accuſatore, qui nulliter tranſegit, poteritque accuſationem repetere, Felyn. *in cap. De his verſ. ſecundò limita de accuſat.* Marant. Monticell. Foller. relati à Farinaccio *dicta quæſt.* 4. *num.* 38.

Contrarium tenet Gomeſ. *de delictis, cap.* 3. *de homicid. num.* 56. Clar. *quæſt.* 58. *num.* 10. & ibi Baiard. *num.* 21. Guazz. *de tregu. & pac. quæſt.* 10. *& d. defenſ.* 3. *cap.* 6. *num.* 16.

Retenta priori opinione dic non procedere in crimine adulterij; nec ſi accu-

51 ſatori impoſitum ſit perpetuum ſilentium, nec ſi tranſactio ſit inita poſt litem conteſtatam, hiſce enim tribus caſibus etiamquod tranſactio ſit nulla, ceſſabit inconſtantia, nec accuſator iterum accuſare poterit, Foller. *pract. crim. canon. cap.*35. *num.* 15. Farinacc. *loco cit. num.* 38.

Sed quæ dicta ſunt de crimine adulterij, paulò altiùs repetenda ſunt, quamuis

52 enim certum ſit ſuper crimine adulterij illicitam eſſe tranſactionem, vel pactum, iuxta Textum *in d. l. tranſigere, C. de tranſact. l. de crimine, C. de adulter. l Miles*, *ff. de adulter.* Padill. *d. l. tranſigere à num.* 70.

Gilkenius *num.* 9. Clar. §. *fin. quæst.* 58. *nu.* 11. Barbosa *par.* 1. *l.* 2. *in principio, num.* 104. *ff. solut. matrim.*

53 Quæ regula aduersari videtur Textui; *in l. si maritus*, §. *si negauerit*, *ff. de adulter.* vbi probatur valere remissionem mariti de adulterio commisso per vxorem, itaut amplius inconstans eam accusare non possit, Farinacc. *de delict. carn. quæst.* 142. *num.* 71.

Distinguenda tamen sunt duo tempora, alterum ante litem contestatam, secundum post litem contestatam.

54 Secundò distinguendum est, maritum duplici iure posse accusare vxorem, altero iure mariti, *l. iure mariti, C. de adulter.* altero iure extranei, Cyn. *l. transigere* 7. *opposit. C. de transact.* Barbosa *loco citato, num* 105.

55 Quando ergo sumus in priori tempore, hoc est ante litem contestatam, & in accusatione iure mariti facta, tunc certum est valere remissionem, & transactionem, itaut non detur inconstantia in marito, vt vxorem amplius iure mariti accusare possit, quamuis iure extranei ad illam accusandam admittatur, Iason *d. l. transigere*, *num.* 16. Purpurat. *num.* 79. Padill. *num.* 91. Barbosa *loco cit. num.* 105.

56 Et ratio est, quia quando maritus accusat iure mariti propter iniuriam priuatam,
57 quæ illi specialiter infertur per adulterium vxoris accusat, *l. quamuis, C. de adult.*
58 Nil mirum ergo, si possit illam remittere, cum priuatam iniuriam quilibet remittere possit, §. *fin. instit. de iniur. l. si tibi*, §. *quædam, ff. de pact.* Bartolus *cons.* 175. *nu.* 1.
59 Cæterum accusatio iure extranei competit marito iure publico, ideo remissio
60 nihil ei præiudicabit *l. iuris genitum*, §. *si paciscar*, *ff. de pact. cap. quemadmodum*, §. *fin. de iur. iur.* Quod procedit, quamuis se
61 iure extranei etiam non accusare promitteret, quia hæc promissio inconstantiam non tollit, Barbosa *loco cit. num.* 106. Cum enim crimina sint publica, non obstante
62 inutili transactione poterit accusator inconstans iterum accusare, Gloss. fin. *in fin. in l. accusationes*, *C. qui accus. non poss. & in l. iuris gentium*, §. *si paciscar, verb. non licèt, ff. de pact.* Alex. *d. l. transigere, num.* 10. Paris. *cons.* 150. *num.* 4. *lib.* 4. Barbosa Clarum mordens *loco cit. num.* 106. *in fin. vers. in delictis verò priuatis*, vbi quid in delictis
63 priuatis cessare inconstantiam facit remissio, siue transactio, nam remissio, & transactio non solùm faciunt cessare rancorem animi, vt aduertit Bartolus *dicto cons.* 175. *num.* 1. Alexand. *d. l. transigere*, & ibi Iason *num.* 6. Sed etiam impediunt
64 processum, quatenus respiciunt particulare interesse remittentis, Barbosa *loco cit. num.* 107.

65 In secundo verò casu post litem contestatam si maritus desistat ab accusatione adulterii, amplius non admittetur ad accusandum, neque iure mariti, neque iure extranei, *l. quæsitum*, §. *fin. ff. de adulter. l.* 2. §. *marito eodem tit. l. abolitionem in fine, C. de adulter.* Alex. *d. l. transigere num.* 19.
66 Non quidem ratione remissionis, vel transactionis, quæ etiam hoc casu nulla est, sed quia desistens ab accusatione iam
67 cæpta non impetrata abolitione incidit in Turpilianum, & consequenter efficitur infamis, ideo indistinctè ab accusatione
68 repellitur, *l.* 2. *ff. ad Turpil. l.* 2. *C. eodem*, Bart. §. *si negauerit in fin.* Barbosa *loco cit. num* 107. vbi cum multis dicit hoc casu
69 accusationem intermissam, quemlibet de populo posse prosequi, *l. si constante, ff. de adulter.* Grammat. & Afflictus ab eo *relat.*
70 Quod si nullus sit, qui accusationem prosequi velit Iudex ex officio prosequi poterit, Boer. *decis.* 91. *num.* 2. Barbosa *loco citato num.* 107. *in fin.* & de more plenè Capic. lat. *decis.* 121. *lib.* 2.
71 Hæc tamen transactio, vel remissio non tollit ius accusandi marito, si denuo vxor in adulterium relabatur, quia
72 præcedens venia non trahitur ad futura delicta, sed solùm præterita respicit *argumento l. non alia*, §. 1. *ff. de iudic.* Gloss. *in cap. Plerunque*, *verb. nec reconciliata in fin. de donat. inter virum, & vxorem*, & ibi Alexand. de Neuo *num.* 6. *Præposit. num.* 6. Archid. *cap.* 1. *num.* 4. 32. *quæst.* 6. Bellam. *ibidem num.* 2. Io. Lupus *cap. per vestras in principio*, §. 9. *num.* 18. *de donat. in vir. & vxor.* cum aliis tam Iurisperitis, quàm Theologis, quos refert, & sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disput.* 5. *num.* 20. vbi benè reprobat Salycetum, & Angelum contrarium sentientes.
73 Quemadmodum etiam cauendum est à Lupo *loco cit. num.* 22. afferente, coniugem in adulterium relabentem non solùm posse accusari de nouo de illo delicto nouo, sed reaccusari de adulterio iam per tran-
74 sactionem remisso, vel aliàs condonato, etenim crimen semel transactione, aut indulgentia accusatoris extinctum, non potest amplius ab eodem in iudicio deduci, *cap. De his, de accusat. d. l. transigere, C. de transact. cap. Si illic* 23. *quæst.* 4. iuncta Gloss. *in verb. recidiuo*, cum aliis per Sanchez *loco cit. num.* 21. & etiam Lupum reprobant Couuar. Barbos. Azeued. Surd. Ludouic. Lopez apud Sanchez *d. num.* 21. *allegat.*
75 Quando autem, & quibus casibus licita sit in delictis transactio, vide plenè per Doctores *in d. l. transigere*, & per Decian. *d. cap.* 34. *per tot.*

Redeundo ad principalem conclusionem.

Dic

76 Dic primò, licitam esse inconstantiam in accusatore, qui destitit ab accusatione si per simplicitatem destitisset, vel iusto impedimento detentus fuisset, *l. vlt. C. ad Turpil.* Decian. *dicto cap.* 29. *num.*9. Guaz. *dicto cap.* 11. *num.*8. Conciol. *dicta resol.* 5. *num.* 4.

77 Dic secundò, licitam esse inconstantiam in accusatore, qui destitit ab accusatione, si fuisset facta generalis abolitio criminis ex causa aliqua, nam poterit postea intra triginta dies repetere eandem accusationem, & erit in eodem statu, in quo erat ante abolitionem, *l. si quis repetere, l. aut priuatione, §. triginta dies, ff. ad Turpilianum, l.* 1. *C. de gener. abolition.* Decianus *d. cap. num.* 10.

78 Dic tertiò, licitam in accusatore supradicto inconstantiam, si errore, vel aduersarij dolis inductus esset ad desistendum, *argumento l.* 2. *C. de abolit.* Decian. *dicto cap.*29. *num.*10. *vers. limitari potest* 3. Guaz. *d. cap.* 11. *num.* 8. qui tamen dicit non procedere, si per collusionem destiterit ab accusatione, Conciolus *dicta resolut.* 5. *num.* 4.

Sed an qui denunciauit Iudici maleficium, puta combustionis domus, nullos
79 nominando, sed Iudex inquisitionem formauit contra aliquos, possit postea alios accusare. Vide benè distinguentem Decianum *dicto cap.* 29. *num.* 12. & Guaz. *loco cit. cap.* 12. *per tot.* qui omnia mutuatus est ab eodem Deciano, & concludunt, quod si Actor viam denunciationis incæpit, non quidem ex debito officij, sed nulla cogente necessitate, & tunc inconstans non possit ad viam accusationis conuolare, nisi tamen in priori denunciatione nullos nominauerit, quia tunc licita esset inconstantia Speculat. Gandin. & alij ab ijsdem *allegati*.

80 Pro Coronide dic, quod non tam de facili admittitur denuncians, siue accusator ad desistendum ab accusatione, præsertim in causis Sancti Officij, quia potuit
81 cum delato, vel cum testibus conuenisse, Decianus *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 28. *nu.* 12. Pegna *comment.* 14. *ad* 3. *partem Directorij*, Sousa *in aphorism. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Salelles *de materijs Tribunalis Sancti Officij, lib.* 2. *cap.* 1. *reg.* 164. *num.* 50. & 51. Sed redeamus ad ciuilia.

QVÆSTIO XXI.

ARGVMENTVM.

An si quis fecerit pactum de litigando coram Iudice non suo, possit inconstans ab eo recedere: Et quid si paciscens esset Clericus?

SVMMARIVM.

1 *Pactum de litigando coram Iudice non suo, an sit licitum.*
2 *Promittens litigare coram Iudice non suo, potest inconstans à promissione recedere, & de ratione.*
3 *Pactum de proroganda iurisdictione an obliget.*
4 *Recessus à pacto de litigando coram Iudice non suo, an detur ex capite pænitentiæ, vel alio capite.*
5 *Pænitentia datur solummodo in contractibus innominatis correspectiuis.*
6 *Contractus nominati correspectiui, ex se producunt actionem.*
7 *Pænitentia in contractibus innominatis correspectiuis datur re integra.*
8 *Pactum nudum non producit actionem, & num.* 18.
9 *Pænitentiæ terminus non intrat in pacto nudo.*
10 *Pactum de litigando coram Iudice omnino incompetente eo facilius potest contraueniri.*
11 *Clerico non licet pacisci de litigando coram Iudice laico.*
12 *Pactum de litigando coram Iudice laico factum à Clerico, & iuramento vallatum illicitum est.*
13 *Quid accedente consensu Episcopi.*
14 *Clericus ad iudicium seculare, nec inuitus, nec volens trahi potest.*
15 *Clericum trahens ad forum secularem an possit pænitere.*
16 *Pænitentia an detur in delictis.*
17 *Renunciatio dispositioni* l. si conuenerit, *apposita in pacto de litigando coram Iudice non suo, an obligat.*
19 *Partes non possunt efficere, quod ex pacto nudo oriatur actio.*
20 *Iudex incompetens vigore pacti de litigando coram eo, non potest procedere contra Reum contumacem quamuis passum se citari.*
21 *Promittens litigare coram Iudice non suo, & à promissione recedens tenetur parti damnum reficere actione de dolo.*
22 *Et an teneatur solùm ad expensas, vel etiam ad interesse.*
23 *Promittens litigare coram Iudice non suo,*

potest à promissione recedere ante litem contestatam non autem post.

24 *Sed an acta facta ante litem contestatam adhuc substineantur, & quando, & num.* 27.

25 *Delegans potest inconstans reuocare delegationem.*

26 *Sed acta facta coram delegato ante reuocationem, an annullentur.*

28 *Promittens cum iuramento litigare coram Iudice non suo, an possit à promissione inconstans recedere.*

29 *Promittens litigare coram Iudice non suo cum verbis* in veritate *an possit à promissione recedere.*

30 *Verba* in veritate *æquipollent iuramento.*

31 *Promissioni iuratæ de litigando coram Iudice non suo continenti præiudicium Superioris non potest promittens contrauenire.*

32 *Iurisdictio prorogari non potest in præiudicium Superioris.*

33 *Aduersus pactum de litigando coram Iudice incompetente etiam iuratum potest Superior, in cuius præiudicium factum est, reclamare.*

34 *Promittens cum iuramento litigare coram Iudice non suo potest à promissione recedere ex causa antiqua, occulta, vel noua superueniente.*

35 *Quid si ageretur de proroganda iurisdictione Iudicis excommunicati.*

36 *Promittens litigare coram Iudice non suo interueniente stipulatione, an possit inconstans à promissione recedere.*

37 *Recedens à promissione de litigando coram Iudice non suo, in qua stipulatio interuenerat, an ad interesse teneatur, & num. seqq.*

38 *Interesse modicum leges non curant.*

39 *Pœna etiam grauis apposita in pacto de litigando coram Iudice non suo totaliter debetur ab eo, qui inconstans à promissione recedit.*

40 *Pœna, & interesse contra promittentem litigare coram Iudice non suo, an, & quando peti possit coram Iudice, cuius promissor tenebatur prorogare iurisdictionem.*

41 *Interesse succedit loco facti non præstiti.*

42 *Pœna facti non præstiti est, & consideratur tanquam quid omnino diuersum ab ipso facto.*

43 *Promittens litigare coram Iudice non suo, coram ipsomet Iudice non potest à promissione recedere.*

44 *Quid si Iudex non acceptauit, vel præsens non recusauit.*

45 *Promittens litigare coram Iudice non suo, coram ipsomet Iudice, sed non in figura iudicij adhuc non potest à promissione recedere.*

46 *Quid si pactum prorogationis, vestitum sit cohærentia contractus.*

47 *Confessio quod Iudex non suus sit Iudex competens, præiudicat confitenti, vt amplius nequeat ab illius iurisdictione recedere.*

48 *Quid si facta sit per errorem, vel ignoranter.*

49 *Promittens non declinare iurisdictionem non potest inconstans illam declinare.*

50 *Promissio de litigando coram Iudice non suo de iure Canonico seruanda est.*

51 *Pacta de iure Canonico sunt seruanda.*

52 *Pactum de iurisdictione proroganda secundum ius Canonicum seruandum est etiam in Terris Imperij, itaut paciscens ab eo non possit inconstans recedere.*

53 *Prorogatio iurisdictionis oriens ex contractu, vel delicto in aliquo Territorio est irretractabilis.*

54 *Viator immediatè recessurus ratione contractus non dicitur prorogare iurisdictionem.*

55 *Quid si in eo loco posuerit stationem, seu tabernam.*

56 *Tabernæ, seu stationis positio in aliquo loco indicat animum contrahendi domicilium.*

57 *Viator culposus non ostendens se esse viatorē, dicitur prorogare iurisdictionem ratione contractus.*

58 *Quid vbi ageretur de contractu, qui deberet hinc inde adimpleri, puta tradendo rem, & recipiendo pecuniam.*

59 *Viator accedens ad locum ea intentione illic contrahendi, & forum sortiendi dicitur prorogare iurisdictionem ratione contractus.*

60 *Viator contrahens in loco, in quo de iure communi posset conueniri dicitur prorogare iurisdictionem ratione contractus quamuis alias ex priuilegio potuisset illum forum declinare.*

61 *De contractu Viatoris, vel aduenæ remissiuè.*

62 *Promittens litigare coram Iudice non suo addito pacto de iudicio sisti, & de parendo mandatis Curiæ an possit à promissione inconstans recedere.*

63 *Prorogatio iurisdictionis tacitè inducta, an possit amplius impugnari.*

64 *Acta facta contra Clericum coram Iudice laico sunt nulla, etiamsi Clericus tacuerit clericatum vsque ad sententiam, & executionem.*

65 *Et an hoc casu Clericus debeat in expensis condemnari.*

66 *Procurator iurisdictionem à domino prorogatam non potest impugnare.*

67 *Quid concurrente legitima causa.*

68 *Vel quando iurisdictio fuit prorogata ab ipso Procuratore.*

69 *Prorogans iurisdictionem, deinde pœnitens, ac postmodum denuo in eam inconstans consentiens, non potest amplius ab illa recedere.*

70 *Iurisdictio prorogata in præparatorijs etiam ante litis contestationem non potest in illis amplius impugnari.*

1 PACTVM hoc esse licitum ex Text. *in cap. 1. de iudic.* tenent communiter Canonistæ, & præsertim Abb. *num. 1. & 17. l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Bart. *l. si conuenerit num. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic. l. est receptum, & l. 1. ff. de iudic.* Scacc. *de sententia, & re iudicat. glos. 7. quæst. 3. num. 23. limit.* 4. Statuenda est ergo
2 conclusio, licitam esse pœnitentiam, seu inconstantiam in eo, qui fecit pactum de litigando coram Iudice non suo, posseque à dicto pacto recedere, Textus clarus est *in l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi dicitur, *Si conuenerit, vt alius Prætor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret; & priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit: proculdubio nemo compelletur eiusmodi conuentioni stari.*

Et hanc conclusionem firmat ibi Alberic. *num. 4.* Alex. *num. 1.* Angel. *nu. 1.* Bald. *num. 1.* Bartol. *num. 1.* Castren. *num. 1.* Dec. *num. 1.* Fulgos. *num. 1. 10. & 12.* Iacobinus de Sancto Georgio *num. 1.* Iason. *num. 1.* Odofr. *num. 1.* Roman. *num. 1.* Zas. *num. 1.* Canonistæ *in cap. 1. de iudic.* vbi Abb. *nu. 17.* Anchar. *num. 9. & 10.* Barbat. *num. 80.* Bellamer. *num. 9. vers. quartò quæritur,* latissimè Berous *à num. 139.* Dec. *num. 92.* latè Anton. de Butr. *num. 37.* Felyn. *num. 6.* Imol. *nu. 31. vers. quandoque verò,* Hostien. *num. 3.* Zabarell. *num. 4. & 5.* Barbos. *ad l. 1. de iudic. artic. 3. nu. 80.* Peregrin. *in cap. 1. de iudic. num. 31.* Scacc. *de sentent. & re iudic. loco cit. num. 28.* Carleual. *de iudic. tit. 1. disput. 2. num. 1004. cum seqq.* Fermosin. *ad cap. 1. de iudic. quæst. 17. num. 1.*

In assignanda tamen huiusce conclusionis ratione laborant Doctor. vt videre est per Iasonem *d. l. si conuenerit toto num. 1.* Carleual. *dicta disput. 2. num. 1007.*

Tu non recedas à ratione assignata per Bartol. *d. l. si conuenerit num. 1.* quem sequitur Alberic. *in princ.* quod scilicet ex pacto nudo non datur actio *l. iuris gent. §. nulla, ff. de pact.* & ob id nullus cogendus est stare
3 pacto nudo de proroganda iurisdictione, & huic rationi subscribunt Butr. *d. cap. 1. num. 37.* Zabarell. *col. 2.* Imol. *nu. 31.* Abb. *num. 19.* Imol. *in cap. Significantibus num. 25. & in cap. P, & G, de offic. delegat. num. 106.* Soccin. *in cap. Significasti num. 46. de for. compet.* Fermosin. *dicto cap. 1. num. 1.* Barbos. *d. l. 1. artic. 3. num. 86. de iudic.* Ex quo intel-
4 lectu communiter recepto infert ipse, labi Doctor. dum dicunt, quod in terminis *d. l. si conuenerit,* Partes possunt pœnite-
5 re, quia cum ibi agitur de nuda partium conuentione, non potest tractari de pœnitentia, illi enim tantum locus est in con-
6 tractibus innominatis correspectiuis, qui ex se producunt actionem *l. naturalis, ff. de*
7 *præscript. verb.* in quibus re integra datur pœnitentia, *l. si pecuniam, ff. de condiction. ob*
8 *caus.* Sed in pactis nudis, cum non nasca-
9 tur actio, non potest tractari de pœnitentia, Gloss. *in l. si cum fundum, ff. de pact.* Non est igitur dicendum in terminis *d. l. si conuenerit,* licitum esse Partibus pœnitere, sed potius, quod non sunt compellendæ Partes illi conuentioni stare, quod apertè colligitur ex verbis *d. l. si conuenerit.*

Sed iudicio meo labitur ipse doctissimus vir, vt videre est per Carleual. *dicta disp. 2. num. 1003. & num. 1008.* quia pœnitentia hic habetur pro recessu à pacto inito quocunque modo sequatur, vel enim ex quo Partes iudicium non incipiant, vel non prosequantur, semper dicuntur inconstantes, variæ, & pœnitentes.

10 Amplia primò, hanc conclusionem eò magis procedere, quando Iudex prorogatus esset omnino incompetens, vtputa
11 si esset laicus, & Paciscens esset Clericus, tunc enim quia illicitum est huiusmodi pactum, & prorogatio, *cap. Si diligenti, de for. compet.* & ibi omnes Canonistæ, Specul. *tit. de Reo rubr. 3. vers. Item Clericus num. 19.* Farinacc. *de Inquis. quæst. 8. num. 12.* Scacc. *de iudic. to. 1. cap. 11. nu. 36.* Fermos. *in cap. Si diligenti, de foro compet. quæst. 1. num. 17. & 18. cum seqq.*

12 Etiamsi esset iuramento vallatum, Specul. *de renunciat. concl. 9. par. 2.* Marant. *in Specul. distinct. 11. num. 2.* Alexan. de Næuo *cons. 56. num. 1.* Scacc. *loco cit. cap. 11. nu. 36.* Fermosin. *dicto cap. si diligenti quæst. 2. per totam.*

13 Imò etsi adesset consensus proprij Episcopi, Scacc. *dicto cap. 11. num. 6.* Farinacc. *dicta quæst. 8. num. 13.* Sbrozz. *de offic. Vicarij lib. 2. quæst. 203. num. 4.* cum alijs per Squillant. *de priuileg. Cleric. cap. 7. num. 3. vers. & dicendum est,* Fermosin. *dicto cap. si diligenti quæst. 5.* Ita est etiam licita quandocunque inconstantia, Scacc. *de sentent. & re iudic. dicta gloss. 7. quæst. 3. limit. 4. num. 29. vers. aduerte ne decipiaris.*

14 Et cum certum sit, quod nullo modo potest Clericus ad iudicium seculare, nec inuitus, nec volens trahi *d. cap. si diligenti, de for. compet.* & si quis eum trahat, amittit causam, Auth. *statuimus, C. de Episc. & Cleric. dicto cap. si diligenti, de for. compet.* Federic. de Sen. *cons. 90.* Anton. de Butr. *dicto cap. si diligenti nu. 13. & cap. Significasti num. 14.* & ibi Abb. *num. 19.* Soccin. *nu. 56. quæst. 10.* Surd. *cons. 222. num. 1. lib. 2.* & communiter omnes Scacc. *dicta gloss. 7. quæst. 3. limit. 1. num. 79.*

15 Videbimus, an etiam detur pœnitentia in trahente Clericum ad forum seculare in ea quæstione, An in delictis detur pœ-
16 nitentia? Tu interim vide Doctor. *in cap. si diligenti, de for. compet.* præsertim Aretinum, & Soccinum.

17 Secundò amplia, etiamquod Partes re-

nunciauerint dispositioni *d. l. si conuenerit*,
18 cum enim in eo fundetur, quod ex pacto nudo non detur actio, non possunt Partes
19 efficere suo consensu, vt ex nudo pacto detur actio, Barbos. *dicta l.* 1. *artic.* 3. *num.* 8. *de indic.* & idem voluit licet alia ratione Bald. *in cap. P. & G. num.* 9. *de offic. delegat.* Dec. *l. penult. num.* 19. & ibi Alciat. *num.* 7. *C. de pact.* Corn. *cons.* 209. *num.* 19. *&* 23. *lib.* 2.

Contrarium voluerunt Alberic. *d. l. si conuenerit num. fin.* Zas. *num.* 20. Iason. *d. l. penult. C. de pact.* Fermosin *ad cap. Significasti* 18. *quæst.* 6. *num.* 3. Sed de materia vide omnino Scacciam *d. limit.* 4. *à num.* 171. *per multos*, vbi dicit hanc quæstionem pendere ab alia nempe an quis possit iuri suo renunciare, & satis amplè hanc materiam tractat latissimè, & Carleual. *de iudic. dicta disput.* 2. *à num.* 1037. *cum pluribus seqq.* ad quem pariter omnino recurras.

Tertiò amplia, etiamquod promittens passus sit se citare, nam si non compareat
20 non potest Iudex contra ipsum procedere tanquam contumacem, vt ex Castrens. tenet Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 34. *vers. extende etiam illatiuè.*

21 Non euitabit tamen hoc casu inconstans aliquod damnum, quod poterit Aduersarius recuperare per actionem de dolo, Abb. *dicto cap.* 1. *num.* 19. *de iudic.* & ibi latè Io. de Imol. *num.* 3. *vers. Doctores tamen &c.* Anton. de Butr. *num.* 39. *in fin.* Bero. *num.* 169. *&* 171. Bellamer. *num.* 11. *vers. fatentur tamen Legistæ*, Barbat. *num.* 98. Alexan. *d. l. si conuenerit num.* 6. Anton. de Matthæis *de prorogat. iurisdict. num.* 12. Barbos. *d. l.* 1. *de iudic. artic.* 3. *num.* 92. vbi *num.* 93. *&* 94. dicit ab inconstanti posse
22 solùm recuperare expensas, non autem interesse, Soccin. *dicta l. si conuenerit nu.* 22. Dec. *num.* 10. Anton. de Matthæis *d. nu.* 12. de quo tamen vide cæteros Canonistas, & præsertim Felyn. *dicto cap.* 1. *num.* 6.

23 Dic nihilominus concedi inconstantiã, & pœnitentiam ante litem contestatam, non autem post, vt per Text. *in d. l. si conuenerit, & d. cap.* 1. *de iudic.* volunt tam Legistæ, quàm Canonistæ, Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 24. Asin. *de execut.* §. 9. *cap.* 33. *num.* 3. Fermosin. *ad cap.* 1. *de iudic. quæst.* 21. *num.* 3. Carleual. *de indic. d. disput.* 2. *num.* 990. *& num.* 1068.

24 Non tamen quoad acta ante litem contestatam confecta, in illis enim non habet locum pœnitentia, Alex. *dicta l. si conuenerit num.* 8. *vers.* 9. *fallit*, Dec. *ibid. num.* 20. *& in dicto cap.* 1. *num.* 147. *&* 148. *de iudic.* Bald. *in l.* 1. *C. de iurisdict. omn. Iudic.* Angel. *in l.* 1. *de iudic.* Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 101.

25 Quod confirmatur, quia licet Delegans possit inconstans reuocare Delegatum, *l. iudicium soluitur, ff. de iudic.* non tamen
26 acta facta ante reuocationem annullantur, Alexan. *d. limit.* 9. Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 148. Quamuis *in dicta l. si conuenerit num.* 20. dicat, hoc simile non bene procedere, quia, etsi reuocetur delegatus, causa tamen continuatur coram Delegante, non sic autem in casu nostro, quia
27 illa acta videntur facta sub tacita conditione pœnitentiæ, & data pœnitentia resoluuntur. Sed priorem opinionem tenet Scaccia *dict. limit.* 4. *num.* 102. qui concedit Actorum validitatem, si Reus non sit contumax, secus stante contumacia, ex qua insurgit dissensus in iurisdictionem Iudicis, & consequenter actorum nullitas.

Dic secundò, cessare inconstantiam etiam ante litem contestatam, si conuen-
28 tio sit iuramento firmata, Alex *d. l. si conuenerit num.* 2. Angel. *num.* 1. *vers. Similiter*, Castren. *num.* 2. Dec. *num.* 3. Fulgos. *nu.* 12. *vers. Tertia limitatio*, latè Iason. *num.* 3. *&* 6. Zas. *num.* 20. Canonistæ *dicto cap.* 1. *de iudic.* & ibi Dec. *num.* 127. *fall.* 6. *& sub num.* 137. Anton. de Burgos *in repetit. num.* 45. Bos. Codech. *in cad. repetitione num.* 144. Costa *num.* 128. Berou. *num.* 182. latissimè afferendo omnia argumenta pro vtraque parte explicat Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 74. *à num.* 165. Scacc. qui etiam latè prosequitur *d. limit.* 4. *à num.* 35. Hieronym. Gabriel *de iureiuran. conclus.* 9. *num.* 12. Couarr. *cap. Quamuis*, §. 4. *num.* 3. *de pact. in* 6. Franc. Marc. *decis.* 276. *par.* 1. Mancin. *de iuram. effect.* 22. *num.* 3. *par.* 4. idem Costa *de re integra distinct.* 2. *num.* 3. vel nisi submissio esset iurata. Et hanc esse communem opinionem, post Seraph. *loco cit.* tenet Facchineus *controuers. lib.* 1. *cap.* 61. *in fin. vers. Sed contraria sententia*, Anton. de Matthæis *de prorog. iurisdict. nu.* 12. Sacca *respons.* 244. *num.* 2. Fermosin. *ad dict. cap.* 1. *de iudic. quæst.* 17. *nu.* 2. *in fin. & nu.* 3. *in med.* Carleual. *de iudic. dicta disput.* 2. *num.* 1032. Itaut non sit curandum de Iacobino de S. Georgio *in l. si conuenerit num.* 2. qui post Anton. de Butr. & Abb. *in dicto cap.* 1. contrarium tenentes dicit pro hac opinione contraria consuluisse, & iudicatum secundum eam fuisse, quos cum alijs refert Carleual. *dicta disput.* 2. *num.* 1033. vbi *num. seqq.* refert mediam inter has duas sententias, eandenque refutat *num.* 1035.

29 Quod non solum habet locum, si pactum esset iuratum, sed etiam si dictum solum fuisset *in veritate respondere pro-*
30 *mitto*, quia huiusmodi verba æquipollent iuramento Bald. *in rubr. C. res inter alios acta* Boschus Chodec. *d. repet. cap.* 1. *num.* 147. *vers. Sequendo conclusionem prædictam.*

31 Secundò, ampliatur etiamquod pactum iuratum redundaret in præiudicium tertij,

puta Superioris, in cuius præiudicium
32 iuriſdictio prorogari non poteſt, Guidopap. *deciſ* 77. *num.* 2. & ibi additio Seraphin. *d. priuil.* 74. *num.* 198. *verſ.* 4. *limita*, Anton. de Matthæis *de prorogat. iuriſdict. dicto num.* 12. Non enim daretur inconſtantia in iurante, quamuis Superior poſſet contra hoc pactum reclamare, & de-
33 beret exaudiri propter eius præiudicium, Addit. *ad dict. deciſ.* 73. Guidopap. *litt. D*, Ant. de Matthæis *loco cit.* Seraph. *loco cit.*

Limita tamen hoc dictum primò ſi noua cauſa ſuperueniſſet, vel antiqua
34 eſſet occulta, quia tali caſu licita erit inconſtantia, non obſtante iuramento, Abb. *dicto cap. Ex tenore, de ſent. excomm.* Seraph. *d. priuil.* 74. *num.* 196. Coſta *dicto cap.* 1. *de iudic. num.* 239. & 240.

35 Secundò limita, ſi tractaretur de proroganda iuriſdictione Iudicis excommunicati, *l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. Iudic.* Roman. *conſ.* 48. Seraphin. *loco citat. numer.* 198.

36 Dic tertiò, ceſſare inconſtantiam, ſi vltra pactum interueniat ſtipulatio, Bart. *dicta l. ſi conuenerit num.* 4. Alberic. *num.* 2. Alexan. *num.* 3. Bald. *num.* 2. Iaſon. *num.* 30. Zaſ. *num.* 12. Dec. *dicto cap.* 1. *de iudic. à num.* 111. Berous latè *num.* 166. Riminald. *num.* 69. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 76. Coſta *de re integra d. diſtinct.* 2. *num.* 2. Barboſ. *dicta l.* 1. *num.* 99. *ff. de iudic.* Sacca *reſponſ.* 434. *num.* 4. quamuis Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 1009. adducat quædam motiua contra hanc concluſionem, quibus ipſe totaliter non adhæret, ſed referendo Doctor. pro hac opinione, hanc eandem concluſionem relinquit in ſuo eſſe, vt videre eſt apud eundem *num.* 1010. & 1011.

Sed aduerte, quod non omnes admittunt hanc limitationem ita ſimpliciter, ſed dicunt aliqui, prout Bart. Alex. Iaſon. & alij *locis cit.* dari quidem inconſtantiam
37 etiam adiecta ſtipulatione, ſed partem inconſtantem teneri ad intereſſe, iuxta Regulam *l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus, ff. de verb. obligat.* quod voluit etiam Rip. *dicto cap.* 1. *num.* 55. *de iudic.* Barboſ. *d. l.* 1. *num.* 101. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 78. & latiſſimè de materia Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *à num.* 1023. vbi *num.* 1027. dicit ſe tenere hanc opinionem tanquam magis communem.

Quamuis nec etiam hoc caſu teneri inconſtantem ad intereſſe voluerint Petr. & Cyn. *l. ſi quis ex conſenſu num.* 9. *C. de Epiſc. & Cleric.* Io. And. *in addit.* ad Specul. *tit. de Iud. compet. adeund.* §. 1. *num.* 19. Barbat. *dicto cap.* 1. *num.* 122. & ibi Dec. *num.* 20. *verſ. licet,* Iaſon. *d. l. ſi conuenerit num.* 18. Soccin. *in rubr. de verb. obligat.* & ibi Niger *num.* 178. cum alijs, quos plenè refert Carleual. *dicta diſput.* 2. *num.* 1022.

Quorum tamen opinionem reprobat Barboſ. *loco cit. num.* 102. dicens, Doctor. prædictos non aduertiſſe, quod *lex ſi conuenerit* non procedat ſi pacto ſit adiecta ſtipulatio, ſed vanam hanc diſpoſitionem eſſe, dicit Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 80. cum
38 enim intereſſe non poſſit eſſe niſi modicum, de quo leges non curant, ſi pœnitentia non datur, niſi re integra, quod excerpſit à Iaſone *dicta l. ſi conuenerit n.* 28. *fallent.* 11. *in fin.*

39 Quod fortaſsè non procederet in pœna, quia poſſet apponi etiam grauis, & talis deberetur ab inconſtante, *l. ſi pacto, quo pœna, C. de pact.* Barboſ. *dicta l.* 1. *numer.* 103.

40 Sed an intereſſe, & pœna peti poſſit coram Iudice, cuius promiſſor tenebatur iuriſdictionem prorogare?

Diſtingue ſecundum Barboſam *dicta l.* 1. *à num.* 103. quam diſtinctionem eodem relato ſequitur Carleual. *de iudic. d. diſp.* 2. *num.* 1027. & 1028. Quod aut agimus de
41 intereſſe, aut de pœna, priori caſu poterit fieri coram eo Iudice, ſecundò minimè, & ratio eſt, quia intereſſe ſuccedit loco facti non præſtiti, *l. ſi quis ab alio, §. fin. ff. de re iudic.* non ſic pœna, quæ eſt
42 omnino diuerſa à facto, & conſideratur tanquam quid omnino diuerſum, vt ex Decio tenet idem Barboſ. *loco cit.*

Et propterea cauendum eſt à Beroo *dicto cap.* 1. *num.* 108. dum aſſerit facilius peti poſſe pœnam coram Iudice, cuius proroganda fuerat iuriſdictio, quam intereſſe, Barboſ. *loco cit. num.* 113. & 114.

43 Dic quartò, ceſſare inconſtantiam, ſi pactum factum ſit coram ipſomet Iudice, cuius iuriſdictio erat proroganda, Cyn. *in l. eſt receptum, ff. de iudic.* Alex. *dicta l. ſi conuenerit num.* 6. *verſ. quintò fallit*, Angel. *num.* 1. *verſ. Item non habet locum*, Caſtren. *num.* 2. Fulgoſ. *num.* 7. latè Iaſon. *num.* 18. qui de communi, quamuis contrarium teneat Zaſ. *num.* 41. Abb. *d. cap.* 1. *num.* 18. *de iudic.* & ibi Dec. *num.* 100. qui tamen multa adducit in contrarium, Berou. *num.* 162. Rimin. iun. *num.* 85. *verſ. tertiò limita,* Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 89. Coſta *de re integra dicta diſtinct.* 2. *num.* 1. *verſ. ecce cancellationem,* Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 1067.

44 Quod dictum ampliatur etiamquod deficiat acceptatio Iudicis, dummodo ſit præſens, & non recuſet, Alexan. *dicta l. ſi conuenerit num.* 6. & 7. Fulgoſ. *nu.* 7. Caſtren. *num.* 2. Angel. *num.* 1. *in fin.* Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 91.

Contrarium voluit Dec. *dicta l. ſi conuenerit num.* 14. qui latè examinat articulum, & reſpondendo ad omnia in contrarium, concludit, non habere locum pœnitentiam, ſi Iudex acceptauerit, ſecus eo præ-

ſente, & non acceptante. Idem ſupponit Iaſon. *num.* 18. Zaſ. qui tenet etiam contra Decium *ad fin.* Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 100. qui vſque ad 111. latè examinat, Rimin. *dicto num.* 85. *verſ. tertiò limita*, Matheſil. *ſingul.* 106. & ibi Addent. latiſſimè, qui hanc contrariam opinionem defendunt, reſpondendo omnibus contrarijs.

45 Sed limitationem ſupradictam ampliando confirmat, & ſequitur Boſch. Codech. *dicto cap.* 1. *num.* 129. *verſic. quam concluſionem*, qui *num.* 131. ſecundò ampliat etiamquod conuentio non ſit facta in figura iudicij, dummodo præſente Iudice facta ſit, & per Text. *in dicta l. ſi conuenerit* benè ampliationem confirmat.

46 Dic quintò illicitam eſſe pœnitentiam, quando pactum prorogationis veſtitum fuit cohærentia contractus, Alexan. *dicta l. ſi conuenerit num.* 5. *fallent.* 4. Caſtren. *nu.* 2. Fulgoſ. *num.* 12. Iaſon. *num.* 28. quamuis dubius Specul. & Soccin. *allegati* à Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 88.

47 Dic ſextò, illicitam eſſe inconſtantiam quando prorogatio fit per modum confeſſionis, vt puta, quia conuentus coram Iudice non ſuo fatetur, illum eſſe Iudicem ſuum competentem, Alex. *dicta l. ſi conuenerit num.* 8. *fallen.* 6. Iaſon. *num.* 22. *limit.* 3. Fulgoſ. *num.* 15. *verſ.* 25. *limit.* Dec. *in dicto cap.* 1. *num.* 138. vbi latè Scacc. *dicta limit.* 4. *num.* 95.

48 Quod Ego intelligerem, ſi confeſſio eſſet facta ſcienter, ſecus ſi ignoranter, putando verè Iudicem eſſe ſuum, nam hoc caſu errore comperto licita erit pœnitentia, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit*, qui ſupradictam concluſionem impugnat *num.* 39.

49 Dic ſeptimò, illicitam eſſe inconſtantiam quando tractatur de pacto non declinandæ iuriſdictionis, v. gr. cum Scholaris habens priuilegium declinandi iuriſdictionem Ordinarij, promittit eam non declinare, Alex. *dicta l. ſi conuenerit num.* 8. *fallen.* 8. Iaſon. *num.* 1. Dec. *nu.* 23. Iacobin. de S. Georgio *num.* 3. Fulgoſ. *num.* 15. *verſ.* 15. *limit.* Dec. *dicto cap.* 1. *de iudic. num.* 100. latè ibidem Boſch. Codech. *numer.* 121. Anton. Burgos *num.* 29. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 10. *&* 100.

50 Dic octauò, illicitam eſſe inconſtantiam de iure Canonico, quia eo iure
51 pacta ſunt ſeruanda, *cap.* 1. *&* 3. *de pactis*, Alexan. *dicta l. ſi conuenerit num.* 5. *limit.* 3. Iaſon. *num.* 28. *limit.* 10. Zaſ. *num.* 18. Dec. *num.* 17. Iacobin. à S. Georgio *num.* 5. Pec. *dicto cap.* 1. *num.* 10. Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 1024. Berou. *num.* 174. *&* 175. vbi ampliat diſpoſitione iuris Canon. hoc
52 in caſu non ſolum eſſe ſeruandam in foro Eccleſiaſtico, & in Terris Eccleſiæ, ſed etiam in foro ſeculari, & in Terris Imperij, quod etiam videtur admittere Thomas Pauronciſter *de iuriſdict. Imperij Rom. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 16.

53 Dic nonò, illicitam eſſe inconſtantiam ſi quis proroget iuriſdictionem Iudicis non ſui contrahendo, vel delinquendo, Salic. *in l. nullum* 4. *oppoſit. C. de Teſt.* Alberic. *dicta l. ſi conuenerit nu.* 5. Angel. *num.* 1. *verſ. nec in ea*, Iaſon. *nu.* 23. Dec. *nu.* 22. Iacobin. de S. Georgio *num.* 4. Dec. *dicto cap.* 1. *de iudic. nu.* 171. Coſta *de re integra d. diſtinct.* 2. *num.* 4. *ad fin.* Carleual. *de iudic. dicta diſp.* 2. *num.* 989. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 163. Qui
54 tamen, quod attinet ad prorogationem iuriſdictionis ratione contractus declarat, non procedere, quando quis contrahit tanquam viator immediatè receſſurus, quia tunc non ſortitur forum ratione
55 contractus, ſed requiritur, quod ibi poſuerit ſtationem, ſeu pergolam, aut ta-
56 bernam, aut quid ſimile, quamuis non habeat animum ibi contrahendi domicilium. Et hoc idem affirmat Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *num.* 238.

57 Niſi viator fuiſſet in culpa non oſtendendo ſe viatorem, vel niſi res, quæ contractabatur erat talis, vt hinc inde adim-
58 pleretur contractus tradendo rem, & recipiendo pretium, ſecus ſi res, quæ contractabatur eſſet talis, vt contractus veriſimiliter tunc adimpleri non deberet.

59 Vel niſi viator ad illum locum acceſſiſſet hac intentione, vt illic faceret contractum, & pro eo illic forum ſortiatur.

60 Vel niſi contraheret in loco, in quo de iure communi poſſet conueniri, ſed ex priuilegio poſſet illum forum declinare; quia licet in eo loco contrahat tanquam viator, nihilominus in eo loco poteſt conueniri, vt ex Anton. de Butr. Soccin. & Franc. benè probat idem Scacc. *à nu.* 164. *vſque ad* 170. Sed de hac materia contra-
61 ctus Viatoris, vel Aduenæ videnda ſunt, quæ latè diſſerit doctiſſimus Petr. Barboſ. *ad l. hæres abſens*, §. *Proinde*, *à num.* 94. *per multos ſeqq. ff. de iudic.* & Carleual. *de iudic. dicta diſput.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 275. *cum multis ſeqq.*

62 Dic decimò, illicitam eſſe inconſtantiam ſi vltra conuentionē de litigando coram Iudice non ſuo, fuit additum pactum de iudicio ſiſti, & de parendo mandatis Curiæ, Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de reo, & confeſſo* 1. *volum.* Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit nu.* 24. *verſ. ſextò limita*, vbi dicit pulchram limitationem, quamuis non forti ratione comprobatam, Fulgoſ. *num.* 12. *verſ. quartò limita*, Dec. *num.* 21. *& in dicto cap.* 1. *nu.* 145. *verſic. decimò fallit*, Scacc. *dicta limit.* 4. *num.* 170.

63 Dic vndecimò, illicitam eſſe inconſtantiam, ſi prorogatio iuriſdictionis tacitè fuerit inducta, *l. ſed, etſi ſuſceperit, in*

princ. ff. de iudic. Iaſon. *dicta l. ſi conuenerit num.*26. *verſ. octauò limita,* Angel. *nu.*1. *verſ. nec habet locum,* Fulgoſ. *nu.*15. *verſ.*14. *limita,*
64 vbi tamen ad exemplum per eum adductum cogita, non enim videtur verum, quod, ſi Clericus conuentus coram laico proceſſit ad litis conteſtationem tacito Clericatu ſuo, quod proceſſus valeat, ex quo eſt prorogatio, potius iuris, quàm hominis: Nam certum eſt, quod licet Clericus differat etiam vſque ad ſententiam, & executionem Clericatus exceptionem opponere, acta ſunt nulla, quamuis
65 debeat in expenſis condemnari, Felyn. *in cap. exceptionem, de except.* Bellamer. *deciſ.* 226. cum alijs per Farin. *de inquiſit. quæſt.*8. *num.*15. *&* 16. Hanc verò limitationem ſequitur Dec. *dicto cap.*1. *de iudic. num.*174. Scacc. *d. limit.*4. *num.*103.

66 Dic duodecimò, illicitam eſſe inconſtantiam in Procuratore, licet enim Dominus inconſtans eſſe poſſit, & pœnitere, Procurator autem nullo modo, Anchar. *conſ.*139. *&* 192. Dec. *dicta l. ſi conuenerit nu.*19. *verſ. octauò fallit, & in d. cap.*1. *nu.*143. *&* 144. Felyn. *ibid. nu.*7. *verſ. item nota, quod dicta lex ſi conuenerit, non habet locum &c.*

67 Declara dictum non procedere primò ſi ſubeſſet legitima cauſa, tunc enim etiam in Procuratore daretur inconſtantia, *l. ſi hominem, ff. mandati,* Dec. *dicta l. ſi conuenerit num.*19. *in fin.*

68 Secundò, ſi ipſe Procurator iuriſdictionem prorogaſſet, quia & ipſe poſſet pœnitere, Dec. *dicto cap.* 1. *num.*145. vbi dicit hoc in caſu ceſſare rationes Anchar.

69 Dic decimotertiò illicitam eſſe inconſtantiam ſi ſemel pœnituerit, demum in eundem Iudicem iterum inconſtans quis conſenſerit, vt per Text. in Auth. *offeratur de lit. conteſt.* tenet Fulgoſ. *dicta l. ſi conuenerit num.*14. *verſ.*11. *limit.*

70 Dic decimoquartò, illicitam eſſe inconſtantiam in præparatorijs iudicij, quia etiam ante litis conteſtationem in illis confertur iuriſdictio, & ſic non eſt locus pœnitentiæ, Fulgoſ. *d. l. ſi conuenerit nu.*12. *in* 1. *limit.*

QVÆSTIO XXII.

ARGVMENTVM.

An qui promiſit ſoluere in vno loco ſuæ obligationi ſatisfacere inconſtans poſſit in alio loco.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſoluere in vno loco non poteſt inconſtans à tali promiſſione recedere.*
2 *Sed in eo loco vbi promiſit ſoluere poterit conueniri.*
3 *Non ſolùm in ijs, quæ principaliter veniunt à contractu, ſed etiam in acceſſorijs.*
4 *Solutionis deſtinatæ forus ſortitur etiamſi deſtinatio ſit tacita.*
5 *Debitor ſubijcitur foro deſtinatæ ſolutionis, quamuis deſtinatio fiat poſt perfectum contractum, & ex interuallo.*
6 *Debitor non poteſt conueniri in loco contractus quando ſolutio eſt deſtinata in alio loco.*
7 *Solutione in quocunque loco generaliter deſtinata poterit debitor vbique conueniri.*
8 *Quod ſi debitor alibi ſoluat, parti tenebitur actione arbitraria ad intereſſe.*
9 *Solutione in quocunque loco generaliter deſtinata tenetur creditor eligere forum vbi velit ſibi ſolui.*
10 *Et debitor in foro electo conueniri poteſt pro tota quantitate.*
11 *Quid ſi illum forum ratione aliqua debitor non ſortiatur.*
12 *Contractus per fictionem iuris dicitur fieri in loco deſtinatæ ſolutionis.*
13 *Contractus verè celebratur in loco vbi verba proferuntur.*
14 *Solutione deſtinata in certis locis, puta Senis, vel Florentiæ adiecta clauſula generali, & vbique locorum, an debitor poſſit conueniri in locis diſtantioribus expreſſis, & num.* 16.
15 *Et an in locis inſolitis.*
17 *Cautela, ob quam debita etiam in locis diſtractioribus poſſit conueniri.*
18 *Debitor conuenitur in loco deſtinatæ ſolutionis, quatenus ibi reperiatur, alias non.*
19 *Debitor conueniri poteſt in loco, in quo habet bona.*
20 *Debitor an conueniri poſſit etiam in loco vbi non inuenitur, quando ibi promiſit ſe præſentare, & num.* 23.
21 *Debitor abſens an poſſit conueniri in loco vbi non inuenitur, quando ibi certa die promiſit ſolutionem, & num. ſeq.*
23 *Debitor abſens conueniri poteſt in loco deſtinatæ ſolutionis, quando proprio foro renunciauit.*
24 *Quamuis renuncians forum aliquem ſortiretur ex priuilegio ſpeciali.*
25 *Debitor abſens conueniri poteſt in loco ſolutionis deſtinatæ cum iuramento.*
26 *Dummodo iuramentum ſit ſpecialiter annexum ſolutioni, non autem contractui ſimpliciter.*

1 ILLICITA est inconstantia in eo, qui in aliquo loco soluere promisit, nam remota pœnitentia efficaciter in tali
2 loco poterit conueniri, *l. 3. ff. de bon. aut. Iudic. possiden. l. hæres absens, §. fin. ff. de iudic.* Angel. *d. l. si conuenerit, num. 1. vers. nec habet locum pœnitentia*, Alex. *nu. 9. vers. 10. fallit.* Bart. *num. 4.* Dec. *num. 31.* Fulgos. *num. 15. vers. vigesimaprima*, Iacobin. de S. Georg. *num. 7.* Iason. *num. 29. vers. 12. limita*, Zas. *num. 36. vers. vltimo fallit*, Dec. *d. cap. 1. de iudic. num. 149.* Felyn. *num. 12.* Scacc. *d. limit. 4. num. 104.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. tit. de solut. resolut. 26. n. 6.* Carleual. *de iud. d. disput. 2. quæst. 4. nu. 248.*

3 Et hoc dictum ampliatur etiam quoad accessoria in quibus sortitur forum ratione destinatæ solutionis, Abb. *cap. dilecti, de foro compet.* Dec. *d. l. si conuenerit, nu. 31. & d. cap. 1. num. 150.* Trentacinq. *loco citato num. 7.* Carleual. *de iud.* qui plures refert *disput. 2. quæst. 4. sub num. 248. in fine.*

4 Secundò amplia vt procedat etiamsi tacitè sit destinata solutio, Anton. de Butr. *cap. fin. de foro compet.* Bart. *d. l. hæres absens, §. Proinde, ff. de iudic.* Dec. *d. cap. 1. num. 151. & d. l. si conuenerit, num. 31.* Trentacinq. *loco cit. num. 8.* Carleual. *de indic. dicta disput. 2. quæst. 4. num. 279.*

5 Tertiò amplia etiamsi post contractum perfectum ex interuallo destinatio solutionis facta sit, Anton. de Butr. *d. cap. fin. de foro compet.* Dec. *d. cap. 1. de iudic. n. 152.*
6 vbi de mente Butrij quod isto casu etiam in loco contractus poterit conueniri, secus quando in ipso contractu solutio alibi destinatur, Dec. *d. l. si conuenerit, num. 31.* Trentacinq. *loco citato num. 9.* Carleual. *de iudic. d. disput. 2. quæst. 4. num. 260.*

7 Quartò amplia, vt procedat non solùm, quando locus specialiter nominatur, sed

tur, sed etiamsi generaliter sit dictum, *in quocunque loco*, vel si dicatur, *vbicumque fuerit petitum*, vel *vbicunque fuerit inuentus*, nam vbique poterit conueniri, nec propter generalitatem promissio vitiatur, *l. Titium*, §. *Tutores*, vbi Bart. per illum Text. *ff. de admin. Tut.* Alex. *d. l. si conuenerit, num.* 10. Iaſ. *num.* 39. Dec. *n.* 34. Abb. *d. cap.* 1. *de iudic. num.* 23. Anton. de Butr. *num.* 37. Dec. *num.* 153. Soccin. *cap. Dilecti num.* 31. *quæst.* 7. Carleual. *de indic. d. disp.* 2. *quæst.* 4. *num.* 243. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 107. *&* 109. vbi *num.* 111. dicit, quod
8 si promissor inconstans alibi solueret, tenetur actione arbitraria ad interesse.

9 Nota tamen, quod isto casu creditor debebit eligere locum, vbi velit sibi solui, Bald. *in rubr. C. de constit. pecun.* & *in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iudex, versic. extra.*
10 Dec. *d. cap.* 1. *num.* 154. Et in tali loco sic declarato poterit conueniri pro tota quantitate, Bart. *l.* 3. §. *Si quis ita, ff. de eo quod cert. loc.* etiamquod ibi non sortiatur
11 forum aliqua ratione, vt per Anton. de Butr. & Abb. concludit Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 155. Scacc. *d. limit.* 4. *nu.* 117. Soccin. *d. cap. Dilecti, num.* 31. *quæst.* 7.

12 Declara primo hanc conclusionem, seu dictum procedere fictione iuris, quia per iuris interpretationem dicitur contractus
13 fieri in loco destinatæ solutionis, verè enim contractus celebratur, vbi verba proferuntur, vt bene prosequitur, Dec. *d. cap.* 1. *num.* 155. *&* 156. & *in d. l. si conuenerit, num.* 34. Trentacinq. *loco cit. nu.* 11.

14 Declara secundò, dictum procedere, quando generaliter facta fuit promissio, non expressis aliquibus locis, quia tunc in quolibet loco poterit conueniri, secus autem si aliqua loca exprimuntur vtputa promisit soluere Florentiæ, Senis, adiecta tamen clausula generali, *& vbique locorum vbi fuerit inuentus*, quia ista clausula generalis restringitur, & intelligitur de locis similibus expressis, hoc est non distantioribus, vt voluit Abb. *d. cap.* 1. *n.* 23. Anton. de Butr. *num.* 37. Decius *num.* 157. Rip. *num.* 71. Peregr. *num.* 70. Iason. *d. l. si conuenerit, num.* 44. Scacc. *d. limit.* 4. *nu.* 132. qui pluribus similibus hanc declarationem comprobat. Contrarium voluit Imol. *in dicto cap.* 1. *num.* 12. scilicet, quod adiecta clausula generali, *& in quibuscumque alijs locis*, possit conueniri, etiam in locis remotioribus, & eum videtur sequi Alex. *d. l. si conuenerit, num.* 12.

Decius *d. cap.* 1. *num.* 157. distinguit; quod aut est locus insolitus, de quo par-
15 tes verisimiliter non debuerunt cogitare, & non poterit in tali loco conueniri, si verò locus non sit insolitus, quamuis sit remotior alijs expressis locis, ex intentione partium videtur, quòd ibi possit conueniri, & propterea, qui Pisis contraxit, & promisit soluere Florentiæ, Senis, & vbique locorum, poterit conueniri Romæ, Mediolani, vel Venetiis.

Cæterum hanc distinctionem expressè improbat Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 140. Quia
16 illa clausula debet restringi ad loca non distantiora, & propterea, si quis promittit soluere Senis, Florentiæ, & Bononiæ, cum Bononia distet à Senis 80. milliaribus, poterit conueniri in quolibet loco distanti per 80. milliaria, sed non in loco magis distanti; Et hæc opinio videtur magis æqua, quam sequitur Trentacinq. *loco cit.*
17 *num.* 16. vbi tamen ad remouendam omnem difficultatem dicit secundum Cepollam *Caut.* 70. debere formari promissionem his verbis: *Quæ centum dictus debitor promittit soluere hic Paduæ, Vicentiæ, Perusij, vel Florentiæ, & in dictis locis se præsentare, vel in aliquo ipsorum ad requisitionem dicti creditoris, & vbique locorum quantumcunque distantium, etiamsi reperiatur ibi, nauigans, vel quid simile faciens, vel etiamsi ibi timeret potentiam Aduersarij, vel alterius, vel Iudicis authoritatem, vel etiamsi ibi non reperiatur, & promisit soluere omnia, & integra centum, & insolidum vbi fuerit inuentus, vel vbi fuerit petitum, & dictus Debitor renunciauit omnibus, & singulis legibus, &c.* de qua etiam cautela videndus est Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 162.

18 Declara tertiò, dictum procedere quando quis reperitur in loco, in quo soluere promisit, secus si ibi non reperitur, quia non poterit conueniri, Bartol. *in d. l. Titium*, §. *Tutores, ff. de admin. Tut. & in dicta l. si conuenerit, & in rubr. de constit. pecun.* Dec. *d. cap.* 1. *num.* 158. *& in d. l. si conuenerit num.* 33. Berou. *d. cap.* 1. *num.* 144. Carleual. *de indic. dicta disput.* 2. *quæst.* 4. *numero* 262.

Aduerte tamen quod sunt plures casus, in quibus tenetur promissor soluere in loco, in quo promisit, etiamsi ibi non inueniatur, & sic non poterit esse inconstans.

19 Primus est, quando conuenitur in loco, vbi habet bona, Alex. *d. l. si conuenerit, num.* 10. Iaſ. *num.* 39. Anton. de Butr. *d. cap.* 1. *num.* 27. & ibi Dec. *num.* 159. *&* 160. Scacc. *d. limlt.* 4. *num.* 115. Carleual. *de iudic. d. disput.* 2. *quæst.* 4. *num.* 264.

20 Secundus est casus, quando quis promisit soluere in aliquo loco, & ibi se præsentare, quia tunc in tali loco poterit conueniri, quamuis ibi non reperiatur, Bald. *in l. cum Archimedoram, num.* 5. *C. vt in possess. legat.* Iaſ. *d. l. si conuenerit, num.* 41. *& in l.* 1. *num.* 2. *limit.* 4. *ff. de eo, quod cert. loc.* Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 162. Peregr. *num.* 63. *vers. admittunt tamen*, Rip. *num.* 66. Felyn. *cap. vlt. de foro compet. nu.* 22. Couuar. *pract.*

*quæst. cap.*10. *num.*6. *verſ.*12. Scacc.*dicta limit.*4. *num.*118. Carleual. *de iudic. dicta diſput.*2. *quæſt.* 4. *num.*266.

21 Tertius eſt caſus, quando quis promiſit ſoluere certo loco, & certo tempore, putà Florentiæ in die S. Ioannis, vel in Nundinis, nam ibi poterit conueniri etiam quod non reperiatur, vt poſt Baldum, & Imol. tenet Dec. *d. cap.* 1. *num.* 164. & Peregr. *num.*63. *verſ. admittitur,* Iaſ. *d. l. ſi conuenerit, num.*42. *&* *d. l.* 1. *num.*2. *limit.*5. *ff. de eo quod cert. loc.* Curt. iun. *l.* 1. *num.* 10. *ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* Couuar.*loco cit. num.*5. *verſ.*13. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 119. Carleual. *de iudic. d. diſp.*2. *quæſt.*4. *nu.*267.

22 licet ipſe dicat habere ſuſpectos de falſitate ſecundum, & tertium caſum, vt *numero* 268.

23 Quartus eſt caſus, quando promiſſor proprio foro renunciauit, quia in loco deſtinatæ ſolutionis poterit conueniri, etiamſi ibi non reperiatur, Gloſsa *in l.* 1. *in l. pro non dato, ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* Bald. *d. l. cum Archimedoram, n.*5. *C. vt in poſſeſs. legat.* Abb. *in dicto cap.*1. *num.* 23. Dec. *num.*165. Peregr. *loco cit.* Iaſ. *dicta l. ſi conuenerit, num.*40. *&* *d. l.* 1. *num.*2. *limit.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* Couuarr. *pract. quæſt. cap.*10. *num.* 6. Carleual. *de iud. d. diſput.* 2. *quæſt.*4. *num.*263.

24 Quod procedit etiamſi renuncians priuilegio fori haberet ex priuilegio ſpeciali forum aliud præter illud, quod de iure communi illi competebat, vt aduerſus Iaſonem, & Dec. bene firmat Couuarr.*dicto cap.*10.*num.*5. ex Boſco Codec. *d. cap.*1. *de iudic. num.*12.

25 Quintus eſt caſus, quando debitor promiſiſſet cum iuramento ſoluere aliquo in loco, quia tunc ratione iuramenti poſſet eo in loco conueniri, quamuis ibi non repeciretur, Iaſ. *d. l.* 1. *num.*2. *limit.*1. *ff. de eo quod cert. loc.* Angel. Paul. Caſtrenſ. & Iacobin. *d. l. hæres abſens*, §. 1. *ff. de iudic.* Roman.*ſingul.*279. Marian. Soccin.*cap. Dilecti, num.*39. *de foro compet.* Felyn. *cap. vlt. eod. tit. num.*21. Curt. *d. l.* 1. *ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* Rip. *d. cap.*1 *de iudic. num.*66. & ibi Berou. *num.*196. Peregr. *d. num.*63. *verſ. admittuntur,* Couuarr.*d. cap.*10. *num.*6. *verſ.*10. Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 120. Carleual. *de iud. d. diſput.*2. *quæſt.*4. *num.*162. vbi innumeros allegat.

26 Sed aduertendum eſt, iuramentum hoc non debere eſſe ſimpliciter annexum contractui, ſed in ſpecie ſolutioni, vel reſponſioni apud Iudicem, vt benè Couarr. *loco cit. verſ. id circo erit,* quod tamen non placet Soccino relato à Bernar. Diaz *reg.*642. *limit.* 2. licet opinionem Couuarruuiæ teneat Guttierez *de iuramento confirmat. par.*3. *cap.*16. *num.*6.

27 Sextus eſt caſus, quando mediantibus litteris hortatorijs ad Iudicem, ſub cuius iuriſdictione, & intra cuius territorium manet, Iudex deſtinatæ ſolutiònis citare facit promiſſorem, vt coram eo comparcat, Dec. *d. cap.*1. *num.*161. Scacc. *dicta limit.*4.*nu.*116.*&* 122. Couuarr. *dicto cap.* 10. *num.* 6.

28 Septimus eſt caſus, quando Inſtitor, vel adminiſtrator rationem reddere in certo loco promiſit domino, quia etſi ibi non inueniatur, conueniri poterit, Caſtren. *d. l. hæres abſens*, §. *ſi quis tutelam, n.*8. *ff. de iudic.* Peregr. *d. cap.* 1. *loco cit.* Ægid. *d. l. ex hoc iure ſecunda part. cap.*13. *clauſ.*5. *num.*23. vbi ampliat etiamquod non fuiſſet

29 expreſſum, quod Inſtitor in illo loco conueniri poſsit, Barboſ. *d. l. hæres abſens*, §. 1. *num.*66. qui tamen ſolum hoc dicit proce-

30 dere in rationibus publicis, non in priuatis, ſuper quo conſidera.

31 Adde quod ſi ille, cui reddenda eſt ratio, locum domicilij elegit, non poteſt demum inconſtans trahere Adminiſtratorem ad locum rei adminiſtratæ, vt probat Eſcobar. *de ratiocin. cap.*7. *num.*6.

32 Octauus eſt caſus, quando tractaretur de cauſa ſtatus, *l.* 1. *C. vbi cauſa ſtat.* Peregr. *loco cit.*

33 Declara quarto generale dictum quando ſolutio deſtinatur in aliquem locum ad liberam voluntatem creditoris, ſecus ſi debitor ſoluere promiſit *vbicumque placuerit creditori*, qnia tunc non poterit conueniri, niſi in loco, in quo ſortitur forum, Bart. *d. l. ſi conuenerit, num.* 4. Alex. *num.*13. Iacob. de S. Georg. *num.*10. Abb. *d. cap.*1. *num.*23. Dec. *num.*167. Contrarium voluit Anton. de Butr. *d. cap.* 1. *num.* 37. & ibi Imol. *num.* 19. Fulgoſ. *d. l. ſi conuenerit, col. vlt.* Iaſ. *num.*38. Dec. *nu.*30. Soccin. *d. cap. dilecti, num.*3. *quæſt.*7. Dec. *d. cap.*1. *num.*167. *in fine*.

34 Sed non eſt recedendum ab opinione Bartoli, vt dicit Scacc. *d. limit.* 4. *num.* 31. quia verbum, *placuerit,* ſonat in arbitrium boni viri, *l. Thais*, §. *Sorore, ff. de fideicom.*

35 *libert.* ſed vir bonus non debet arbitrari, niſi prout leges diſponunt, *lege vir bonus, ff. iudic. ſolui*, Scacc. *loco cit. num.*126.

36 Declara quintò, quando in loco deſtinatæ ſolutionis vigeret peſtis, quia ibi reſpondere non tenetur Angel. *in l. cum res in princ. ff. de legat.* 1. *& ibid.* Alex. idem Alex. *d. l. ſi conuenerit, decima fallen.* & hanc eſſe communem opinionem quidquid dixerit Imola *in d. l. cum res*, tenet Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 168. Scaccia latè *num.*160. Carleual. *de indic. d. diſp.*2. *quæſt.*4. *num.*254.

37 idem Iacobin. de S. Georg. *d. l. ſi conuenerit, num.* 6. vbi ex Imol. *in cap. fin. extr. de Cler non reſiden.* quod Clericus abſens non

38 teneatur venire ad Eccleſiam ſuam in loco peſtiferato. Niſi tamen Eccleſia care-

ret suffragio ministrorum, & hoc esse notandum dicit Iacobin. *ibidem*.

39 Declara sextò, quando soluere promisit, secus si solum respondere in aliquo
40 loco, quia videtur promittere, vt ibi possit conueniri,& non excluditur inconstantia, Alex. *d. l. si conuenerit*, *num.* 17. Bart. *num.*4. Ias. *num.*36. *&* 37. Iacobin. de Sancto Georg. *num.* 11. Castrens. qui testatur de communi, *l. si quis*, *num.* 6. vbi Alex. *item num.* 6. *vers. in gloss. Cod. de pact.*
41 vbi quod licèt debitor in Instrumento dixerit, quod vult posse conueniri Florentiæ, Bononiæ, *& vbique locorum*, tamen hoc non obstante si fuerit conuentus Florentiæ, poterit declinare forum,& ibidem Iason *num.* 12. vbi de commun. Dec. *dicto cap.* 1. *num.* 169. Abb. *num.* 23. Scacc. post Specul. *dicta limit.* 4. *num.* 148. & melius *num.*154. & de dicta promissione respondendi in tali loco,vide Carleual. *de iudic. d. disp.* 2. *quæst.* 4. *num.* 258. vbi ex duplici significatione,quam habet verbum *respondere* affert distinctionem concernentem hanc materiam.
42 Quamuis *num.* 152. teneat contrarium cum Baldo *in l. eam, quam C. de fideicom.* quem sequitur Castrens. *l. non vtique*, § *si quis ita num.* 3. *ff. de eo, quod cert. loc.* Alex. *d. l. si quis num.* 7. *C. de pact.* ea ratione,
43 quia qui promittit respondere certo loco promittit soluere, non enim intelligitur de responsione contradictoria,sed de executiua, quia non interest stipulatoris ap-
44 ponere pactum contradictorium, sed satisfactorium, alioquin tanquam fatuus loqueretur contra seipsum, & hanc opinionem tenent bellè Petrus Barbosa *in l.* 1. *artic.* 3. *nu.* 232. *ff. de iudic.* Ægid. Lusitan. *in l. ex hoc iure par.* 2. *claus.* 5. *num.* 10. *ff. de iust. & iur.* Augustinus Barbosa *dict.* 349. *num.*4. cui opinioni Ego quoque adhæreo per Textum *in d. cap. dilecti de for. compet.*
45 vbi verbum *respondere* interpretatur pro *soluere*, quæ opinio tantò magis procedit, quando fuit adiectum, *respondere de pecunia*, & sumus inter Mercatores, vt post
46 Doctores *supra* allegatos voluit Scaccia *dicta limit.* 4. *num.* 148. *&* 151.

Declara septimò, vt si quis promiserit soluere copulatiuè duobus in locis, putà
47 Florentiæ,& Bononiæ poterit solùm pro medietate conueniri in altero eorum locorum *l. non vtique*, §. *si quis ita stipuletur il primo*, & ibi Castrens. *num.* 1. *ff. de eo, quod cert. loc.* Marian. Soccin. *dicto cap. Dilecti num.* 29. *quæst.* 5. *de for. compet.* Peregrinus *dicto cap.* 1. *num.* 69. Scaccia *d. limit.* 4. *num.* 144.
48 Quæ tamen declaratio non haeret locum, si adesset addita clausula generalis, *& vbicunque fuerit repertus*, quia tunc pro tota summa potest conueniri in quolibet loco, Castrens. *dicta l. non vtique*, §. *si quis ita*, *ff. de eo, quod cert. loc.* Marianus Soccin. *dicto cap. Dilecti*, *num.* 30. *quæst.* 6. quamuis contra Scacc. *loco citato num.* 145. ipse loquatur inconstanter, & obscurè, Carleual. *de Iudic. d. disp.* 2. *num.* 257.
49 Declara octauò, quod promissor tunc possit conueniri vbique locorum ex expressis, quando loca sunt expressa copulatiuè, secus si sunt expressa alternatiuè, putà Mediolani, vel Parisijs, quia tunc non potest in vtroque conueniri, sed in vno loco ad electionem creditoris, *dicta l. non vtique*, & ibi Castrens. *num.* 1. *&* 2. *ff. de eo, quod cert. loc.* Marianus Soccinus *d. cap. Dilecti*, *num.*28. *quæst.*4. *de for. compet.* Scacc. *loco citato num.*146. Peregr. *d. cap.* 1. *num.* 58. *vers. altera*, & de vtroque casu Carleual. *de iudic. d. disp.*2. *num.*255. *&* 256.
50 Quamuis enim in alternatiuis electio sit debitoris, *cap. In alternatiuis de regul. iur. in* 6. §. *huic autem de act. l. plerunque*, §. *verum*, *ff. de iur. dot.* Rota *decis.* 189. *num.*7. *par.* 12. *recent.* Bichius *decis.* 218. *num.* 13.
51 Hæc tamen regula fallit in alternatiuis locorum, in quibus electio est creditoris, ne sit in potestate debitoris inconstantis in vno loco conuenti dicere se velle conueniri in alio, *d. l. non vtique*,& ibi Castren. *num.* 2. 4. *&* 5. Beroii. *d. cap.* 1. *num.* 192. *de indic.* Scacc. *loco cit. num.* 146.
52 Hanc limitationem intellige respectu petitionis, & loci, secus autem respectu solutionis, quæ remanet in electione debitoris, in quo loco velit eam facere, Castrens. *dicto l. non vtique*, *num.* 6. Soccin. *dicto cap. Dilecti*, *num.* 28. *quæst.* 4. Iason *cons.* 134. *num.* 22. *lib.* 4. Magonius *decis. Lucen.* 16. *num.* 10. qui dicit, quod
53 electione semel facta per debitorem non potest inconstans amplius variare.

At Scaccia *loco citato num.* 147. dicit, quod licèt electio solutionis sit debitoris,
54 tamen si ipse elegit ante litem contestatam locum, in quo velit soluere, non potest euitare condemnationem, nec solutionem faciendam in loco, vbi cre-
55 ditor iudicium instituit, sed habebitur ratio interesse debitoris, ac si solueret in alio loco, quàm in loco debito,quod si lis
56 sit contestata,tunc non potest inconstans euitare debitor solutionem in loco, vbi Actor iudicium cæpit, nulla habita ratione interesse; Quemadmodum etiamsi se-
57 mel facta à creditore electo loci fuerit, illum amplius variare non posse certum est ad Textum *in l. si is, cui*, *ff. de legat.* 2. Gomes. *de contract. cap.* 11. *ante num.* 44. Caldas. *de nominat. emphyt. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 83. De qua quæstione an, & quando in electionibus licita sit variatio, dicemus aliàs suo loco.
58 Declara nonò procedere dictum quo-

ad facultatem conueniendi, & soluendi, secus quoad subiiciendum contractum legibus, & statutis loci, quia locus contractus inspicitur, Abbas *cap. fin. col.* 11. *de for. compet.* Dec. *d. l. si conuenerit, nu.* 32. Trentacinq. *loco cit. num.* 10. Peregrinus *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 36. latissimè Surd. qui plurimos refert *cons.* 257. *ex num.* 1. *lib.* 2. Carleual. *de indic. d. disp.* 2. *num.* 272. Rota *in Perusina, seu Eugubina donationis veneris* 24. *Aprilis* 1671. *coram R. P. D. Calataiud,* §. *tertio denique*.

Dic decimoquintò illicitam esse inconstantiam si maior, vel Superior, aut æqua-
59 lis habet litem cum alio, ita quod difficile esset conueniri iste Superior, putà Papa, Imperator, vel Dux, vel Comes, qui possunt difficile, & quasi impossibiliter conueniri, quia si isti maiores, vel æquales se subiecerint inferiori Iudici, tunc non esset locus inconstantiæ, nec possunt amplius mutare voluntatem per Textum *in l. est receptum, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* tenet Zas. *d. l. si conuenerit, num.* 35. Quamuis contra teneat Romanus *ibidem num.* 2. Non enim videtur bona ratio à Romano adducta, quod magis faueatur necessitati, quia in casu nostro supponimus voluntariam subiectionem, quæ tollit maioritatem.

Dic decimosextò illicitam esse inconstantiam si partes litigantes ante litem con-
60 testatam proposuissent exceptiones dilatorias, & super eis petijssent pronunciari; Quia tunc censentur Iudicem sine mutatione voluntatis approbasse, nec possent postea pœnitere, Zas. *d. l. si conuenerit à num.* 25. vbi dicit communem opinionem,
61 quamuis Fulgos. contra teneat, & per bona fundamenta quibus tamen idem Zas. vnica ratione respondit, quam ipse putat esse viuam, hoc est, qui vult an-
62 tecedens, vult etiam consequens, *l. illud, ff. acquir. hæredit.* sed qui vult, quod Iudex iudicet in exceptionibus dilatorijs, meritò debebit etiam velle consequens, idest quod iudicet in causa *l. Papinianus, C. de sent. passis*, de qua limitatione vide Alex. *d. l. si conuenerit, num.* 17. *vers. in glos.* & Iason *ibidem num.* 32. Surd. *cons.* 280. *nu.* 15. & 16. *lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 19. *num.* 6. Carleual. *de iudic. dicta disput.* 2. *num.* 991.

QVÆSTIO XXIII.

ARGVMENTVM.

An creditor, qui cessit actiones contra debitorem suum, possit esse Inconstans.

SVMMARIVM.

1 *Actio omnis cedi potest.*
2 *Quid in eo, qui cum iuramento promisit non cedere.*
3 *Cedens actionem, quam cum iuramento non cedere promiserat, efficitur periurus.*
4 *Cedens rem vni, non potest inconstans eandem rem alteri cedere, & num.* 14.
5 *Iura semel cessa amplius cedi non possunt.*
6 *Beneficium vni resignans, an possit inconstans illud alteri resignare.*
7 *Cedens vni ius viæ, vel aquæ-ducendæ an, & quando possit illud etiam alteri cedere.*
8 *Clausula* ponens &c. *an, & quando impediat ne res vni cessa, possit alteri amplius cedi.*
9 *Iura cessa ex causa necessaria (putà dotis) non possunt amplius alteri cedi.*
10 *Idem ius cedi non potest duobus insolidum.*
11 *Duo Procuratores in rem propriam insolidum constitui non possunt.*
12 *Procurator in rem propriam an cessionarius.*
13 *Obligatio omnium iurium, & actionum vtiles actiones transfert in eum, cuius fauore facta est.*
15 *Notariorum stylus apponendi in Instrumentis cessionum obligationem, & affirmatiuam quod iura, quæ ceduntur alteri prius cessa non fuerint.*
16 *Actione cessa contra vnum ex pluribus reis debendi insolidum, non potest eadem actio cedi contra alterum.*
17 *Cedens cum iuramento rem cessam alteri cedere non potest, & de ratione, & num. seq.*
19 *Actiones directæ remanentes penes primum cedentem in præiudicium primi cessionarij non possunt alteri cedi.*
20 *Cedens, qui in prima cessione non transtulit actionem vtilem in cessionarium, potest eandem rem alteri cedere.*
21 *Venditor ante traditionem potest eandem rem alteri vendere, & illius dominium in alterum transferre.*
22 *Cessio conditionalis, vel ob causam conditione, & non purificata, vel causa cessante non impedit, quin eadem res alteri cedi possit.*
23 *Quid si secunda cessio fiat pendente conditione & an expectari debeat illius euentus.*
24 *Actiones directæ ossibus inhærent cedentis.*

1 PRÆMITTENDVM, quod omnis actio cedi potest, vt *in titulo de hæreditate, vel act. vendit. l. vlt. ff. de rei vendit. l. 2.* & ibi Gloss. & Bart. *C. de litigios.* Gloss. *in l. planè, verb. debeat, ff. famil. hercisc.* cum alijs per Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 25. *Gloss. 3. num. 2.* Carth. *decis. 18. num. 6.* Bertazz. *claus. 27. gloss. 6.* Oliban. *de act. par. 2. lib. 1. cap. 4. num. 35.* Olea, qui innumeros refert, *de cess. iur. tit. 3. quæst. 1. num. 1.*

2 Intantùm quod si quis iureiurando promisit non cedere actiones, potest nihilo-
3 minus inconstans ad cessionem deuenire, quamuis periurus efficiatur, Crauett. *cons.* 191. *num. 6.* Carthar. *dicta decis. 18. num. 10.* Mancin. *de iuram. par. 4. quæst. 14. effect. 22. num. 19.* Oliban. *loco cit. vers. potest fieri, & valet cessio.*

Videndum est, an creditor, qui cessit actiones contra debitorem suum, inconstans esse possit?

Quæstio hæc tripliciter potest considerari.

Primò, an post cessionem vni factam, alteri eandem cessionem facere possit?

Secundò, an cessione facta, inconstans possit à debitore creditum exigere, vel recipere?

Tertiò, an post factam cessionem aliquem actum facere possit, per quem cessionario præiudicetur?

4 Quoad primum dic omnino illicitam esse inconstantiam, cum iura semel cessa,
5 amplius cedi non possint, *l. non quocumque, §. Qui Caium, ff. de leg. 1.* & ibi expressè firmant Bart. Bald. Angel., & Castren. *in l. qui duos, §. 1.* & ibi Bald. *ff. de legat. 2.* idem Bald. *in l. 3. num. 7. C. de nouat. & in cons. 134. ad fin. & cons. 216. num. 4. lib. 2. & cons. 105. num. 6. & cons. 248. volumn. 3.* Salyc. *in l. 1. quæst. 19. C. de actionibus,* cum alijs per Bertazzol. *de claus. claus. 29. gloss. 2. nu. 6.* addo Cagnol. *in repetit. l. 2. C. de pactis num. 203.* Paris. *de resignat. lib. 1. quæst. 15. num. 6.* vbi
6 an resignans beneficium vni, alteri resignare possit inconstans, de qua quæstione videbimus *infra*, Cephal. *cons. 658. nu. 10. volum. 5.* Tusch. *litt. C, conclus. 183. num. 1.* Alex. *cons. 15. lib. 6.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap. 24. num. 58.* Ludouic. *concl. 4. declarat. 12.* Giurb. *decis. 104. num. 1.* Buratt. *decis. 470. num. 1.* Io. de Grass. *de cess. iur. §. 4. num. 7.* Oliban. *de action. siue eius* Additionator *par. 2. lib. 1. cap. 4. num. 19. vers. producit insuper alium effectum,* Carthar. *d. decis. 18. num. 3.* Grinell. *decis. Dolan. 111. num. 1.* Rota *decis. 316. num. 20. par. 12. & decis. 148. num. 10. par. 11. recent.*

7 Hinc propterea infert Florian. de S. Petro *l. per quem, ff. de seruit. rustic. præd.* quod qui cessit ius viæ, vel aquæducen. vni, non potest alteri illud ius cedere in præiu-

dicium primi, si autem primò non noceat, secundò cessio vtique poterit fieri, *l. rusticus*, §. *aquæductus*, *ff. eodem tit.* & ibi Florian. *num.* 1. vbi infert ad quæstionem de aqua concessa Fratribus Prædicatoribus, quæ demùm concessa fuit Fratribus Minoribus, quod concessio tenuerit, de qua quæstione facit mentionem Bartol. *in l. in concedendo, ff. de aqua pluu. arcen.*

8 Quæ conclusio multo magis ampliatur, si cedens actiones vsus fuerit clausula illa *ponens in locum suum*, Agnel. *in l. si cum emptore, ff. de pact.* Iason. *d. l. non quocunque, dicto* §. *Caium, ff. de legat.* 1. Thes. *decis.* 201. Intrigliol. *sing.* 86. Surd. *cons.* 22. *num.* 36. Rot. *decis.* 15. post Oleam *de cess. iur. nu.* 12. *vers. quia præterquamquod.*

Sed quia super hac conclusione multi alij Doctor. contrarium tenuerunt, & præsertim Rota *decis.* 453. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* & de ea dicemus in secundò puncto, ideò vide quæ *infra* adducemus.

9 Secundò amplia multò magis, si cessio fiat ex causa necessaria, nempe pro pretio, vel ex causa dotis, vel alia non dissimili, Ronchegal. *de duobus reis in l.* 3. *num.* 74. & 75. Ludouic. *dicta conclus.* 4. *vers. declara secundò*, Giurb. *decis.* 104. *num.* 2.

10 Tertiò amplia, vt neque duobus insolidum idem ius cedi possit, Bald. *l.* 1. *C. de act. & oblig.* Tusc. *dicta conclus.* 183. *num.* 3. Giurb. *decis.* 104. *num.* 3. Sicuti nec duo
11 Procuratores in rem suam insolidum
12 constitui possunt, quia sunt cessionarij, Bart. *in rubr. de Procur. in* 8. *col.* Ias. *in dicto* §. *qui Caium num.* 7.

13 Quartò amplia, vt non solùm procedat, quando tractatur de cessione formali, sed etiam quando quis obligat omnia bona sua, iura, & actiones præsentia, & futura, quia vtilis actio transfertur in eum, cui fit obligatio, Alexan. *cons.* 15. *num.* 1. *vers. ex quo infertur lib.* 6. Tusc. *dicta conclus.* 183. *num.* 5. Osasc. *decis.* 62. Giurb. *dicta decis.* 104. *num.* 5.

14 Quintò amplia, vt non solùm procedat in primò cedente, sed multo magis in secundò, & alio deinceps, quia alteri cedere non potest, Ias. *in l. cum emptore nu.* 14. *in* 4. *limit. ff. de pact.* Alex. post Bartol. *in l. ex asse nu.* 6. *ff. ad Trebell.* Tusc. *d. concl.* 183. *num.* 7.

Hinc propterea solent Notarij in huiusmodi cessionibus, quæ principaliter fiunt,
15 expresse addere, quod cedens protestatur, & affirmat, se iura, quæ tunc cedit, alteri prius non cessisse, Bertazzol. *d. clauf.* 29. *glofs.* 2. *num.* 6. *in fin. versic. Solent tamen Notarij.*

16 Sextò amplia, etiamquod sint plures rei debendi insolidum, nam actione cessa contra vnum, non potest cedi eadem actio contra alterum, *l.* 3. *in fin. ff. de duobus reis*, Iason. *d.* §. *qui Caium num.* 5. Ronchег. *de duobus reis l.* 3. *num.* 79. & 80.

17 Septimò amplia multo magis, si prior cessio fuerit iuramento firmata nam tunc
18 cedens omni actione nedum vtili, sed etiam directa priuatur, Thesaur. *decis.* 201. *num.* 7. Griuel. *dicta decis.* 111. *num.* 2.

19 Octauò denique amplia, vt quamuis apud cedentem maneat exercitium actionum directarum, illas tamen cedere non potest in præiudicium prioris cessionarij, Alexan. *dicto cons.* 15. *nu.* 2. *lib.* 6. Tusc. *dicta conclus.* 183. *num.* 8.

20 Dic primò, licitam esse inconstantiam, quando actio vtilis in primò contractu non est in alterum translata, quia tunc al-
21 teri cedi potest, sicuti res vni vendita, sed non dùm tradita potest alteri vendi, & eius dominium transferri, *l. quoties, C. rei vendic.* de qua quæstione dicemus suo loco, Bart. *in dicto* §. *qui Caium, ad fin.* & ibi Iason *num.* 7. Salycet. *l.* 1. *C. act. & obligat. num.* 24. 19. *quæst.* Alexan. *dicto cons.* 15. *nu.* 1. *vol.* 6. Guidopap. *singul.* 606. Osasc. *decis.* 62. *per totam.*

22 Secundò dic, licitam esse inconstantiam, quando essemus in prima cessione conditionata, vel ob causam, nam conditione non purificata, & causa cessante posset fieri secunda cessio, Bald. *cons.* 248. *lib.* 3. Tiraquell. *dicto* §. 26. *glofs.* 1. *num.* 82. Rot. *decis.* 404. *par.* 4. *diuers.* Buratt. meliùs *decis.* 470. *num.* 4. Tusc. *dicta conclus.* 183. *num.* 4. qui subiungit, quod si secunda
23 cessio fiat pendente conditione expectandus est conditionis euentus, quia præfertur secundum conditionis existentiam, vel non existentiam; imò hoc casu posse cedentem sine nota inconstantiæ reuocare cessionem, etiamquod interueniat vnum ex tribus, de quibus *in l.* 3. *C. nouat.* voluere Bald. & Salyc. *in l. pacto successorum, C. de pact.* Misinger. *cent.* 3. *obseruat.* 96. Ricc. *collect.* 118. *vers. & an valeat reuocare cessionem*, Balb. *decis.* 176. Oliban. *de act. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 30. Costa *de rat. quæst.* 70. *num.* 7. Carpan. *ad Statut. Mediol. par.* 1. *cap.* 445. *num.* 63. Alb. *cons.* 547. *num.* 6. Arias de Mes. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 20.

24 Tertiò, dic licitam esse inconstantiam in cessione exercitij actionis directæ, quæ semper inhæret ossibus cedentis, nam quis potest per cessionem vtilium actionum
25 constituere Procuratorem in rem suam, Bart. *in dicto* §. *qui Caium num.* 1. *vers. sed indirecta*, latè ibid. Ias. *nu.* 8. *vers.* 3. *intellige, & num.* 9. *cum seq.* Salycet. *dicta l.* 1. *num.* 25. *quæst.* 19. *C. act. & oblig.* Alex. *dicto cons.* 15. *num.* 1. *lib.* 6. Afflict. *decis.* 335. *nu.* 22. Cephal. *cons.* 658. *num.* 40. Osasch. *decis.* 63. Tusc. *d. conclus.* 183. *num.* 12. Marant. *l. si Actor nu.* 15. *ff. de Procurat.* Cald. Pereyra *de empt.*

26 *& vendit. cap.* 24. *num.* 42. qui de mente Gregorij Lopez ampliat etiamſi Ceſſionarius abſens ſit, Griuell. *dicta deciſ.* 111. *num.* 8. *&* 9. Buratt. *deciſ.* 470. *num.* 4.

27 Dic quartò, licitam eſſe inconſtantiam, quando prima ceſſio fuit facta limitatè ad vnam cauſam, quia non impedit, quin poſſit fieri ſecunda ceſſio, Bald. *d. conſ.* 248. *num.* 1. *lib.* 3. Buratt. *dicta deciſ.* 470. *num.* 4.

28 Dic quintò, licitam eſſe inconſtantiam, quando prima ceſſio nulla eſt, nam tunc nihil obſtat, quin poſſit fieri ſecunda ceſſio, Buratt. *deciſ.* 438. *& dicta deciſ.* 470. *num.* 5.

29 Dic ſextò, licitam eſſe inconſtantiam, quando in priori ceſſione non interuenerit vnum ex tribus, de quibus *in l.* 3. *C. de*
30 *nouat.* nam ſicuti vno ex iſtis non interueniente poteſt inconſtans cedens ipſemet exigere creditum ceſſum, vt videbimus
31 *infra*, ità nihil obſtat, quin ſecundam facere poſſit ceſſionem, ſaltem reſpectu exercitij directarum actionum, vt bene ratiocinatur, & reſoluit Rota apud Buratt. *dicta deciſ.* 470. *à num.* 2. Cephal. *d. conſ.* 658. *num.* 20.

32 Cæterum in concurſu dictarum ceſſionum quis ſit præferendus, Cephalus *dicto conſ.* 658. *num.* 14. dicit, præferendum eſſe, qui poſſidet per regulam *l. quoties, C. de rei vendic.* quem ſequitur Oliban. *de action. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. *verſ. producitur*, ibi, *& in duabus ceſſionibus*, Caldas verò Pereyra *dicto cap.* 24. *num.* 58. diſtinguit; Aut ſecunda ceſſio fuit facta re integra, hoc eſt antequam interueniat quodlibet ex notatis *in l.* 3. *C. de nouat.* & præuentioni locus eſt, nam quemadmodum potuit ipſe Dominus per *dictam l.* 3. non obſtante ceſſione creditum exigere, ità, & ſecundus ceſſionarius; Aut verò fit ſecunda ceſſio re non integra, & tunc, quia nec ipſe Dominus poterat, non etiam poterit ſecundus Ceſſionarius *per dictam l.* 3.

33 Quo verò ad ſecundum punctum, an cedens ceſſione facta poſſit inconſtans ipſemet creditum ceſſum exigere? licet hæc quæſtio perdifficilis ità videatur, vt Cacheranus *deciſ.* 62. *num.* 7. dixerit, hanc intelligi non poſſe ſine diuino lumine, quod ſibi illuxiſſe iactantia teſtatur Franc. Merlin. *controuerſ. forenſ. cent.* 2. *cap.* 31. *in princ.* Tu tamen ſtatue concluſionem, licitam eſſe inconſtantiam, poſſeque cedentem creditum ceſſum exigere, niſi interueniat
34 vnum ex tribus requiſitis, de quibus *in l.* 3. *C. nouat.* vt eſt Textus *in dicta l.* 3. qui eſt ſingularis ſecundùm Bartol. & alios, *ibidem*, & vltra Doctor. *in dicta l.* 3. tenet Iacob. de Aret. *in tract. de ceſſ. act. rubr.* 7. *num.* 85. Bartol. *in l.* 1. *num.* 20. *ff. oper. nou. nunciat.* & ibi Gloſſ. Bald. Salycet. & Caſtren. Bald. *l.* 1. *num.* 19. *C. act. & obligat.* Doctores omnes *in l. ſi cum emptore, ff. de pact.* Rub. *conſ.* 159. *nu.* 2. Bertran. *conſ.* 116. *num.* 12. *volum.* 2. Tiraquell. qui plures *de vtroque retract.* §. 26. *num.* 14. hos omnes, & alios Bertazzol. *de clauſ. clauſ.* 29. *gloſſ.* 4. *num.* 5. addo Oſaſc. *dicta deciſ.* 62. *per tot.* Amat. *deciſ. March.* 93. *num.* 9. Surd. *conſ.* 22. *lib.* 1. *num.* 7. *&* 8. Ludouic. *d. concluſ.* 4. *verſ. quo verò*, Trentac. *var. reſolut. vol.* 1. *lib.* 3. *reſolut.* 14. *num.* 1. *verſ.* 4. *concluſ.* Oliban. *de act. dicta par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 30. *verſ. permittitur*, Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 3. *par.* §. 4. *num.* 15. Gaſpar Anton. Theſ. *lib.* 4. *forenſ. quæſtion. quæſt.* 12. plures remiſſiuè adducit Arias de Meſa *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 17. latè Tuſch. *littera C. concluſ.* 185. qui latè proſequitur concluſionem, ſed more ſuo ſatis confusè, Olea *de ceſſ. iur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 12. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.* 239. *num.* 1. *par.* 10. *recent.* Buratt. *deciſ.* 135. *num.* 8. *& d. deciſ.* 470. *num.* 4.

35 Ratio concluſionis eſt, quia cedens actiones, cum cedat tantùm vtiles, retineatque penès ſe directas, quæ oſſibus inhærent, inceſſibileſque ſunt, *l.* 1. §. 1. *ff. ad Trebell. l.* 3. *in principio, ff. pro ſocio*, Surd. *d. conſ.* 22. *num.* 9. *verſ. quia tenendum*, Buratt. *d. deciſ.* 470. *num.* 1. propterea non
36 prohibetur exercitio illarum vti, vt dicunt omnes Doctores *ſupra citati*.

Amplia primò, concluſionem procedere, etiamquod debitor ceſſus ceſſionis
37 ſcientiam habeat, Specul. *tit. de Procurat.* §. *ſequitur num.* 13. & ibi Io. Andr. Gloſſ. *in l. nomen in verb. vtilibus, C. quæ res pignor. obligar. poſſ. & in l. grege*, §. *cum pignori in verb. ſoluto, ff. de pignor.* Angel. *in d. l. ſi cum emptore in fin. ff. de pact.* Soccin. *conſ.* 18. *num.* 16. *volum.* 1. Surd. *d. conſ.* 22. *num.* 9. Afflict. *d. deciſ.* 335. *à num.* 22. & ibi Vrſill. *à num.* 18. Angel. *conſ.* 258. Cuman. *conſ.* 4. *num.* 4. Tuſc. *d. concluſ.* 185. *num.* 3. *&* 11. Rota *deciſ.* 453. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſor.* Merend. *controuerſ. lib.* 9. *cap.* 27.

Cæterum in hac ampliatione Gloſſa, & Doctores nedum inuicem, ſed ſibimet fuerunt contrarij, & inconſtantes, vt dicit Bertazzol. *d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 4. *num.* 8. & Gloſſæ ſibi obloquuntur ſicuti moris eſt earum, dicit Cyn. *in dicta l.* 3. *C. de nouat. verſ. ſecundò quæro:* nam Gloſſa *in l. fin. ff. de tranſact.* tenet contrarium, & eam ſequitur Cyn. *in dicta l.* 3. *C. de nouat.* & hanc communiter teneri dicit Baldus ſibi contrarius in locis per Bertazzol. *loco cit. allegatis*, vbi alios quamplures hinc inde allegat, addo pro hac opinione defendenda Oſaſc. *deciſ.* 45. contra Afflictum tenet Facchin. *controuerſ.* 94. *lib.* 3. *per tot.* Gaſpar Ant. Theſ. *d. quæſt.* 12. *lib.* 4. ex multis idem contendit Carleual. *de Iudic. diſput.* 26. *à num.* 8. Cenc. *de cenſ. quæſt.* 109. *num.* 35.

Gallerat.

Galerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 86. Schiphordeg. *lib.* 3. *tract.* 23. *quæst.* 10. *cum seq.*

38 Fœdere tamen distinctionis nonnulli hasce contrarias opiniones concordant, vt ampliatio procedat, quando cessio facta est ad commodum cedentis, & eius periculo; contraria verò, quod procedat, quando cessio est facta ad commodum cessionarij, sic Bartol. post Iacobum de Arena, & Oldradum *in d. l. si cum emptore, §. si hæres*, & ibi Castrens. & Imol. Baldus & Angel. parùm sibi constans *in l.* 3. *C. de nouat.* idem Baldus, Castrens. Alex. & Iason *in dicta l. si cum emptore*, & hanc esse communem opinionem dicit Romanus *cons.* 102. Baldus *cons.* 163. *volum.* 3. Aret. *§. preterea, num.* 34. *de act.* Alex. *cons.* 15. *num.* 1. *vol.* 7. Neguf. *de pignor.* 3. *memb.* 2. *par. num.* 26. *vers.* 2. *dubitatur*, Bertrandus *cons.* 190. *par.* 1. Paris. *cons.* 19. *num.* 63. Bertazzol. *d. claus.* 29. *gloss.* 4. *num.* 9. *verb. & licèt*, vbi dicit, & si hanc distinctionem tanquam communem credat esse seruandam, etiam in practica tamen ad euitandas omnes difficultates laudaret fieri denunciationem per cessionarium debitori, addo Surdum *d. cons.* 22. *nu.* 43. *& cons.* 82. *nu.* 38. Olea *de cess. iur. tit.* 8. *quæst.* 2. *num.* 17. *&* 18. Felician. *de cens.* 2. *tom. lib.* 4. *cap. vnico num.* 9. *vers. sed dubitari*; quam sententiam probant etiam Sfort. Odd. *in d. l.* 3. *quæst.* 3. *artic.* 2. Gait. *de credito, cap.* 2. *titulo* 3. *à num.* 455. Carleual. *de iudic. d. disput.* 26. *num.* 8. Rota *d. decis.* 453. *num.* 3. vbi quod res transit sine difficultate, quando cessio facta est ad commodum cessionarij, licèt

39 subiungat, quod aliqui ex Dominis putabant distinctionem procedere, vbi cessio fit ex causa necessaria, secus autem, vbi fit ex causa voluntaria, de quo vide.

40 Secundò amplia etiam, quod cessio fuerit facta cum clausula, *ponens in locum suum*, quia hæc clausula non tollit inconstantiam in cedente respectu directarum actionum, Bald. *d. l.* 3. *num.* 1. *&* 5. Salycet. *num.* 6. *&* 7. *vers. Ego*, Castrens. *d. l. si cum emptore, num.* 4. *ff. pact.* vbi Alex. *num.* 3. Castrens. & Iason *num.* 9. Iacobin. *in prima lectura num.* 6. vbi testatur sic fuisse iudicatum in sacris Audientijs, & in secunda lectura *num.* 3. Angel. *l.* 2. *num.* 2. *in principio, ff. ad Senatum-consultum Trebell.* vbi Castrens. *num.* 3. Roman. *l.* 2. *§. si ego, num.* 2. *ff. de oper nou. nunciat.* vbi Alexand. *num.* 8. *vers. tamen ipsemet Angelus*, quam sententiam ibi confirmat Curt. sen. *in addit. vers. sed aduerte*, dicens sic sæpius respondisse Aret. *l. cum filius-familias num.* 5. *post principium, vers. vnde Angelus, ff. de legatis primò*, Iacobin. de Sancto Georgio *l. fin. num.* 3. *vers. hic addit mirabiliter, ff. de rei vendic.* vbi dicit, hanc sententiam in iudicijs obseruari solere, Angelus *cons.* 259. *num.* 3. Afflict. *dicta decis.* 335. *num.* 22. *&* 23. vbi Vrsil. *num.* 16. Bertran. *cons.* 116. *num.* 14. *vers. quamuis, tom.* 2. *par.* 1. Bertazzolus *claus.* 28. *gloss.* 2. *num.* 1. *in fine*, Saccha *cons.* 196. Antonius Fab. *in suo Cod. tit. de actione, vel hæreditate vendita, deffin.* 3. *num.* 1. *& in allegat. num.* 2. Addent. ad Cappell. Tholos. *decis.* 119. *num.* 3. *vers. & in isto casu*, Sylnius Spanocch. *lib.* 9. *quæst. public. tract. num.* 280. Rota *dicta decis.* 453. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* Hos omnes Merend. *controuers. iur. lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 1. addo Mart. *de claus. par.* 1. *claus.* 91. *num.* 3. *vers. contrarium, Rub. singul. Rotæ Romanæ par.* 2. *claus.* 536. *num.* 5. Caldas *de emptore, & vendit. dicto cap.* 24. *num.* 49. *vers. sed falsam.*

Contrariam opinionem tenuit Angelus sibimet contrarius, & inconstans *in d. l. si cum emptore, num.* 31. *ff. de pact. & in l.* 3. *num.* 5. *C. nouat.* Aretinus etiam sibi contrarius *in l. cum filio num.* 5. *vers. tu autem aduerte, ff. de legat.* 1. Crot. *cons.* 83. *num.* 12. Ossasc. *decis.* 45. *num.* 6. Surdus *d. cons.* 22. *num.* 35. *lib.* 1. Oddus *in repetit. l.* 3. *C. de nouat.* posita *post tractatum de fideicommiss. quæst.* 3. *artic.* 5. Costa *de port. rat. quæst.* 212. Mart. *d. claus.* 91. *num.* 3. Rub. *d. claus.* 536. *num.* 4. Trentacinq. *var. lib.* 3. *volum.* 1. *resolut.* 14. *vers. secunda conclusio*, & Hector Capic. latro, seu potiùs Reuerterius *dec.* 16. *num.* 45. Adden. *ad decis. Buratti* 470. *nu.* 10. Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. vbi dicit hanc opinionem tenuis-

41 se Sacrum Consilium, nec fuisse habitam rationem de distinctione, quam in hac re subijcit Thes. *dicta decis.* 201. *num.* 7. inter actiones directas reales, & personales, & hanc eandem opinionem secuta est Rota *decis.* 45. *par.* 11. *recent. num.* 16.

42 Concordant nonnulli has opiniones, vt prior opinio procedat, quando simplex clausula, *ponens in locum suum*, addita est in cessione, secus verò, si cessio facta sit etiam alijs verbis prægnantissimis, Cepoll. *caut.* 190. Iason *d. l. si cum emptore num.* 11. Rip. *l.* 1. *in principio num.* 13. *ff. ad Trebell.* Rota *in Voto reddito in causa Parisien. prætensorum scutorum* 53000. *num.* 32. *vers. quod si ista verba regist. in par.* 4. *recent. decis.* 373. Addent. *ad dictam decisionem* 470. Buratt. *num.* 10. Faber Schiphordegerius, & Monterus, quos allegat idem Arias de Mesa *loco cit. num.* 6. *vers. planè*.

43 Secundò nonnulli concordant, vt inconstans possit esse cedens, qui cessioni addidit hanc clausulam, si voluntariam fecit cessionem, secus autem, si necessariam, vt voluit Rota Romana *d. decis.* 453. *num.* 4. *par.* 1. *diuers.* Costa *dicta quæst.* 112. *num.* 2. qui tamen dicit ab ea distinctione recedere clarissima iuris lumina, de quibus apud Surdum *dicto cons.* 22. *num.* 35.

Alba *conf.* 139. *num.* 30. *lib.* 1. Rota Auenionen. *decif.* 99. Barz. *decif. Bononien.* 56. *num.* 39. *& decif.* 70. *nu.* 28. addo Ripoll. *var. resolut. cap. vlt. nu.* 477. *verf. fed meo videri.*

44 De vi autem huius clausulæ, *ponens in locum fuum*, vide Mart. *de clauf. par.* 2. *clauf.* 39. vbi dicit, quod si quis concedat bona aliqua cum hac clausula censetur dominium transtulisse, addo Rot. *dec.* 273. *num.* 6. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.* sicut Bald. *in l.* 1. *in fine, C. de rer. permut.* cum alijs per

45 eum *allegatis* in quæstione, & non potest postea ea vendicare à tertio, quia obstat defectus dominij translati in alterum, etiam quod titulus translationis esset inua-

46 lidus, *l. fin. C. rei vendit.* Glossa *in l. cum fretum, C. feru. fug.* & potest hoc casu opponi de iure tertij, etiamquod ipse tertius nollet, Bartol. *l.* 2. *num.* 8. *ff. except. rei iudic.* Gloss. *in l. indebiti*, §. *fed, & fi nummi, ff. de condict. indebit.* vbi Bart. *in fin.* illam sequitur in feudo.

47 Tertiò amplia, etiamquod cessio fuerit iureiurando firmata, nam quamuis sic cedens tanquam periurus à limine iudicij

48 possit arceri, si tamen non repellatur hac exceptione, non videtur carere actione, aliud enim est carere actione, aliud est

49 posse repelli à limine iudicij propter iuramentum, vt in terminis nostris loquitur Merenda *d. cap.* 26. *num.* 9.

50 Contrarium in hoc voluit Ancharanus *conf.* 119. Parisius *conf.* 15. *lib.* 1. Ronchegall. *de duobus rei l.* 53. *num.* 64. Ioseph Ludouic. *dicta conclu f.* 4. *declarat.* 22. *verf.* 4. Buratt. *conf.* 4. Thes. *d. decif.* 201. *num.* 7. vbi quod ab ista declaratione nunquam videntur recessisse Doctores.

51 Quartò amplia, siue cessio fiat per viam cessionis, siue per viam donationis, latè Cuman. *conf.* 4. *verf. his tamen non obstantibus*, Tusch. *d. conclu f.* 185. *num.* 8. Thes. *d. decif.* 201. *num.* 5. *verf. contrarium.*

52 Dic primò illicitam esse inconstantiam, quando apud cedentem remanserunt quidem actiones directæ, sed inutiles, & inefficaces, & sine effectu, *l.* 1. *in principio*, cum ibi notatis, *ff. ad Trebell. l. in caufæ in fin. & in l. fequenti*, & ibi not. *ff. de Procurat.* Bart. *l. ex affe num.* 4. & ibi Alexand. *num.* 6. *ff. ad Trebell.* Baldus *l.* 3. *in fecunda columna, C. de nouat. & in l.* 1. *quæft.* 5. *nu.* 19. *C. actionibus, & oblig. & conf.* 105. *num.* 4. *volum.* 3. *& in l. fi Procurator*, & ibi Castrens. *ff. de Procuratoribus*, Angelus, & Paul. *in l. facta*, §. *fi hæres, ff. ad Trebell.* Castrens. *d. l.* 3. *C. mandat.* cum alijs per Bertazzol. *d. clauf.* 29. *glofs.* 4. *num.* 6. addo Trentacinq. *d. refolut.* 14. *num.* 1. *verf. fecunda conclufio*, Apicella *de ceffione bonorum, cap.* 4. *num.* 141. *verf. quando autem debitor*, Olea *de cefs. iur. d. tit.* 8. *d. quæft.* 2. *num.* 17. *in fine, & num.* 29. Carleual. *dicta difput.* 26. *num.* 3. *in fine*, Rota *d. decif. feu voto* 373. *num.* 32. *par.* 4. *recent. & in decif.* 323. *nu.* 3. *poft tractatum* Posthij *de manut.* Tuschus *d. conclu f.* 185. *num.* 27.

53 Tunc autem actiones directæ remanent sine effectu, quando habens directas cedit

54 ex necessitate, vt in hærede rogato de restituendo ad Textum *in dicta l.* 1. *ff. ad Trebell.* Carleual. *d. difput.* 26. *num.* 3.

55 Vel in Procuratore, qui sibi acquirit directam, & domino vtilem ex stipula-

56 tione, & directa remanet inefficax, *dicta l. caufæ in fine, & l. fequenti, ff. de Procuratoribus*, Carleual. *d. difp.* 26. *d. num.* 3.

57 Vel quando cessio fit correo, vel fideiussori, *l. Modeftinus, ff. de folution.* Bertazzol. *d. glofs.* 4. *num.* 6. Apicella *d. cap.* 4. *verf. quando autem debitor*, Rota *dicta decif.* 323. *num.* 3. *poft tractatum* Posthij *de manutent.* Ostascus *dicta decif.* 62. *num.* 6. *verf. aut ceffio fuit facta.*

58 Secundo dic, illicitam esse inconstantiam, si cedens expressit in cessione, quod cedit actiones, & omnem spem, & exercitium actionum directarum, ita quod nullæ reliquiæ actionum penes cedentem remaneant, Tancredus de Cuneo *in fuo opere iudiciali vlt. par. quæft.* 11. Cepoll. *caut.* 189. *alias* 242. Iason *in dicta l. Si cum emptore, num.* 12. *ff. de pactis*, Dec. *l. pacto fucceffornm, C. de pactis*, Rip. *l.* 1. §. 1. *num.* 13. Soccin. *reg.* 109. *prima fallentia*, Riminald. iun. *conf.* 451. *num.* 41. *lib.* 4. Grass. *de exceptionibus, except.* 25. *num.* 46. Bertazzol. *dicta clauf.* 29. *Glofsa* 4. *num.* 6. *verf.* 2. Apicell. *dicto cap.* 4. *n.* 144. Rota *d. decif. feù voto* 373. *num.* 32. *verf. Quod fi ifta verba.*

Contra hanc limitationem, quamuis tot Auctoribus suffultam, tenet Bald. *dicta l.* 3. *num.* 6. *C. nouat.* Bertazzol. *d. claufula* 4. *n.* 6. *verf. Sed licet ifta limitatio*, vbi dicit quod non auderet secundum eam iudicare,

59 cum ratio repugnet, nam cedens agere potest propter directas actiones, quæ penes ipsum remanserunt, & ab eo separari non possunt, quo fit, vt nulla verborum cautela possit adhiberi, per quam posit cedens prohiberi agere, & hanc opinionem tenet Afflict. *dicta decif.* 335. *num.* 23. & in opinionem Afflicti inclinat Rota *in decif.* 453. *num.* 2. *par.* 1. *diuerf.*

60 Cæterùm hanc rationem impugnat Pereyra, *d. cap.* 24. Nam licèt directæ actiones cedi non possint, earum tamen exercitium cedi potest; Quare cum exercitium in cessionarium translatum sit, actiones directæ, quæ penes dominum manent effectu exhaustę sunt, quare domino illis experiri superuacuum erit, & ideò reprobato Afflicto alteri adhæret opinioni.

61 Tertiò dic, illicitam esse inconstantiam, quando cessio facta est in vltima voluntate casus est, *l. fi pecuniam, ff. de legat.* 1.

vbi si testator cedat, vel leget alteri pe-
62 cuniam, quam apud tertium deposuerat, non potest hæres testatoris à Depositario eum pecuniam petere, quamuis apud eam remanserint actiones directæ. Hanc opinionem tenet ibi Baldus, & eum sequitur Castren. & Cuman. quamuis Imol. dubitet, dicit tamen dictum Baldi esse singulare, & menti tenendum, idem vult Bald. *in l. ex legato nominis, num. 2. versic. Modo reuoco in dubium*, Ias. *d. l. si cum emptore, num.* 12. Alex. *in addit. ad* Bartol. *dicta l. 3. C. nouat.* Bertazzol. *d. clauf. 29. Glofs. 4. n. 7. verf. tertiò limita,* Apicell. *d. cap. 4. nu. 144. verf. 2. limita* Bald. *conf. 70. in fine, lib. 3. & conf. 163. in princ. eod. vol.* Tusc. *dicta conclus. 185. num. 47.* vbi *num. 48.* dicit, quod
63 habens vtiles actiones ex vltima voluntate non præfertur habenti actiones directas absque eo quod interuenerit vnum de tribus, de quibus *in l. 3.* per Alex. *conf. 96. num. 4. lib. 7. & num.* 19. ampliat, etiam
64 quod cedens faceret protestationem in contrarium; Quia adhuc quando cedit ex necessitate fideicōmissi, vel ex vltima voluntate non potest agere pro re cessa, Bald. *dicta conf. 70. num. 8. verf. nam illi vsque ad finem lib. 3.*

65 Dic quartò illicitam esse inconstantiam in actionibus realibus, quæ concomitantur possessorem, vnde his cessis non poterit cedens agere contra possessorem; *in l. qui sibi,* & ibi Salycet. *C. de hæredit. vel actione vendita,* Alex. *in addit. ad* Bart. *dicta l. 3.* Bertazzol. *d. clauf. 29. Glofs. 4. num. 6. verf. 4. limita.*

66 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam, si cedens habenti vtiles cesserit actiones directas, quia tunc ipsæ directæ remanent inefficaces penès cedentem, sic Salyc. *in l. emptor. 2. opposit. C. de hæredit. vel. act. vendit.* dicens audiuisse à quodam Doctore ita tenente, & notandum asserit, licet ille non bene firmet, & relinquat cogitandum, sed hoc Saliceti dictum reprobat Bertazzol. *dicta clausul. 29.* Glofs. 4. *num. 6. verf. quinto*, quia actiones directæ non possunt separari, nisi legis authoritate.

67 Dic sextò, illicitam esse inconstantiam, si cedens fecerit pactum de non petendo
68 à debitore, quia tunc illi obstaret exceptio doli mali, *dicta l. si cum emptore, & ibi omnes, & l. sicut, §. si Procurator, ff. quibus modis pignus, vel hypotech. solu.* Bertazzol. *dicta Glofs. 4. num. 6. verf. 6. limit.*

69 Dic septimò, illicitam esse inconstantiam, si cessionarius contra debitorem cessum egerit, & litem contestatus fuerit, tamen eius iudicij finem fecerit, & perempta instantia, quo casu eius virtus sublata censetur, nam tunc durat effectus, vt cedens excludatur, Bald. *d. l. 3. C. Mandati,* Alex. *in apostilla ad Bartol. d. l. 3. C. de Nouat.* Bertazzol. *dicta Glossa 4. num. 6. verf. 7.*

70 Dic octauò, illicitam esse inconstantiam iuxta terminos, *l. si post constitutam, ff. de constit. pecun.* vbi si debitor hæreditatis constituit se soluturum hæredi certam summam pecuniarum, & hæres hæreditatem fideicommissario restituat, vel ab eo euincatur, tenetur cedere etiā actionem fideicommissario, vel euincenti, nec ante, nec post cessionem agere poterit contra debitorem, & hanc opinionem sequuntur *in dicta lege* Angel. & Paul. Castrens. Bertazzol. post Alex. & Iason. qui tamen in meo Codice hoc non dicit *dicta Glossa 4. num. 6. verf. 8.*

71 Dic nonò, illicitam esse inconstantiam, quando cessio est facta ad commodum cessionarij tantum, non ad commodum vtriusque, iuxta distinctionem quam posuit Iacob. de Aret. *l. 1. §. 1. ff. ad Trebell.* Bartol. *d. l. facta, §. Si hæres, & in d. l. si cum emptore,* Bald. *d. l. 1. C. quan. prouoc. non est necesse,* Bertazzol. *d. Glofs. 4. num. 6. verf. 9.* qui tamen hoc dictum, seu limitationem dicit sibi nō videri procedere, quia cum actiones non remanserint elisæ, vel inefficaces penès cedentem, procul dubio
72 potest agere cedens, cum cessio non sit modus tollendarum actionum, vt dicit Baldus *l. 1. quæst. 5. C. de action. & obligat.* & hanc contrariam opinionem tenent Castrens. *d. §. Si hæres, & d. l. 3. C. Mandati,* & alij quos ipsemet Bertazzol. allegauit in conclusione, subiungitque Bartol. nec alios id negare, cum supponunt ipso iure
73 non repelli cedentem Actorem, sed exceptione opposita, iuxta *§. præterea cum ibi notatis Institutionibus de exceptionibus, l. Iulian. verum debitorem, ff. de condic. indebit.* &
74 cum hac opinione videtur transire Rota quando sumus in cessione voluntaria, *dicta decis. 453. num. 3. par. 1. diuers.* Buratt. *dicta decis. 470. num. 3.*

Sed pro dicto, & denegatione inconstantiæ tenet latè probans Surd. *d. conf. 22. num. 31.* Rot. *d. voto, seu decis. 373. num. 33. par. 4. recent.* Duran. *decis. 99. num. 5. & 6.* Addent. *ad dictam decis. 470.* Buratt. *num. 8. verf. hanc distinctionem.* Ex quo vides quomodo in hoc articulo Rot. vitio inconstantiæ laboret.

75 Hoc vnum tamen est constans, quod siue cedens possit agere, siue non, totum illud, quod exegit a debitore, tenetur restituere cessionario, ad cuius commodum cessio facta fuit, *l. apud Celsum, §. Quod is, cui ff. de dol. mal. except.* Bald. *in dicta l. quæ omnia, §. fin. ff. de Procurat. & d. conf. 105. num. 6.* Castren. *d. §. Si hæres, & in l. 3.* Bertazzol. *d. Glofs. 4. num. 6. in fin.* Tusc. *d. conclus. 185. num. 26.* Oliban. *de action. par. 2. lib. 1. c. 4. n. 30. verf. Sed si debitū.*

76 Dic decimò, illicitam esse inconstantiam, quando habens directas est nudus minister, vt Procurator, *l. in causæ*, §. *fin. cum l. seq. ff. de Procurat.* Bald. *in d. l. si cum empt. num.3.* Ias. *ibidem num.13.* Apicell. *dicto tit.4. num.144. vers.3. limit.*

77 Dic vndecimò, illicitam esse inconstantiam in cedente, qui tantum vtiles actiones habet, quia tunc, cum nihil apud eum remaneat, agere non potest, Bartol. *dicta l. ex asse, & in l. facta*, §. *si hæres, ff. ad Trebell.* Ias. *d.l.si cum emptore, num.14.* Apicell. *loco cit. vers. 4. limit.* Tusc. *d. conclus.* 185. *num.37. & 42.* Cald. Pereyra *dicto cap. 24. num.50. vers. limitari etiam potest*, Carleual. *d.disput.26. nu.2.* Salycet. *d. l.1. C.de action. & obligat. quæst.* 11. vbi declarat, dictum procedere, quando nihil remanet penès cedentem, secùs si vtilis cessa deriuaret ab alia vtili, quæ penès ipsum cedentem remaneret; quando autem hoc eueniat, nempè quando actio vtilis dicatur exoriri, vel deriuari, vide Salycetum *loco citato num.17. vers. his præmissis*, vbi benè, & more suo subtiliter.

78 Dic duodecimo, illicitam esse inconstantiam, quando cedens in fraudem cessionarij vellet agere, vt post Bald. eleganter resoluit Ias. *in* §. *Item si quis in fraudem, num.117. Instit. de action. & in dicta l. si cum emptor. num. 15. ff. de pact.* Cald. Pereyra *d. cap.24. nu. 14.* qui declarat tunc ceden-
79 tem dici velle agere in fraudem, si aliquando dixit, se facturum cessionem non profuturam cessionario argum. eorum quæ notat Alex. *in l. si quis posthumus, col.1. ff. de liber. & posthum.* Felyn. *cap. in præsentia num.35. de probat.*

80 Vel si soluendo non sit, vel potentia polleat, quod facilè conueniri non possit, Alberic. *l. fin. C.de Procurat.* Ias. *d. l. si cum emptore, nu.16. ff. de pact.* Pereyra *d.cap.24. num.44.* Apicell. *d. tit.4. num.144. versic. 5. limit.*

81 Dic decimotertiò, illicitam esse inconstantiam, quando tertius tale ius habet, quod potest debitorem liberare, protestatus esset ne cedenti solueret, sic Baldus per illum Textum *in Authentica Sed iam, C. deposit.* Iason *remissiuè, dict. l. si cum emptore, num.16. vers. aliam limitationem*, Apicell. *etiam remissiuè, d.cap. seu tit.4.num.144. vers. alia datur limitatio*, qui omnia à Iasone eo non citato transcripsit. Quod tamen dictum non procedit in Depositario possessore, Inquilino, vel salario soluendo, vt *in d. Text. Auth. sed iam* dicit Bald. addit. ad Bartol. *in d. l.3. C.de nouat. vers. Et hanc legem.*

82 Dic decimoquartò, illicitam esse inconstantiam, quando cessio habet vim solutionis, Buratt. *decis.898. & decis. 934. iuncta decisione* Durani 99. *nu. 2. & 3.* idem Buratt. *decis.476. num.7.*

83 Quid autem si cedens vi directarum actionum, quæ, vt dixi, ab eo separari non possunt, & penès eum remanent etiam inuitum ageret aduersus debitorem cessum, debitor autem postularet citan-
84 dum esse quoque cessionarium, an cessionarius sit admittendus ad causam, & citandus? Affirmatiuè resoluit Faber in suo Codice *lib.4. diffin. 2. tit.29. per tot.* interest enim debitoris, tum vt res iudicata cum vno prosit cum alio; tum etiam quia si cessio facta est ad commodum cessionarii, potest debitor cum eo transigere, &
85 litem effugere; Quando autem soluens debitor cessus post cessionem soluendo liberetur potest elici ex supradictis Doctoribus, sed in specie ab allegatis à Carolo de Grass. *d. excep. 25. à num. 43.* ab Olea *d. tit.8. quæst.2.* & ab eodem *adductis*.

86 Quouero ad tertium punctum fac conclusionem cedentem post factam cessionem præiudicare non posse cessionario, *argum. l. si partem*, §. *fin. ff. quemadmodum seruitus amitt.* facit *l. debitorem pactionibus, C. de pact.* Rota *decis. 397. num. 17. par.12. recent.*

Non enim est iustum, quod sit in facultate cedentis præiudicare cessionario, *argum. l. si superatus*, vbi Bartol. *ff. de pignor.* Surd. *d. cons.22. num. 31.* Rota *d.decis. seu voto 373. num.33. par.4. recent.*

87 Hinc primò infertur, confessionem factam à cedente non præiudicare cessionario, Cyn. *l. fin. C. de Procurat.* Bartol. *in dicta l. facta*, §. *hæres, num. 5. ff. ad Trebell.* & ibi Castren. Idem Castren. *in l.per diuersas, num. 1. in fin. C. mandati, & cons.* 110. *num.6. & 134. num.2. vol.1. & cons.79.nu.2. vol.2.* Alex. *cons.46. num.3. vers. præterea, vol.5.* Corn. *cons.139. num.4. vol. 3.* cum alijs per Surd. *d. cons.22. nu.31.* Greg.XV. *decis.157.num.9.* vbi quod nec etiam confessio venditoris nocet emptori, *& decisione 311. num. 12.* vbi de assertione, seu confessione facta in litteris post cessionem, & ibi Addent. *num. 20.* Menoch. *cons.1187. num. 25.* qui loquitur de approbatione librorum, & calculorum facta post cessionem, Surd. *cons.82. num. 24.* qui loquitur in recognitione debiti facta post cessionem plures, Mascard. *conclus.374.n.1.* alios refert, & sequitur Carol. de Grass. *d. except.25. nu.51.* Gratian. *cap.287.nu.12.* Capell. Tholos. *decis.119. num.2.* Salgad. *in lib. cred. par.1.cap.27. num.63.* vbi de confessione de recepto Muta *decis.14. num.10.* Camill. Borell. *in summa decis. tom.2. tit. de confess. à num. 78.* Rota *decis. 294. num. 10. par.11. recent.*

88 Ratio conclusionis est, tum quia, *vt supra* dictum est, non est iustum, quod sit in facultate cedentis priuare cessionarium

iure suo, Surd. *d. conf.* 82. *num.* 23. Tum etiam quia per cessionem res desinit esse integra, ideò non statur dicto cedentis, Bertran. *conf.* 290. *num.* 1. *vol.* 2. Natt. *consil.* 152. *num.* 11. Rolan. *conf.* 85. *nu.* 9. *vol.* 2. Osasc. *decis.* 45. *num.* 6. Surd. *dicto conf.* 22. *num.* 31.

89 Hæc tamen illatio declaratur, vt procedat, quando cessio est facta ad commodum cessionarij, secus autem si ad commodum solius cedentis, vt voluere omnes Doctores in conclusione *citati*, quibus addendi sunt, Ias. *in* §. *Item si quis in fraudem, num.* 177. *instit. de action.* Capell. Tholos. *decis.* 119. *in fin.* Ronchegall. *in l.* 3. *num.* 73. *ff. de duob. reis*, Alex. *conf.* 46. *num.* 5. *vol.* 5. vbi additio Paulum Soccinum, & alios citat Cald. Pereyra *dicto cap.* 24. *nu.* 52. Bertazzol. *dicta Gloss.* 4. *clauf.* 29. *num.* 11. *vers. tertius est casus*, Olea *de cess. iur. d. quæst.* 2. *num.* 40. Buratt. qui alios *decis.* 476. *num.* 1.
90 vbi tamen videtur requirere scientiam debitoris cessi, vt cessionario non præiudicet, quæ assertio patitur difficultatem per ea, quæ tradit latè Bertazzol. *dicta Gloss.* 4. *num.* 11. *vers. Est etiam quartus casus*. Vnde crederem posse intelligi doctrinas inter se in hoc casu discordantes, vt scientia debitoris noceat, quando ipse debitor vellet excludere cessionarium à petitione debiti per exceptionem solutionis, & liberationis sibi à debitore factæ post cessionem, non enim tunc poterat illi soluere, quoquomodo sciuerit, Surd. *dicto conf.* 22. *num.* 43. *&* 44. Secus autem quando debitor vellet vti sola confessione cedentis ad exclusionem cessionarij, vt si cedens fateretur post factam cessionem debitorem non debere, vel non tantam summam debere, vt optimè distinguit Paulus de Castro *in d. l. facta*, §. *si hæres*, *num.* 4. *in fin.* vbi dicit, *Et lega ista ad digitum, quia illuminant tibi intellectum circa istum pactum, in quo Doctores confusissimè, & imperfectissimè loquuntur*.

91 Et quamuis nonnulli velint, quod confessio præiudicet cessionario, etiamquod sit facta ad illius commodum, quando cessionarius habet regressum contra cedentem, Imola *in dicta l. facta*, §. *hæres, ff. ad Trebell.* Alex. *conf.* 46. *num.* 4. *volum.* 4. Corn. *conf.* 139. *vol.* 3. *num.* 4. Cephalus *conf.* 21. *num.* 1. ea ratione, quia cum
92 huiusmodi confessio reuersura sit in damnum confitentis, contra quem cessionarius habet regressum, non est præsumendum, quod illa fiat in fraudem, vt benè Surd. *d. conf.* 22. *num.* 10. cui addo Crauettam *de antiquit. temp. par.* 1. *verb. amplia nunc num.* 25. *fol.* 41. Pereyra *in dicto cap.* 24. *num.* 53. qui tamen subiungit, hoc
93 non procedere, si cedens existeret non soluendo, nam si inops sit, & egenus, fraudulenta confessio erit cum effectu noxia, nihilominus eorum opinio non est attendenda, quia communis est in contrarium, vt per Surdum *d. conf.* 22. *nu.* 34. & Buratt. *d. decis.* 476. *num.* 7.

94 Et quatenus vera esset, non haberet locum, si cessio facta esset per viam dationis insolutum, Alex. *d. l. si cum emptore col.* 3. *ante medium, vers. vnde teneas primam responsionem*, Iacobin. *num.* 6. Imol. *dicto* §. *si hæres num.* 4. Surdus *d. conf.* 22. *num.* 32. *&* 33. Buratt. *d. decis.* 476. *num.* 7.

95 Nec si penès cedentem non remanent actiones directæ, nec illarum reliquiæ, vt quia ille sit cessionarius alterius ad notata *in l. actio, ff. de probation.* Castrens. *dicto* §. *hæres in fine*, Crot. *conf.* 83. *num.* 15. Surd. *d. conf.* 22. *num.* 36. Burattus *d. decis.* 476. *num.* 9. Bertazzol. *d. gloss.* 4. *num.* 11.

96 Nec si fuisset denunciatum debitori, ne solueret iuxta *l.* 3. *C. de nouat.* Surdus *d. conf.* 22. *num.* 38. Buratt. *dicta decis.* 476. *num.* 10. vel aliàs vnum interueniat ex
97 tribus, de quibus *in dicta l.* 3. Bertazzol. *loco citato num.* 11. *vers. secundus casus est*.

Et intantùm verum est, quod cedens non possit inconstans per confessionem
98 præiudicare cessionario, vt habeat locum, etiamsi confessio esset iudicialis, vt post Specul. Lambertum de Ramponibus, Bald. Castrens. & Paris. tenet idem Bertazzolus *loco citato, num.* 11. *vers. quintus est casus*, sed contra nil confessionem factam in iudicio præiudicare cessionario tenuit post Cephalum Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 473. *num.* 11. Farinacc. *de testibus quæst.* 60. *num.* 354. Olea *de cess. iur. tit.* 8. *quæst.* 2. *num.* 41. *in fine*, vbi reprobat Surd. *conf.* 82. *num.* 23. *&* 24. contrarium tenentem.

99 Fallit tamen, si confessio facta esset ante cessionem, quia tunc cessat fraudis suspicio, nec cessionarius plus iuris habere
100 potest, quàm suus auctor, Crauett. *loco citato num.* 24. Pereyra *loco citato, num.* 52. Noguerol. *allegat.* 22. *num.* 12. *&* 13.

101 Fallit secundò in confessione facta super cessione conditionata, vt in casu, super quo consuluit Parisius *conf.* 58. *lib.* 1. Mascard. *d. conclus.* 374. *num.* 7.

102 Fallit tertiò in præiudicium ipsius cedentis, Parisius *dicto conf.* 58. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1. Mascard. *d. conclus.* 374. *num.* 6. Surd. *d. conf.* 82. *num.* 22.

103 Secundò infertur, non posse cedentem si cessio sit facta ad commodum cessionarij per pactum, vel transactionem eidem cessionario nocere, secùs si sit facta in
104 commodum cedentis, iuxta distinctionem Bartoli *in dicto* §. *si hæres*, Bertazzol. *d. clauf.* 2. *gloss.* 4. *num.* 10. Ruin. *conf.* 177. *num.* 5. *lib.* 1. Osasc. *d. decis.* 45. Bertrand. *d. conf.* 290. *lib.* 2. Iason *in dicto* §. *Si quis*

*in fraudem num.*177.*Instit. de action.* Pereyra
*d. cap.*24 *num.*52.
105 Quod eò magis procedit, quando sumus in pacto gratuito, quia posterior dolus auctoris nocet cessionario, qui causam
106 habet onerosam *argum. l. fin. ff. de pact.* non enim quis efficaciter recipit ex causa lucratiua id, quod alius in mala fide re-
107 mittit, nam talis remittens est in dolo primo cedendo, postea liberaliter remittendo, & cedentis dolus obstat debitori,
108 & cessionarius poterit replicare de dolo, Bald. *l.* 1. *nu.* 20. *in fine C.de action. & oblig.* Castrens. *d. l. si cum emptor, num.* 4. *ff. de pact.* vbi hoc casu non fit distinctio an de-
109 bitor sciuerit, vel ignorauerit, de quo mox *dicemus*, Bertran. *d. cons.* 290. *in fin. lib.* 2. Apicell. *de quinquen. dilat. titul.* 1. *nu.*148. Surd. *d. cons.*22. *num.*32. Bertazzol. *d. glos.* 4. *num.* 10. Olea *de cess. iur. dicta quæst.* 2. *num.* 36. Arias de Mesa *var. resolut. lib.*1. *cap.* 19. *num.* 19. Buratt. *d. decis.* 476. *num.* 11.
110 Dixi, quod in pacto gratuito non refert, an debitor sciuerit, vel ignorauerit cessionem, quia in pacto oneroso, seu transactione aliter dicendum est; nam si debitor sciuit cessionem, vtique transigere non potest cum cedente, vt *in dicta l. fin. ff. de transact.* secus autem si ignorauerit, quia tunc substinetur transactio, vt voluit Castrens. *d. l. si cum emptore*, sequi-
111 tur Bertazzol. *d. glos.*4.*num.*10. qui dicit quod licèt Alexander, & alij dissideant à Castrense, illius tamen opinio videtur probabilior, & sententiā eam tenet Gasp. Schiphordeg. *var. tract. cap.* 23. *quæst.* 13. Faber *in suo Codice lib.* 4. *diffinit.* 19. *in addit. num.* 1. *& in distnit.* 2. *in addit. num.*8. idem *lib.* 12. *coniectur. cap.* 2. *&* 3. Apicell. *de dilat. quinquen. tit.* 1. *num.* 14. Carol. de Grass. *de except. in prælud. num.* 187. *vers. an transactio*, cum alijs adductis per Oleam *d. quæst.* 2. *num.* 36. vbi latè probat hanc distinctionem inter pactum gratuitum, & non gratuitum.
112 Tertiò infertur, non posse cedentem renunciare iuri cesso in præiudicium cessionarij, Buratt. *dicta decis.* 476. *in fin.* vbi quod non potuit cedens renunciare sententijs, & actis, quæ iam cesserat.

QVÆSTIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Quando in confessiones iudiciali detur inconstantia: Et an in confessione facta in positionibus tam ab Actore, quàm à Reo.

SVMMARIVM.

1 *Confessione nulla datur maior probatio.*
2 *Confessionem iudicialem an, & quando confitens inconstans reuocare possit.*
3 *Ponens fatetur.*
4 *Ponens inconstans non potest confessionem emissam in positionibus reuocare.*
5 *Viro bono non conuenit, postea reuocetur, quod semel dixit.*
6 *Positines contrariæ ab eadem parte dari non possunt.*
7 *Iuramentum præstandum est à Ponente in productione positionum.*
8 *Confessio emissa in positione, quæ nondum sit effecta de actis potest à Ponente reuocari.*
9 *Et an reuocari possit incontinenti, quamuis positio sit effecta de actis.*
10 *Et quando reuocata dicatur incontinenti.*
11 *Quid si pars positionum productioni expresse non contradicat.*
12 *Erroris probatio non est necessaria ad reuocandam confessionem emissam in positionibus, quando reuocatio fit incontinenti.*
13 *Sed an dicatur facta incontinenti si fiat postquam positio, seu confessio fuit iam scripta à Notario.*
14 *Confessio in positionibus emissa per Procuratorem potest à principali reuocari.*
15 *Etiam non docto de errore.*
16 *Principalis potest ponete contrarium eius, quod posuerat Procurator.*
17 *Confessio per Procuratorem emissa in positionibus non nocet principali, quamuis principalis sit in loco Iudicij, dummodo non sit præsens, & intelligat in actu nō productionis.*
18 *Conessio in positionibus emissa per Procuratorem habentem mandatum ad producendum sic, & sic, non potest per Principalem reuocari.*
19 *Procurator volens dare positiones, debet habere mandatnm ad ponendum sic, & sic.*
20 *Principalis non potest reuocare confessionem emissam in positionibus, quas ipse subministrauit Procuratori.*
21 *Positiones distinctæ, & particulares continentes actus, tempus, & qualitates, quæ sine instructione principalis sciri non poterant, præsumuntur Procuratori subministratæ per principalem.*

22 *Confessio Procuratoris in positionibus non reuocata re integrâ intercedente temporis longitudine, intra quod possit præsumi, quod principalis fuerit certioratus à Procuratore, nocet principali.*

23 *Principalis vtens positionibus productis à Procuratore censetur illas approbasse.*

24 *Ne confessionem in eis emissam reuocare possit.*

25 *Confessio Procuratoris quamuis reuocata, si est verisimilis nocet principali.*

26 *Confessio emissa in positione erronea potest reuocari.*

27 *Error tamen probari debet.*

28 *Confessio emissa in positione erronea quamuis iurata potest reuocari.*

29 *Quid si positio sit redacta in scripturam.*

30 *Confessio emissa in positione erronea per partem acceptata errore probato reuocari potest.*

31 *Hæres ponentis potest reuocare confessionem erroneam defuncti ex positionibus resultantem.*

32 *Confessio geminata in positionibus geminatis emissa si sit erronea adhuc potest reuocari.*

33 *Confessio erronea emissa in positionibus an, & quomodo reuocari possit post sententiam, & rem iudicatam.*

34 *Restitutio in integrum ex capite erroris non conceditur, quando exinde directè impugnaretur sententia iam lata.*

35 *Error post sententiam commissus non admittit restitutionem in integrum.*

36 *Erronea confessio an, & quando reuocari possit post conclusum in causa.*

37 *Conclusio in causa præcludit viam probationibus.*

38 *Error iustus requiritur, vt illius prætextu reuocari possit confessio.*

39 *Error iustus, vel iniustus quis dicatur.*

40 *Ponens reuocare an possit confessionem emissam in positione per aduersarium negata, & num. 43.*

41 *Positionem negans non potest amplius se illa iuuare.*

42 *Positione negata perinde est, ac si in ea ponentis confessio non emanasset.*

44 *Mulier venire potest contra propriam confessionem iuratam, quam Iudex per sententiam reprobauit.*

45 *Confessio in positionibus emissa per personas non valentes confiteri, potest reuocari.*

46 *Furiosi, mentecapti, & pupilli non habentes tutores, confiteri non possunt.*

47 *Confessio, & positio an, & quando reuocari possit vsque ad sententiam non docto de errore.*

48 *Negans positionem aduersario deinde illam probante, potest negationem reuocare.*

49 *Error, & ignorantia in facto alieno præsumitur.*

50 *Non autem in facto proprio.*

51 *Ponens negatiuè per modum exceptionis non censetur fateri.*

52 *Respondens positionibus non potest inconstans suam confessionem reuocare.*

53 *Maximè quando reuocatio esset non probabilis, vel calumniosa.*

54 *Ex confessione in responsione ad positiones resultat vera confessio.*

55 *Confessio emissa in responsione ad positiones reuocari non potest, quamuis respondens non teneretur respondere.*

56 *Quid si protestetur, quod licèt respondeat, tamen vbi respondere non tenetur, vult, quod responsio habeatur pro non facta, & num. seq.*

57 *Protestatio contraria facto non prodest.*

58 *Confessio emissa in responsione positionis reuocari eò minus potest, quando respondenti fuit datus terminus ad deliberatè respondendum.*

59 *Intellige de termino dato principali, non autem Procuratori, vel Curatori.*

60 *Terminus ad deliberatè respondendum positioni super facto proprio dandus non est, maximè parte non petente.*

61 *Confessio emissa in responsione positionis, eò minus reuocari potest, quando respondenti fuit datus terminus ad illam reuocandum.*

62 *Quid si responsio sit geminata, & ex interuallo.*

63 *Vel si sit iurata.*

64 *Vel post conclusum in causa.*

65 *Confessio etiam in causa apppellationis potest reuocari.*

66 *Confessio emissa in responsione ad positiones non potest reuocari, quando præcessit instrumentum.*

67 *Vel præceptum de soluendo.*

68 *Quid si fuit à parte acceptata.*

69 *Respondens positionibus incontinenti potest reuocare suam responsionem.*

70 *Quamuis non probetur error.*

71 *Incontinenti autem fieri, quando dicatur reuocatio.*

72 *Et res ad hunc effectum, quando dicatur integra.*

73 *Responsio ad positiones incontinenti reuocari potest non obstante iuramento.*

74 *Iurans falsum credens esse verum, an sit periurus.*

75 *Confessionis reuocationem incontinenti factam non impedit iuramentum.*

76 *Responsio ad positiones docto de errore an ex interuallo possit reuocari.*

77 *Confessio in responsione ad positiones per dolum extorta potest per confitentem reuocari.*

78 *Quid si respondens non tenebatur respondere.*

79 *Vel si respondens protestetur de reuocando quamcunque confessionem, quæ danda non esset.*

80 *Et quando hæc protestatio non sit necessaria.*

81 *Responsio ad positiones facta per Procuratorem reuocari potest per principalem etiam non docto de errore.*

positiones habeantur pro confessatis, contumax non admittitur ad purgationem moræ.

143 *Eo magis Statuto mandante, quod positiones habeantur pro confessis ipso iure.*

144 *Sed an stante hoc Statuto Iudex possit prorogare parti terminum ad respondendum.*

145 *Mora circa responsionem positionum purgari non potest, quando Iudex, vel Statutum apponit diem in pœnam confessi.*

146 *Mora geminata circa responsionem positionum purgari non potest.*

147 *Mora purgari potest circa responsionem positionum stante consuetudine, quod illius purgationi locus sit antequam accusetur contumacia.*

148 *Princeps potest admittere contumacem ad respondendum positionibus, & purgandam moram, etiam post sententiam refectis expensis.*

146 *Contumax in respondendo positionibus admittendus est ad purgationem moræ causa in Rota vertente, & de ratione.*

150 *Rota de stylo non pronunciat positiones pro confessatis nisi concurrentibus tribus, de quibus hic remissiuè.*

151 *Praxis Rotæ in materia positionum.*

1 TRANSEVNDO ab actionibus ad probationes, quia confessione nulla datur maior probatio, *l. cum te, C. de transact. l. fin. C. de fideicomm. l. generaliter, C. de non numerata pecunia, l. 1. C. de confessionibus*, Tusc. *littera C, conclus.* 645. Rota *decis.* 758. *num. 7. par. 3. & decis.* 157. *num. 4. par. 4. rec.* & passim.

2 Videndum est, quando in confessione iudiciali detur inconstantia, sed quia materia latissima est, & de ea doctissimi viri tractant, nempè Padilla *l. error, C. de iur. & fact. ignor.* Gabr. *de confess. conclus.* 4. 5. & 6. Vestrius *in praxi lib. 6. cap.* 1. & ibi Grauat. *in addit.* Mascard. *conclus.* 368. *lib.* 1. *& conclus.* 1182. *lib.* 3. Tusc. *littera C, conclus.* 649. *per tot.* Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 73. *par.* 1. *num.* 15. Trentacinq. *var. tit. de confess. lib. 2. resolut.* 1. Scacc. latissimè *in praxi, vol.* 2. *cap.* 7. *à num.* 552. Cumia *in ritibus Siciliæ, cap.* 37. *à n.* 91. & de confessione facta in iudicio criminali latè Farin. *quæst.* 81. *cap.* 9. *à num.* 315. & *in Repert. iudiciali, quæst.* 11. *à num.* 2. *per totam*, Bich. *decis.* 12. *à num.* 7. *&* 406. *num.* 6.

Ideò breuitèr, sed dilucidè quàm potero de ea me expediam.

Videndum igitur est, an confessio facta in precibus, & in commissione, possit reuocari.

Item, an confessio facta in libello?

Quid de confessione facta in interrogationibus?

Et de confessione facta in positionibus?

3 Et quia in iudicio solent partes producere positiones, vt Reus, vel Actor interrogentur super illis, cumque, qui ponit, fateatur argum. Text. *in l. cum precũ, C. de liber caus.* Bart. *in l. quod principalis, §. obseruari, num.* 19. *C. iuram. calum.* Gloss. *in cap.* 1. *in verb. Statuimus in fin. de confessionibus, in* 6. Alex. *cons.* 71. *num.* 4. *lib.* 3. Amic. *cons.* 61. *num.* 6. *&* 101. *nu.* 3. Gaill. *lib.* 1. *obseruat.* 79. *num.* 6. Scacc. *de iudic. par.* 1. *cap.* 60. *num.* 7. Misinger. *respons.* 25. *num.* 23. Monaldus *cons.* 92. *num.* 14. Greuæus ad Gaill. *d. conclus.* 79. *num.* 9. Surd. *cons.* 105. *num.* 17. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 577. *num.* 8. Mascard. *conclus.* 1176. *num.* 8. Rota *decis.* 779. *par.* 2. *recent. num.* 1. Modernus Vrbinat. post hæc scripta visus *de positionibus, cap.* 25. *num.* 1. Ridolphin. *in praxi, par.* 2. *cap.* 2. *num.* 36. Rota *decis.* 39. *num.* 4. *par.* 11. *rec.*

4 Dic in hac confessione confitentem inconstantem esse non posse, minimèque illam posse reuocare, *l. quidam in iure, ff. de donat.* Crauet. *cons.* 61. *num.* 3. *& cons.* 171. *nu.* 4. *lib.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1182. *num.* 9. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 21. *num.* 589. Verall. *decis.* 190. *par.* 1. Greuæus *loco cit. consid.* 1. *num.* 2. Modernus Vrbin. *de posit. cap.* 22. *num.* 1. Ridolphin. *in praxi, par.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. Vbald. *decis.* 4. *nu.* 4.

5 Ratio conclusionis est, quia non conuenit bono viro, vt, quod semel dixit, postea reuocet, Verall. *d. decis.* 190. *par.* 1. Scacc. *loco cit. num.* 589. *in fine*, vbi refert illud Poeticum,

Nam volat emissum semel irreuocabile verbum.

Relatum per Gloss. *in cap. cum in positionibus, in verbo iusta causa, de iureiurando in* 6. *Specul. de posit. §.* 10. *vers. Item si ponens, n.* 8. *& de confess. §. postremo, versic. cæterum si, num.* 6. Modern. Vrbinat. *d. cap.* 25. *num.* 1. & est indecens, quod quis sua voce dilucidè protestatus est, in eumdem casum velit suo testimonio infirmare, *c. per tuas, de probat. l. generaliter, C. non numerat. pec.* Mascard. *d. conclus.* 1182. *num.* 11.

6 Amplia, vt nec possit inconstans contrarias producere positiones, Curt. *de posit. num.* 32. Specul. *de posit. §.* 7. *num.* 17. *in princ.* Michalor. *de posit. cap.* 17. *num.* 1.

7 Et maximè stante iuramento, quod debet à Ponente præstari, Michal. *d. cap.* 17. *num.* 1.

8 Dic primò, licitam esse inconstantiã in Ponente, si positio nondum sit effecta de actis, quia tũc licitè potest confessio in ea facta reuocari, Bald. *in l. generaliter, §. sed iuramento, C. rebus creditis*, Marant. *par.* 6. *de posit. num.* 8. Specul. *de posit. cap.* 10. *n.* 8. Mascard. *de probat. d. conclus.* 1182. *num.* 12. Scacc. *d. cap.* 7. *num.* 603. Modern. Vrbinat. *de posit. d. cap.* 22. *num.* 6. vbi etiam *num.* 7. declarat, quando positio dicatur facta de

actis, & eodem relato hoc idem declarat Rota *in Romana prætensi matrimonij, Veneris* 15. *Ianuarij* 1666. *coram Eminentiss. Cerro*, §. *quo vero*.

9 Dic secundò, licitam esse inconstantiam, si reuocatio fiat incontinenti, quia tunc, etsi positio sit effecta de actis nihilominus confessio in ea facta reuocari potest, Alex. *cons.*71. *num.*6. *lib* 3. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *Glossa* 5. *num.* 14. Gabr. *de confess. conclus.* 6. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.*669. Modern. Vrbinat. *d.c.*22. *num.* 6. addo Tusc. *conclus.* 392. *num.*4. *littera P*, Marescottus *var. lib.*2. *cap.*44. *nu.*9. Bellon. *de interuall. cap.*162. *num.* 7. Rota *coram Coccin. decis.* 170. *num.* 3. Dicitur autem

10 tem facta reuocatio incontinenti, si re integra facta sit, hoc est antequam confessio fuerit à Parte acceptata, Franc. *cap fin. num.*6. *de iureiur. in* 6. Roman. *l.*1. §. *si quis simpliciter*, *num.*13. *in princ. ff. de verb. oblig.* Gabr. *de regul. iur. conclus.*1. *num.*24. Marescott. *d. cap.* 44. *num.* 9. Coccin. *dicta decisione* 170. *num.*3. Pacian. *cons.*79. *num.*43. & 47. Bellon. *d. cap.*162. *num.*7. Vbald. *dec.*4. *num.* 11. vbi tamen declarat in hoc casu

11 sufficere vt pars expressè non contradicat ad hoc, vt ista confessio reuocari non possit.

12 Et hoc casu licita est inconstantia, errore etiam non probato, Franc. *loco citato*, Roman. *d.* §. *si quis simpliciter*, Marescott. *d. cap.*44. *num.* 10. Coccin. *dicta decis.* 170. *num.*3.

13 Et propterea cauendum est à Iasone, *in l. error*, *num.* 9. *C. de iur. & fact. ignor.* qui dicit, quod reuocatio non dicitur incontinenti facta, postquam fuit positio, seu confessio scripta à Notario, non enim dictum Iasonis procedit in inconstantia circa reuocationem, sed circa correctionem positionum, Marescott. *loco cit. numero* 10. Coccin. *d. decis.*170. *num.*4.

14 Dic tertiò, licitam esse inconstantiam, si positio facta sit per Procuratorem, quia à Principali semper poterit reuocari, Felyn. *cap.*1. *nu.*16. *vt lit. non const.* Caputaq. *decis.*198. *par.*1. Marescott. *loco cit. num.*11. Coccin. *dicta decis.* 170. *num.* 6. Modern. Vrbinat. *d. cap.*22. *nu.*21. Buratt. *decis.*166. *num.*10.

15 Et hoc dictum procedit, etiam quod non doceatur per Principalem de errore, vt notant omnes *supra citat.*, Scacc. *dicto cap.*7. *num.*601. post Virgin. Boccac. *de litteris remiss. cap.*5. *num.* 10. Surd. *decis.* 17. *num.*16. Gratian. *discept.*3. *num.*11.

16 Imò principalis poterit contrarium eius, quod Procurator posuit, ponere Surd. & Grat. *loco cit.* Scacc. *d. cap.*7. *n.*600. Modern. Vrbinat. *loco cit. num.*22.

17 Secundò procedit, etiamquod principalis esset in Curia, siue in loco iudicij, quia adhuc, vt confessio Procuratoris noceat principali, necesse est, quod principalis sit præsens in iudicio, & intelligat, *l.*1. *iuncta Glossa in verbo præsens, C. de errore Aduocat.* Coccin. *d. decisione* 170. *num.* 7. Marescott. *loco cit. num.*12.

18 Cessat tamen inconstantia in principali, quando ipse dedisset mandatum Pro-

19 curatori ad ponendum sic, & sic, vt requiritur Glossa *in cap. vlt. verbo expressè, de iureiur. in* 6. *cap. presentiam, de testibus, lib.*6. Ias. *l. Iudices*, *num.* 7. *C. de iudic.* Rota *decis.*779. *num.*1. & 3. *par.*2. *in recent.* Buratt. *decis.* 127. *num.* 12. & ibi Adden. *littera C*, vbi alias adducunt Decisiones Rotales, Addentes ad Greg. XV. *decis.* 282. *num.*9. Grat. *discept.*772. *num.*24. Buratt. *decis.*446. *num.*3. Merlin. *decis.*92. *num.*1. Ridolphin. *in praxi par.*1. *cap.*10. *num.*70. tunc enim principalis inconstans esse non posset, Bellamera *decis.*694. Vestr. *in praxi, lib.*5. *cap.*16. *num.*4. Scacc. *d. cap.*7. *num.*597. optimè Felyn. *in cap.*1. *num.*16. *vers. si autem Procurator*, *vt lit. non contest.*

20 Cessabit paritèr inconstantia, si Principalis subministrasset positiones Procuratori, Buratt. *decis.*566. *num.*11. vbi quod præsumuntur positiones subministratæ, si

21 Procurator eas produxit plenas, distinctas, particulares circa actus, tempora, & qualitates, quæ sine instructione principalium sciri non poterant, vt in simili Rota *decis.* 77. *post primum volumen Consiliorum* Farinacij.

22 Vel si intercessit longitudo temporis, ex qua posset præsumi, quod Procurator de positionibus Principalem certiorasset, quo casu confessio Procuratoris re integra non reuocata nocet Principali, Puteus *decis.*386. *num.*3. *lib.*2. *in nouis*, Buratt. *dicta decis.*566. *num.*13. vbi aliàs Decisiones Rotales allegat.

23 Vel si Principalis vsus fuisset positionibus productis à Procuratore, quia tunc

24 confessio censetur approbata, & ideò renocari non potest, Put. *decis.*79. *num.*2. & *dicta decis.*386. *lib.*2. *in nouis*, cum aliis per Burattum *d. decis.* 566. *num.* 14. vbi quod

25 confessio Procuratoris etiam reuocata, vbi est verisimilis, nocet Principali, Rot. *decis.*496. *num.*1. *par.*1. *diuers.* & *decis.* 198. *num.*3. *par.* 1. *in recent.* & per alias decisiones per eum allegatas.

26 Dic sextò licitam esse inconstantiam si positio sit erronea, quia tunc reuocari poterit, *l. error, C. iur. & fact. ignor.* Ludouic. *decis. Perus.*68. *num.*8. *lib.*2. Vestrius *in praxi, d. cap.*16. *num.*1. *lib.*5. Sebast. Medic. *de nouat. verb. positio*, *fol.* 399. Mascard. *dicta conclus.* 1182. *num.* 15. cum aliis latè per Scacciam, *d. cap.* 7. *num.* 609. vbi quod

27 conclusio non habet contradictorem, dummodo error probetur Michalor. *de*

positionibus, dicto capitulo 22. numero 17.
28 Et hoc dictum locum habet, etiamsi
positio esset iurata, Bellam. *conclus.* 431.
Staphil. *de litter. iust. verb. vtrum autem, numer.* 10. Vestr. *d. cap.* 16. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.* 611. Vbald. *decis.* 94. *num.* 1.
29 Secundò locum habet, etiamsi positio
esset redacta in scripturam, quia quoad
hoc scriptura nihil releuat Specul. *de posit.* §. *fin. num.* 8. Franc. *in cap. fin. col.* 3. *de iureiur. in* 6. Gabr. *de confess. conclus.* 6. *num.* 6.
vbi tamen *num.* 7. refert nonnullos, sed
malè contrarium sentientes, Scacc. *dicto cap.* 7. *num.* 612. Quinimò etiamsi esset a
Parte acceptata, adhuc errore probato
posset reuocari, Scacc. *loco cit. num.* 613.
30 Tertiò locum habet etiam in hærede
Ponentis, qui poterit reuocare confes-
31 sionem erroneam defuncti, Ias. *l. cum testamento, num.* 5. *C. de iuris, & fact. ignorant.* Grauat. ad Vestr. *d. cap.* 5. *num.* 6. Scaccia *loco cit. num.* 614.
32 Quartò dic locum habere inconstantiam, etiamsi positiones essent geminatæ,
& sic confessio esset geminata Ias. *l. error, num.* 29. *C. iur. & fact. ignor.* Grauat. ad Vestrium *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 16. Mascard. *relat.* à Scaccia *loco cit. num.* 616.
33 Quintò dic locum habere, etiam post
sententiam, & rem iudicatam, hoc tamen discrimine, quod post sententiam
in causa appellationis confessio in positione reuocari potest sine ministerio restitutionis in integrum; Post rem iudicatam
verò requiritur restitutio, Vestr. *d. cap.* 16. *num.* 1. *in fin.* Odd. *de restit. in integr. quæst.* 8. *art.* 7. *num.* 19. *&* 20. Scacc. *loco cit. n.* 617. *&* 619. Quæ tamen restitutio non datur,
34 quando reuocatio erroris directè impugnaret sententiam, Angel. de mente
Bartoli *in l. fideicommissum, num.* 4. *ff. de confess.* Odd. *d. art.* 7. *num.* 35. Buratt. *de-*
35 *cis.* 26. *num.* 10. Nec si error commissus sit
post sententiam, vt ex Innocentio, Angelo, & Oddo *vbi supra* Buratt. *loco citato num.* 11.
36 Imò post conclusum in causa in eadem
instantia, si error sit patens, & de eo appareat, absque alia probatione, tunc licita erit inconstantia, si autem requiratur
probatio erroris, non erit licita inconstantia, in eadem instantia, sed solum in
37 causa appellationis, quia per conclusionem in causa est præclusa via probationibus, Scacc. *loco cit. num.* 621. vbi declarat
doctrinam Io: Andreæ *in addit. ad* Specul. *tit. de posit.* §. 10. *num.* 16.
38 Ad hoc tamen, vt prætextu erroris confessio reuocari possit, error iustus esse debet, *l. de ætate*, §. *qui iusto, ff. de interrogat. action.* Bellamer. *decis.* 692. *num.* 1.
39 Error autem iustus erit ille, qui caret
latissima, & lata culpa, iniustus vero, qui
habet annexam culpam latissimam, seu
latam, de quo vide Scacciam *loco cit.* qui
rem exornat per plura exempla *à num.* 626.
vsque ad 668.
40 Sextò dic licitam esse inconstantiam, si
positio esset à Parte aduersa negata, quia
41 cum negans non possit amplius se illa
iuuare, Specul. *de posit.* §. 8. *num.* 1. Rota *dec.* 42. *de testib. in antiq.* cum alijs per Scac. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 471. Michalor. *de posit. cap.* 26. de qua re dicemus *infra*
42 *suo loco*. Perinde est, ac si confessio facta à Ponente non emanasset, & ideò habetur pro reuocata, Scacc. *d. cap.* 7. *n.* 679.
Cujus tamen dictum non placet Michaloro, quia vt ipse dicit *dicto cap.* 22. *num.* 29.
43 licèt pars, quæ negauit positionem, in
ea se fundare non possit, non inde sequitur, quod Ponens confessionem suam iuratam reuocare possit non docto de errore; Sed vera est opinio Scacciæ, quæ probatur *in cap. mulieri, de iureiuran.* vbi non
44 prohibetur mulier venire contra propriã
confessionem etiam iuratam, quando per
sententiam illa confessio est reprobata, &
ibi Imol. & Abb. cum alijs per Natt. *consil.* 38. *num.* 7. in terminis Magon. *decis. Lucens.* 25. *num.* 32.
45 Septimò dic, licitam esse inconstantiam
in positionibus personarum, quæ effectualiter impediuntur confiteri, quales sunt
46 furiosi, mentecapti, & pupilli non habentes Tutorem, Bellamer. *decis.* 691. *fall.* 1. Scacc. *loco cit. num.* 680.
Quod autem idem Bellamer. *decis.* 692. aliàs 693. dicit, quod secundum stylum
47 Palatii quælibet confessio, & positio potest reuocari vsque ad sententiam diffinitiuam tertiæ instantiæ, etiam non docto
de errore, vel non est verum per ea,
quæ tradit Caputaq. *decis.* 192. *par.* 1. & Rot. *in Mediolanen. fructuum* 16. *Maij* 1590. *coram* Gypsio, Rubeus *singul. Rotæ par.* 2. *verbo confessio*, §. 6. *circa stylum*, vel intelligendum est, prout intelligit, & declarat
Vestrlus *d cap.* 16. *num.* 5. Nempe vel in
positionibus datis à Procuratore, vel si à
principali, dummodo positiones non sint
iuratæ, vel in actis non productæ, quia
tunc nullatenus admittitur inconstantia,
quod etiam vult Scacc. *d. cap.* 7. *num.* 682. 683. & 684. qui subiungit ex mente Sebastiani Medices *in tract. de nouat. verb. positio, fol.* 399. non sic esse in negatione, nam si
48 tu negares positionem Aduersarij, & Aduersarius illam positionem probaret, posses vtique tuam negationem reuocare,
vel denique intelligendum est procedere
49 quando error versatur in facto alieno, in
quo error, & ignorantia præsumitur, *l. vlt. ff. pro suo*, secus in facto proprio, in quo
50 non præsumitur error, vt in specie declarando dictam *decisionem* 693. Bellameræ

respondit Vbaldus *decisione 4. num. 7. & 8.*

51 Octauò dic, licitam esse inconstantiam, quando positio fieret præcedente negatiua per modum exceptionis, tunc enim Ponens non censetur fateri, Gloss. *in l. si quidem, verb. contestationem, C. de exceptionibus*, Glossa, & Bartol. Andreas de Isernia, Marant. à Mascardo *d. concl. 1182. n. 19.*

52 Hactenus de confessione facta in positionibus à Ponente, modo videndum est de confessione facta in positionibus à Respondente. Certum est enim ex responsione facta ad positiones, eas confitendo veram resultare confessionem Roman. *consil. 70. num. 10.* Soccin. Sen. *cons. 57. n. 11. & cons. 97. num. 6. vol. 4.* Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap. 83. num. 28. par. 1.*

53 Et statuenda est generaliter conclusio negatiua, illicitam esse in Respondente inconstantiam nec suam confessionem reuocare posse, Specul. *de positionibus, §. 10. num. 3. vers. argumentatur contra*, Modern. Vrbinat. *d. tract. cap. 64. num. 7.* Asinius *in praxi §. 19. cap. 10. num. 2.* Neuizan. *cons. 7. num. 12.* Rota *decis. 678. tom. 3. par. 4. rec. num. 7.* eo maximè si non probabiliter, &
54 calumniosè confessionem reuocare vellet, tunc enim Index inconstantiam admittere non deberet *adnot.* per Abb. *in cap. præterea de testib. cogend.* cum alijs per Cumiã *in Ritibus magnæ Curiæ Siciliæ cap. 37. nu. 93.*

55 Quod procedit quamuis Respondens non teneatur respondere, Abb. *cons. 118. num. 5. vol. 2.* Carpan. *loco citato nu. 29.* nisi Respondens protestatus fuerit, quod, li-
56 cet respondeat, tamen, vbi non tenetur respondere, vult, quod responsio habeatur pro non facta, Bald. *cons. 176. in fin. vol. 2.* Curt. *l. 2. §. qui obseruari, num. 196. C. de iuram. per calum.* Asinius *d. §. 19. cap. 9. nu. 5. & 6.* Carpan. *loco cit. num. 30.* Sed contra tenuit Rot. *coram Vbaldo, decis. 9. num. 4.*
57 ea ratione, quia dicta protestatio tanquam contraria facto non prodest, *iuxt. not. in cap. cum M. Ferrariensis*, vbi Rip. declarat *num. 70. de constit.* & post eum Honded. *consil. 96. num. 19. lib. 1.* adijciens Rota *ibidem num. 5.* quod qui respondet ad quod non debuit sibi præiudicat, nisi responderit sub protestatione, intelligendo tamen de impertinentibus, secus de pertinentibus, quia confessio præiudicat protestationi.

58 Secundò eo magis habet locum regula, si datus fuerit Respondenti terminus ad deliberate respondendum Papien. *in form. libell. interrogat. in verbo compellatis, num. 12.* Roman. *cons. 346. num. 10. & consil. 391. in princ.* cum alijs per Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap. 73. num. 25.* Cumia *dicto cap. 37. num. 100.* quod debet intelligi,
59 si datus fuerit terminus Principali, tum Procuratori, Tutori, vel Curatori Papien. *loco cit.* Carp. *loco cit. n. 26.* Vbal. *decis. 4. nu. 6.*

60 Imo quod si positiones sint super facto proprio respondentis, quod non sit ei dandus alius terminus ad deliberandum, præsertim eo non potente, dicit Rota *coram Vbaldo decis. 9. num. 9.*

61 Tertiò, eò magis cessare debet inconstantia, si datus sit respondenti terminus ad reuocandum, ex latè adductis per Cumiam *loco citato num. 101.* Carpan. *loco cit. num. 27. vers. 2.*

62 Quartò, multò magis cessare debet inconstantia, si fuerit responsio geminata, & ex interuallo, Roman. *cons. 36. num. 10.* Cum. *loco cit. num. 103.* Carpan. *loco citato num. 28.*

63 Quintò, cessabit inconstantia, si responsio sit iurata, nisi errore probato, Cum. *loco citato num. 104.* Carpanus *loco citato num. 29.*

64 Sextò, multò magis cessabit inconstantia post conclusionem in causa, Cum. *d. cap. 37. num. 105.* Carpanus *loco citato num. 32.* quamuis in causa appellationis
65 possit reuocari confessio, Cum. *num. 95.* Carpan. *num. 32.*

66 Septimò, cessabit inconstantia, si præcesserit instrumentum, Cum. *loco citato num. 106.* Carpan. *loco cit. num. 33.*

67 Octauò, cessabit inconstantia, si præcesserit præceptum de soluendo, Cotta *in memor. in verb. confessio potest*, Cum. *nu. 107.* Carpan. *num. 34.*

68 Nonò, multò magis cessabit inconstantia, si confessio fuerit à parte acceptata, Cum. *num. 108.* Cotta *loco citato* Gabriel. *de confess. conclus. 6. num. 12.* Carpan. *loco citato num. 35.* Vbald. *decis. 94. num. 4.*

69 Admitteretur tamen inconstantia, si respondens incontinenti confessionem suam reuocaret, Gloss. *in cap. vltimo in verb. iusta, de iureiurand. in 6.* Bald. *in repet. Paduana, l. edita num. 15. vers. sæpe accidit, C. de edendo*, cum alijs per Tiraquellum *de retract. conuention. §. 1. gloss. 5. num. 15.* Gabriel. *conclus. 1. de reg. iur. num. 23.* Soccin. sen. *cons. 95. num. 7.* Michalor. *dicto tract. cap. 64. num. 8.* Carpan. *ad Statut. Mediolani dicto cap. 73. num. 14. lib. 1.* Cum. *loco cit. num. 92.*

70 Quod procedit quamuis error non probetur, Cum. *loco cit. num. 92.* Carpan. *loco citato num. 14.*

71 Incontinenti autem dicitur facta reuocatio re integra, idest antequam confes-
72 sio sit à parte acceptata iuxta Rotæ opinionem, de qua *supra*, Gabriel. *d. concl. 1. num. 24. de reg. iur.* Tiraquell. *loco citato num. 16.* Michalorus *loco cit. num. 13.* qui
73 *num. 14.* subiungit, neque hoc casu obstare iuramentum, nam ille, qui iurat falsum, credens esse verum, non est per-
74 iurus, *cap. Quando de iureiurand.* & propterea non impedit confessionis reuocatio-

75 nem, Bald. *l. error, C. de iur. & fact. ignor.* Soccin. ſen. *d. conſ.* 97. *num.* 16.

76 Secundò admittitur inconſtantia, ſi de errore doceatur, nam tunc etiam ex interuallo poteſt confeſsio à reſpondente reuocari, Butrius *cap. fin. de confeſs.* Soccin. ſen. *d. concluſ.* 97. *nu.* 17. Gabriel. *d. concl.* 1. *num.* 3. *de reg. iur.* Ludouiſ. *deciſ. Lucen.* 44. *num.* 55. *& deciſ. Peruſin.* 68. *par.* 2. Seraph. *de priuileg. iur. priuil.* 11. *num.* 3. Mancin. *de iuram. par.* 2. *art.* 2. *num.* 108. Michalor. *loco citato num.* 15. qui refert Ruginellum contrarium ſentientem *in cap.* 16. *practic. quæſtionum à num.* 15. Cum. *dicto cap.* 37. *num.* 91. Vbald. *deciſ.* 94. *num.* 5.

77 Tertiò admittitur inconſtantia, ſi dolo fuiſſet inductus ad confitendum, Bargall. *de dolo lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 23.

78 Quartò admittitur inconſtantia, ſi reſpondens reſpondere non fuerit obligatus, tunc enim ſemper permittitur reuocatio, Oſaſchus *deciſ.* 178. *num.* 2. Modern. Vrbinat. *dicto tract. cap.* 64. *num.* 31.

79 Eò magis adhibita cautela, de qua *ſupra,* nempe ſi reſpondens proteſtetur de reuocando quamcunque confeſſionem factam poſitioni, quæ danda non eſſet, Oſaſchus *dicta deciſ.* 178. *num.* 2. Michalor. *vbi ſupra.* qui tamen ſubiungit, dictam cautelam
80 non eſſe neceſſariam, quando poſitiones ſunt admiſſæ cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum,* ex Beninten. *deciſ.* 32. *num.* 15. Mancinus *de iurament. par.* 2. *art.* 2. *num.* 84. Michalor. *d. tract. cap.* 58. *num.* 9.

81 Quintò admittitur inconſtantia in reſponſione emanata à Procuratore, quæ poteſt à principali reuocari, etiam non docto de errore, Felyn. *in cap.* 1. *num.* 16. *vt lit. non conteſt.* Adden. *ad practic. Papien. in form. poſit. action. num.* 2. Caputaq. *deciſ.* 198. *par.* 1. Put. *deciſ.* 16. *lib.* 3. Seraph. *deciſ.* 634. *num.* 3. Michalor. *dicto cap.* 64. *num.* 33. *& deciſ.* 81. *num.* 12. *poſt dictum tractatum,* Rota *deciſ.* 92. *num.* 18. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.* Royas *deciſ.* 121. *num.* 8.
82 præſertim in ſecunda inſtantia, Rota *deciſ.* 505. *in antiq. poſt tractatum,* Michalor. *deciſ.* 61. Rota *deciſ.* 60. *in nou.* Surdus *deciſ.* 17. *num.* 16.

83 Quod primò intellige, niſi Procurator habuerit mandatum ſpeciale ad reſpondendum ſic, & ſic, vt requiritur, Rota *deciſ.* 779. *par.* 2. *in recent.* quia tunc dice-
84 retur principalem reſpondiſſe, non Procuratorem, Scaccia *dicto cap.* 7. *num.* 570. Michalor. *d. cap.* 64. *num.* 35.

85 Secundò intellige, vt habeat locum, ſi re integra confeſſio Procuratoris reuocetur, aliàs nocet principali, Put. *deciſ.* 386. *lib.* 3. *in nou.* cum alijs per Buratt. *deciſ.* 566. *num.* 13. Michalor. *d. cap.* 64. *num.* 34.

86 Si tamen principalis errorem probaret, poſſet Procurator confeſſionem reuocare, etiam re non integra, & à parte accepta-
87 tam, vt dictum eſt *ſupra,* & etiam quod eſſemus in errore iuris, Cyn. *l.* 1. *C. de confeſs.* Specul. *de confeſs.* §. *ſequitur,* Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 392. *num.* 3.

88 Dic tamen, quod in ſupradictis caſibus, in quibus licita eſt inconſtantia in confeſſione facta in poſitionibus tam reſpectu ponentis, quàm reſpectu reſpondentis, illa ſemel tantùm eſt licita, Bartol. *l. poſt legatum nu.* 12. *ff. quibus, vt indign.* Tiraquell. *l. boues, par.* 1. *num.* 26. *ff. verb. ſignific.* Aſin. *d.* §. 19. *cap.* 10. *nu.* 6. Carpan. *d. cap.* 73. *nu.* 24.

89 Quod dictum eſt de confeſſione facta ab eo, qui reſpondet poſitionibus, idem dic de reſponſione negatiua, quæ poterit
90 reuocari, re tamen integra, hoc eſt antequam aduerſarius probauerit contrarium, Coſta *de re integra diſtinct.* 41. *num.* 1. de qua re mox *dicemus.*

91 Sed an, qui reſpondet poſitionibus, illas negando poſſit demum inconſtans ſe in illa poſitione negata fundare? Articulus hic dependet ab ea quæſtione, an quis poſſit ſe iuuare ex actu impugnato, de qua latiſſimè Gabriel *de reg. iur. concluſ.* 1. *per tot.* de qua dicemus *infra,* ſed in terminis quæſtionis noſtræ, illicitam in hoc caſu eſſe inconſtantiam, nec in poſitione negata reſpondentem ſe fundare poſſe, voluere Bartol. *in d. l. poſt legatum, ff. de his, quibus, vt indignis,* Doctores *in l. naturaliter,* §. *nihil commune, ff. de acquir. poſs.* Iacobus de Arena *de poſit.* §. 3. *num.* 1. Specul. *de poſit.* §. 8. *num.* 1. Hercul. *de proband. negat. num.* 198. Maſcard. *de probat. dicta concluſ.* 1182. *num.* 3. Cauagn. *ſuper decretis Montiſferrati decret.* 12. §. 8. *quæſt.* 4. Gabriel. *dicta concluſ. de reg. iur. num.* 2. qui alios Cioph. *conſ.* 93. *num.* 7. Rimin. iun. *conſ.* 408. *num.* 2. Mancin. *de iuramen. dicta par.* 2. *art.* 2. *num.* 13. Guidopap. *deciſ.* 182. *num.* 1. Amat. *deciſ. March.* 58. *num.* 6. Rota Genuen. *deciſ.* 60. *num.* 10. Surdus *deciſ.* 196. *num.* 3. Rota Romana *deciſ.* 310. *de confeſs. in antiquis, & deciſ.* 100. *num.* 10. *par.* 2. *diuerſ.* Hos omnes citat Michalor. *de poſit. cap.* 26. *num.* 1. addo Carpanum *ad Statutum Mediolan. d. cap.* 83. *num.* 104. *par.* 1. vbi alios allegat.

92 Ratio concluſionis eſt, quia propriam turpitudinem allegaret, qui inconſtans contra ſuum dictum veniret, Archid. *cap.* 1. *confeſs. in* 6. Addent. *ad deciſ. Guidopap.* 182. Surdus *dicta deciſ.* 196. *num.* 6. Michalor. *de poſit. d. cap.* 26. *num.* 2.

93 Et hæc concluſio non ſolùm procedit in reſpondente, ſed etiam in ponente, qui non poteſt ſe fundare ſuper negatione aduerſarij, Bouer. *in ſingul. verb. poſitio, num.* 8. Addent. *deciſ. Guidopapæ* 182. Carpanus *loco cit. num.* 105.

94 Secundò habet locum conclusio non solùm in eadem instantia, sed & in alia inter easdem personas, Ruinus *cons.* 102. *num.* 3. *vol.* 4. Gabriel. *d. conclus.* 1. *de reg. iur. num.* 10. Carpan. *loco cit. num.* 107.

95 Secundò habet locum non solùm in positione negata, sed etiam in ea, cui quis negauit respondere, Gabriel. *d. conclus.* 1. *num.* 11. qui ex mente Alexandri dicit procedere, si negans iussus fuit respondere, secus si non iussus, Surdus *dicta decis.* 196. *num.* 4. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 3. & *num.* 15. *vers. contrarium*, Carpan. *loco cit. num.* 109.

96 Dic primò locum habere inconstantiam, si negans positiones inconstans negationem reuocauerit, Bartol. *d. l. post legatum col.* 4. *vers. quæro aduersarius*, *ff. quibus, vt indignis*, plures citat Gabriel. *dicta conclus.* 1. *num.* 13. Amat. *d. decis.* 58. *nu.*6. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 12. Carpanus *loco cit. num.* 110. Nec reuocatio negatio-
97 nis requirit probationem erroris, quia potest reuocans se fundare in confessione partis resultante ex sua positione, Bartol. & Felyn. allegati à Gabriele *d. conclus.* 14. Carpan. *loco cit. num.* 110.

Quamuis contrarium teneant Archid. & Io. Andr. *dicto cap.* 1. *de confess. in* 6. Alex. *in apostil.* ad Bartol. *d. l. post legatum* Guidopap. *dicta decis.* 182. Gabriel *num.* 15. vbi tenendo hanc partem limitat, si positio esset obscura, & intricata, quia tunc error præsumitur absque alia probatione, Alex. *l.* 1. §. *si quis simpliciter num.* 32. *ff. verb. oblig.* Carpan. *loco cit. num.* 110,

98 Reuocatio verò negationis debet fieri in eodem iudicio non in alio, quia tunc
99 præsumeretur calumnia, Gabriel *dicta conclus. num.* 20. Carpan. *loco cit. num.* 111.

100 Nec reuocatio negationis admitteretur, si inconstans in alio non grauaretur, vt post Bartol. Bald. & Soccinum probat Gabriel. *d. conclus. num.* 21.

101 Pariter reuocatio non admitteretur, si iam detectum esset mendacium negantis, Bartol. Alex. Roman. & Felyn. adducti à Gabriel. *dicta conclus. num.* 22. Costa *de re integra dicta quæst.* 41. *num.* 10. Imò nec si
102 post terminum probationum, & multò magis si post cæptam probationem vellet
103 reuocare, Costa *vbi supra, num.* 2. & 3.

104 Nec licita esset reuocatio, si ex interteruallo quis negationem vellet reuocare,
105 Bartol. Aretin. & Roman. à Gabriel. *d. conclus. num.*23. nec si à parte fuisset acceptata, Gabriel. *d. conclus. num.* 24.

106 Dummodo de errore non doceat, quia tunc etiam ex interuallo posset negationem reuocare, & etiam post partis acceptationem, Bartol. Aretin. Bald. & Franc. à Gabriel. *d. conclus. num.* 25.

107 Nec admitteretur inconstantia, quando reuocans vellet consequi præmium confessionis, Bald. Bartol. & Alexand. à Gabriel. *loco cit. num.* 26. Benè tamen
108 euitaret pœnam, reuocans negationem, si ante conuictionem de mendacio suam reuocaret negationem, vt per relatos à Costa *d. quæst.* 41. *num.* 4.

109 Secundò limita principalem conclusionem, quod licèt negans non possit se fundare in positione negata, poterit tamen se fundare in probationibus factis per ponentem super positione negata, Bartolus, & alij adducti à Gabriel. *dicta conclus. num.* 29. Cioph. *d. cons.* 93. *num.* 7. Mancin. *de iuramen. d. par.* 2. *art.* 2. *num.* 104. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 13. Carpanus *loco cit. num.* 113.

110 Tertiò limita quantum ad ea, quæ mediatè resultarunt ex negata intentione aduersarij, Gabriel. *dicta conclus. num.* 20. Michalor. *dicto cap.* 26. *num.* 14. Carpan. *loco citato num.* 114.

111 Quartò limitatur conclusio, si positio esset in parte negata, & in parte non, tunc enim pars negata non præindicat respondenti in parte, quæ negata non fuit, Alex. *cons.* 71. *num.* 5. *lib.* 3. Tusch. *litt. P*, *conclus.* 386. *num.* 11.

112 Quintò limitatur conclusio, quando negatio est generalis, vtputà si ante responsiones factas singulis positionibus,
113 quis opposuerit *generalia contra* cum negatiua in forma, vel negauerit narrata, prout narrantur, talis enim oppositio impugnat solùm substantialia iudicij, non autem circumstantias, Bartolus, Iason, & Cauagnol. adducti à Michaloro *d. cap.* 26. *num.* 10. & 11. quamuis de hoc dubitare videatur, Granut. Theorem. 20. *num.* 23.

114 Sextò limitatur conclusio si negatio positionis non fuerit à parte acceptata, Hodierna *in addit. ad dict. decis. Surdi* 196. *num.* 1. per Giurb. *decis.* 100. *nu.* 33. Gratian. *discept.* 279. *num.* 36.

Imò si à parte acceptata, dummodo tamen super ea nondum fuerit aliquid declaratum, Hodierna *loco citato*.

115 Cæterum hanc limitationem benè refellit, Michalorus *dicto cap.* 26. *num.* 6. quia negatio positionis non requirit aliquam acceptationem ponentis, imò illam acceptare non potest, cum sit de directo contra eius positionem, & contra iuramentum in ponendo præstitum.

116 Doctores autem ex aduerso ab Hodierna citati loquuntur de scriptura exhibita, & à parte impugnata, quia, si pars non acquieuit impugnationi, poterit impugnans se iuuare, ex instrumento impugnato, donec fuerit cognitum super eius impugnatione, & hoc ob dubium litis euentum, fieri namque posset, vt illa impugnatio esset reiecta, aliter sequere-

tur absurdum, vt si impugnans succumberet in impugnatione, non posset vti, nec instrumento vti impugnato, nec minus declaratione, qua fuit reiecta impugnatio, & ideo debet expectari finis litis.

Quæ omnia cessant in positione, quæ postquam est negata, nulla alia expectanda est declaratio, nec finis litis super ista negatione, & ideo ipsa vti negata amplius vti non poterit.

117 Sed iudicio meo fallitur Michalorus, licèt enim partis acceptatio expressa non requiritur in positione negata, censetur nihilominus pars tacitè illam acceptare, postquam petijt terminum probatorium,
118 quo casu, nec minui, nec reuocari potest positio, Marant. *de position. num.* 6. Mascard. *dicta conclus.* 1182. *num.* 7. Costa *re integra d. distinct.* 41. *num.* 2.

119 Et propterea videtur dicendum, quod si adhuc pars, cuius positio negata fuit, ad probanda negata non processerit, pendente huiusmodi termino tanquam re integra poterit super actu negato se fundare ad tradita per Franch. *in cap. vltimo num.* 7. *de iur. iur. in* 6.

120 Septimò limitatur conclusio, quando positio non fuisset simpliciter negata, vt si positioni fuerit responsum, *non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur*
121 Gratianus *discept. forens.* 559. *num.* 54. Hodierna *ad dictam decis. Surdi* 196. *num.*7. Michalor. *cap.* 26. *num.* 8. quamuis contrarium sentiat *in cap.* 40. *num.* 13. vbi quod hæc responsio cum copula, *&*, est merè negatiua ex Rota *decis.* 846. *par.* 4. *diuersor.* Addent. *ad decis.* 282. *Ludouisij num.*10.

122 Octauò limita, si positio fuerit in parte negata, & in parte non, tunc enim pars negata non præiudicat respondenti in parte, quæ negata non fuit, Alex. *cons.*71. *num.* 5. *lib.*3. Tusch. *littera P, conclus.* 386. *num.* 11. Michalor. *d. cap.* 26. *num.* 9.

123 Nonò limita, si positio fuerit implicita, habens plura capita, tunc enim ratione implicitatis potest tota negari, Iacob. de Arena *de posit. num.* 40. Specul. *eodem tit.* §. 7. *num.* 20. & ideo quia negata dici-
124 tur ratione implicitatis, quod est licitum, poterit negans in actu impugnato se fundare, Amat. *dicta decis.* 58. *num.* 7. Michalor. *d. cap.* 26. *num.* 18.

125 An autem, qui renunciauit probationibus, inconstans demum possit facere positiones? Dic illicitam esse inconstan-
126 tiam, nam positio species est probationis, *cap.* 2. *de confess. cap. Cum ad secundum de restit. spoliat.* & propterea, qui illis renunciat, & positionibus renunciasse censetur, Michalor. *d. tract. cap.* 29. *num.* 1. *vers. contrarium.* Et hoc multò magis ha-
127 bet locum, si in specie positionibus renunciasset, Michalor. *loco cit. num.* 2.

128 Secundò habet locum, si omnibus probationibus, vel omni generi probatio-
129 num renunciasset, Michalor. *d. cap.* 29. *n.* 3.

Licita tamen esset inconstantia, si renunciatio esset restricta ad aliquam
130 certam speciem probationum, vt per testes, vel instrumenta, quia tunc positionibus vti posset, Mascard. *d. conclus.* 1182. *num.* 36. *& seq.* Michalor. *d. cap.* 29. *num.* 4.

131 Quid si quis citatus ad respondendum positionibus, non curauit, vel noluit respondere, an demum inconstans admittatur ad purgationem moræ. Et dic, quod si ius ponentis non est effectum deterius, & sumus re integra, tunc admittitur inconstantia, & purgatio moræ, vt in puncto voluit Cynus post Iacob. de Arena *in l.* 2. §. *quid si Actor num.* 7. *de iurament. calumn.* Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *de milit. & Vassall. qui contra* Carpan. post Alexandr. *in l. si Insulam num.* 76. *ff. de verb. oblig.* vbi Ripa *num.* 38. *d. cap.* 83. *num.* 165. *&* 166. Surd. *cons.* 97. *num.*1. Gratian. *decis.*171. *num.*12.
132 Regulare est enim, quod vbi pars detrimentum non recipit, moræ purgatio admittitur, Cephal. *cons.* 25. Bursat. *cons.* 26. *ad finem*, Caputaq. *decis.* 230. *num.* 3. *& decis.* 231. *num.* 1. *par.* 2. alios Costa *de re integra distinct.* 105. *num.*6. Seraph. *decis.*591. *num.* 7. cum alijs decisionibus, quas allegant Addent. ad Gregorium XV. *dec.* 559. *num.* 10. de qua conclusione alibi nos *dicemus*.

133 In proposito autem ius partis erit effectum deterius, si ponens grauaretur
134 onere probandi, Osasc. *decis.*71. *num.*56. Surd. *d. cons.* 97. *num.* 1. Carpan. *loco citato num.* 167. Michalorus *de posit. cap.* 47. *num.* 4.

135 Hinc propterea videmus, quod ille, qui recusauit iurare de calumnia, non admittitur ad purgationem moræ, si ius Actoris esset effectum deterius, & grauaretur onere probandi, latè Scaccia *de iudic. cap.* 1. *quæst.* 11. *num.* 102. *lib.* 2.

136 Dictum autem procedit quamuis terminus à Iudice statutus lapsus sit, non
137 enim eo casu res desinit esse integra, *l. nonnunquam, ff. de iudicijs, l. si post tres, ff. si quis cautionibus*, Gloss. *in Clement. sæpe vers. non obstat de verb. signific.* Surdus *dicto cons.* 97. *num.* 1. Costa *re integra d. dist.* 105. *num.* 5.

138 Secundò procedit, etiam quod per Iudicem fuisset pronunciatum, positiones haberi pro confessatis, dummodo non sit secuta sententia super meritis, Orian. *cap. quoniam contra cap.* 6. *de respons. nu.*13. *vers. item ista de probation.* Alex. *d. l. Insulam num.* 36. cum alijs per Carpanum *loco citato num* 166. Natt. *cons.* 364. *nu.* 10.

139 Tertiò multò magis inconstantia lici-

ta est, si mora fuerit remissa, hoc est si Actor post moram incursam institerit
140 responderi, Ludouic. *decis. Lucen.* 44. *num.* 39. *& seq.* Michalorus *dicto cap.* 47. *num.* 15.

141 Quartò licita erit inconstantia, in causa appellationis, vt post Castrens. *cons.* 141. *lib.* 1. voluit Gratian. *d. decis.* 171. Michal. *dicto cap.* 47. *num.* 17. qui tamen declarat decisionem Gratiani procedere, quando vlterius Iudex pronunciauit super tota causa, & ab ea contumax appellauit, nam in causa appellationis poterit ostendere, se verè non fuisse contumacem, & sic moram purgare.

142 Illicita verò erit inconstantia, nec dabitur purgatio moræ, si statutum extet, quod termino elapso habeantur positiones pro confessatis, Neuizan. *cons.* 6. *nu.* 12. *vers. sed contrariam*, Carpan. *loco cit. nu.* 170. Michalor. *d. cap.* 47. *num.* 5.

143 Eo magis, si statutum diceret vlterius, quod positiones haberentur ipso iure pro confessis, Natt. *cons.* 364. *num.* 10. *&* 11. Michalor. *loco cit. num.* 10.

144 Neque hoc casu Iudex poterit prorogare terminum parti ad respondendum, Decius post Felyn. *in cap. Cum sit Romana num.* 53. *de appellat.* Cauagnol. *super decret. Montisferrati decret.* 12. Michalor. *loco cit. num.* 11. *&* 13.

145 Secundò illicita erit inconstantia, si Iudex, vel statutum apponat diem in pœnam confessi, Neuizan. *d. cons.* 6. *ante fin.* Natt. *cons.* 53. *num.* 5. cum aliis per Carpan. *loco citato num.* 168. alios Michalor. *dicto cap.* 47. *num.* 6. 7. *&* 8.

146 Tertiò illicita erit inconstantia, si geminata esset mora, Neuizan. *dicto cons.* 6. *in fine*, Osasc. *decis.* 5. *in fine*, Michalorus *d. cap.* 47. *num.* 9.

147 Si autem in loco iudicii esset consuetudo, vt antequam Reo fuerit accusata contumacia, sit locus purgationi moræ, vtique daretur inconstantia, Michalorus *d. cap.* 47. *num.* 13.

148 Posset etiam Princeps adiuuare inconstantiam non respondentis, illumque admittere ad purgationem moræ etiam post sententiam refectis expensis, Bald. *cons.* 121. *vol.* 1. Carpan. *loco citato num.* 168. vbi quod Senatus Mediolani solet dispensare.

149 Crederem etiam, admittendum Reum ad purgationem moræ, si causa agitaretur in Rota, in qua de stylo contumax in
150 respondendo positionibus non habetur pro confesso, nisi concurrant illa tria, de quibus per Franc. *in cap.* 2. *numer.* 9. *de confess. in* 6. vt dicit Seraphin. *decis.* 408. *num.* 4. *& decis.* 905. *num.* 1. Caual. *dec.* 562.

151 Et propterea Vestr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 4. dicit Rotam consueuisse expedire monitorium, vt infra triduum respondeat, & si fuerit contumax, procedit ad pœnas in monitorio contentas.

QVÆSTIO XXV.

ARGVMENTVM.

An articulans possit esse inconstans variando, vel etiam contrarios articulos producendo.

SVMMARIVM.

1 *Articulans contraria non auditur.*
2 *Artitulans an fateatur, & num. seq.*
4 *Articulans contraria eò minus auditur, quando primi articuli dati sunt cum iuramento.*
5 *Periurium non incurrit articulans contraria, quamuis primos articulos produxerit cum iuramento.*
6 *Articuli cum iuramento producti plenè probant contra articulantem.*
7 *Confessioni propriæ contraria proponens non auditur.*
8 *Articulans contraria iis, quæ continebantur in articulis priùs exhibitis cum iuramento non auditur, quamuis renunciare velit testibus, & probationibus ex prioribus articulis resultantibus, & de ratione, num. seq.*
10 *Per iuramentum dicitur quæsitū ius alteri parti.*
11 *Articuli producti cum iuramento habentur loco positionum.*
12 *Articulans contraria eò minus auditur post conclusum in causa.*
13 *Probationibus via præcluditur per conclusionem in causa.*
14 *Articulans contraria in causa appellationis non auditur.*
15 *Errore probato articulans admittitur ad probandum contraria quamuis primos articulos cum iuramento produxerit.*
16 *Articulans contraria in causa criminali non auditur.*
17 *Quid in causa summaria.*
18 *Articuli contrarij admittuntur stante consensu partium.*
19 *Quid si consensus sit tacitus resultans ex eo, quod pars non sit protestata.*
20 *Articuli de directo contrarij an, & quando sint admittendi*

admittendi in gradu appellationis ob deperditas probationes, & num. seq.

22 *Articuli de directo contrarij in gradu appellationis admittuntur, quando testes in prima instantia non fuerunt ritè, & rectè examinati.*

23 *Articuli de directo contrarij admittuntur etiam in prima instantia, & post dideita testificata, quando testes non fuerunt legitimè examinati.*

24 *Errore probato admittuntur articuli de directo contrarij.*

1 STATVENDA est conclusio, illicitam esse inconstantiam non enim auditur contraria articulans, Innocent. *in cap. fraternitatis in fin. de testib.* & ibi Socc. *num. 22. vers. circa octauum*, Vitalin. *Clem. 2. num. 144. eodem tit.* Buratt. *decis. 351. n. 2.* Caualer. *decis. 208.* Vbert. *de citat. cap. 13. num. 373.* Rota *in Romana hæreditatis 7. Nouembris 1618. coram Pirouano post tract.* Posthij *de manut. decis. 473. num. 1.* Dunozett. sen. *decis. 121. num. 1.*

Rationem assignat Io: Andr. *in cap. cum in portionibus de iur. iur. in 6.* quia licèt ar-
2 ticulans non fateatur, vt tradunt DD. omnes *in d. cap. cum in positionibus*, Alex. *consil. 172. lib. 6.* Gabr. *conclus. 4. num. 25. de confessis* Mantic. *decis. 198. num. 3.* Seraphin. *decis. 1054. num. 2.* Adden. *ad dec. Greg. XV. 143. num. 5.* Duran. *decis. 314. num. 9. & 33. num. 17.* Dunozett. iun. *decis. 282. num. 5. & 672. num. 7.*

3 Fatetur tamen ad hunc effectum, vt contraria articulans non audiatur, vt in terminis tenet Scacc. *de iudic. cap. 7. n. 687. tom. 2.*

4 Quod maximè procedit, si articuli essent iurati, quia licèt contraria propo-
5 nens in eis, non incidat in periurium, vt declarat Io. Andr. *d. c. cum in positionibus, in princ.* quem sequitur Abbas *in cap. examinata num. 3. de except.* & ibi Felyn. *nu. 2.* Scacc. *loc. cit. num. 686.* Rota *in citat. decis. coram Pirouano num. 3.* Iuramentum tamen
6 efficit, quod confessio in illis emanata contra Articulantem plenè probet Caputaquen. *decis. 145. lib. 1. in manuscript.* Rota *decis. 215. coram Greg. XV. num. 2.* Adden. *ad d. decis. 143. eiusdem Greg.*

7 Et propterea contraria proponens contra huiusmodi propriam confessionem non auditur, vt ex Rota *decis. 19. aliàs 260. de Procurat. in nou.* Caputaq. *decis. 192. par. 1. & decis. 152. par. 3.* & ex alijs colligit Scacc. *loco cit. num. 687.*

8 Quod habet locum, etiamquod producens noluerit vti Testibus, & renunciauerit in specie probationibus, ex priori ar-
9 ticulo resultantibus; quia, licèt hæc renunciatio teneat in præiudicium partis renunciantis, non præiudicat tamen al-
10 teri parti, cui ius est quæsitum propter iuramentũ ipsius renunciantis, per quod
11 articuli habeatur loco positionum, Io: Andr. *d. cap. vlt.* vbi Gemin. *num. 5.* Franc. *num. 2. de iur. iur. in 6.* Rota *in cit. decis. coram* Pirouano.

12 Amplia primò, tanto magis locum habere post conclusionem in causa, cum
13 enim tunc sit præclusa via probationibus, Gloss. *in cap. cum dilectus, in verb. conclusum,* & ibi Doct. *de fid. instrum.* Specul. *tit. de renunc. & conclus. num. 3. cap. auditis, de Procur. cap. Pastoralis de caus. possess. & propriet.* Asin. *in prax. §. 23. cap. 1. n. 1.* Gaill. *pract. obseru. lib. 1. obseruat. 108. num. 2.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 12. num. 16.* de quo *infra* latè dicemus.

14 Amplia secundò, vt illicita sit inconstantia etiam in causa appellationis, *Clemen. 2. ibi, sic non debent, de testib. cap. Fraternitatis de test. & attestat. 4.* Couuar. *practic. cap. 18. nu. 6.* latè Rolan. *consf. 45. nu. 8. lib. 2.* Barbos. *ad d. cap. fraternitatis num. 1. versic. amplia primo,* Azeued. *lib. 4. tit. 9. leg. 4. n. 2.* Paz. *in prax. primi tomi, 6. par. cap. 1. n. 16.* de quo etiam latè dicemus *infra*.

15 Daretur tamen inconstantia si probaretur error, Soccin. *cons. 97. num. 16. lib. 4.* Vestr. *in prax. lib. 5. cap. 16. num. 7.* Rota *in d. decis. coram* Pirouano *num. 4.*

Tertiò amplia etiam in causa criminali, *cap. placuit 4. quæst. 3.* Marsil. *lib. 1. §. si quis vltrò num. 7. ff. de quæst. & singul. 90.*
16 Couuar. *d. cap. 18. num. 6.* Clar. *§. fin. q. 61. num. 2.* Gabr. *d. conclus. 21. de testib.* latè Farin. *de testib. quæst. 75. cap. 4. num. 1. & 139.* Barbos. *ad d. cap. fraternitatis num. 1. vers. primo amplia,* qui tamen, dum tertiò am-
17 pliat in causis summarijs remittens se ad *cap. veniens de testib.* fallitur, nam *allegati* ob eo tenent contrarium, vt videbimus *infra*.

18 Quæ tamen ampliatio non procedit, si accedat consensus partium, qua tunc possunt articuli, quamuis contrarij admitti, Alex. *l. 1. num. 22. ff. de fer.* Bart. *in Auth. quisemel, in fin. C. de probat.* Farin. latè *quæst. 75. cap. 4. de testib. num. 179.* Afflict. *ad Constit. Neapolit. lib. 2. rubr. 47. num. 3.* vbi quod etiam sufficit tacitus partis consen-
19 sus, si enim aduersus hanc inconstantiam Pars protestata non sit, sibi præiudicauit, Bald. *in cap. 1. §. item si vos, de controu. inuestit.* Francisc. Ant. *in d. cap. Fraternitatis num. 61.* Abb. *in cap. veniens il secondo, de testib.* Gabr. *d. conclus. 21. de testib. num. 77.* Farin. *d. quæst. 75. cap. 4. num. 182.* Super quo tamen vide benè dissentientem Felyn. *in d. cap. Fraternitatis à num. 6.*

20 Secundò dic, licitam esse inconstantiam in causa appellationis, quando veteres attestationes non reperiuntur, quia sine dolo, vel culpa Partis sunt, deperdi-

tæ, tunc enim possunt produci articuli, etiam directo contrarij, Specul. *de testib. §. vtiliter, vers. sed quid si testium publicatis, & in cap. fin. de probat.* & benè facit Text. *in l. veluti, §. hæc vox, ff. de eden.* Afflict. *loco citato num.*4. Gabr. qui alios *d. conclus.* 21. *de testib. num.* 79. Farin. *d. quæst.* 75. *cap.* 4. *num.*215. vbi *num.* 216. 217. *&* 218. declarat, si à Iudice, à Notario, vel à Parte aduersa sunt deperditæ, secus à Parte producente, nisi probet, sine culpa perdidisse, & quando sunt taliter deperditæ, vt de illis nullatenus possit apparere, vt putà, incendio; quod tamen residet in arbitrio
21 Iudicis, cum eius iudicio admittere inconstantiam ob probationes deperditas remissum sit, dixit etiam Paris. *in d. cap. fraternitatis num.* 14.
22 Tertiò, licita est inconstantia, quando testes in prima instantia non fuerunt ritè, & legitimè recepti, & tunc sicuti in pri-
23 ma instantia possunt post didicita testificata produci alij articuli, etiam de directo contrarij, Clemen. 2. *verb. ritè sumpto,* ibi *argumento à contrario sensu,* & ibi Gloss. *verb. ritè,* Imol. *num.* 1. Zabarell. *num.* 1. Anchar. *num.* 11. *in fin.* Bonifac. *num.* 11. cum alijs per Farin. *d. quæst.* 75. *cap.* 4. *num.* 98. & latius *cap.* 10. *num.* 358. Ita multò magis in causa appellationis, Bart. *in d. Auth. qui semel,* Angel. *in §. Quia verò, in Auth. de testib.* Afflict. *d. rubr.* 47. *num.* 4. ita vidisse sæpius iudicatum.
24 Quartò dic, licitam esse inconstantiam, si probaretur error, Soccin. *cons.* 47. *n.* 16. *lib.* 4. Vestr. *in praxi lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 7. Rota *in d. decis. coram* Pirouano *num.* 4.

QVÆSTIO XXVI.

ARGVMENTVM.

An licita sit inconstantia in confessione, quæ oritur ex instrumenti productione; & an producens possit productionem reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Producens instrumentum, vel scripturam censetur fateri omnia, quæ in illis continentur.*
2 *Siue scriptura sit publica, siue priuata.*
3 *Et an censeatur fateri enunciata in iuribus productis.*
4 *Producens scripturam non solemnem, vel quæ non sit in forma probanti, an, & quando adhuc censeatur fateri, quæ in ea continentur, & num. seq.*
5 *Quid vbi producitur scriptura carens solemnitate contractus.*
6 *Producens scripturam, quæ postmodum detegatur falsa, adhuc censetur fateri quæ in illa continentur.*
7 *Producens scripturam an, & quomodo censeatur illam approbare in quantum facit contra se.*
8 *Producens scripturam* in parte, & partibus fauorabilibus, *non censetur illam approbare in quantum facit contra se.*
9 *Quid si productio sit facta cum clausula* per compulsum.
10 *Clausula* per compulsum *suffragatur, quando producuntur scripturæ alienæ, non autem in iuribus proprijs.*
11 *Producens scripturas alienas cum clausula* per compulsum, *illisque vtens, sibi præiudicat, & censetur illas approbare, itaut eas impugnare amplius non valeat.*
12 *Quid si doceret de errore.*
13 *Cantela producendi* in parte, & partibus, & per compulsum, *non suffragatur quoad iura, in quibus producens fundat suam intentionem.*
14 *Produdens etiam contra se approbare tenetur iura, in quibus fundat suam intentionem.*
15 *Scripturam producens, vt illam ostendat erroneam, non censetur eam approbare.*
16 *Clausula* per compulsum, *in productione iurium nil operatur de stylo Curiæ, quando compulsus non extenditur.*
17 *Producens scripturam absente parte adhuc censetur illam approbare, itaut eam amplius impugnare non possit.*
18 *Productio iurium facta per Procuratorem an, & quando præiudicet principali, itaut eam amplius impugnare non possit.*
19 *Confessio oriens ex productione iurium est irretractabilis.*
20 *Pacis instrumentum producens non censetur fateri delictum in eo remissum.*
21 *Confessio oriens ex productione iurium, an reuocari possit docto de errore.*
22 *Veritas gestorum errore vitiari non debet,*
23 *At præualere debet opinioni, & errori.*
24 *Producens instrumentum non potest illi dare alium intellectum.*
25 *Producens instrumentum non potest declarare se illud non produxisse animo confitendi, quæ in eo continentur.*
26 *Producens instrumentum potest illud impugnare ex capite erroris probando illius falsitatem postea detectam.*
27 *Et an hoc casu reuocari possit confessio expres-*

sa, quatenus producens fassus esset omnia in instrumento contenta esse vera.

28 *Falsum instrumentum scienter producens tenetur illi stare ad sui detrimentum, quamuis illud fuisset à parte impugnatum.*

29 *Confessionem tacitam, vel expressam ex productione iurium resultantem volens ex capite erroris reuocare, & nolens impugnare iura producta non auditur.*

30 *Confessio resultans ex productione iurium facta per Procuratorem reuocari potest etiam non docto de errore.*

31 *Confessio resultans ex productione iurium reuocari potest etiam non docto de errore, quando scriptura producta est nulla ex defectu solemnitatis.*

32 *Quid si instrumentum productum esset à parte impugnatum.*

33 *Producens instrumentum non potest inconstans productionem reuocare.*

34 *Maximè in præiudicium partis.*

35 *Et an possit inconstans dicere se nolle vti instrumento, & vtilitati propriæ renunciare, & num. seqq.*

38 *Instrumentum producens non potest reprobare personam Notarij quoad alia instrumenta per eum rogata.*

39 *Productio verbalis an possit per producentem reuocari.*

40 *Instrumentum verbaliter productum non dicitur productum.*

41 *Producens iura verbaliter an, & quando cogi possit ad illorum editionem.*

42 *Productio verbalis non nocet.*

43 *Productio erronea probato errore potest reuocari.*

44 *Productio instrumenti potest reuocari, quando pars illud impugnauit.*

45 *Productio iurium re integra potest reuocari.*

46 *Res integra ad hunc effectum quando dicatur.*

47 *Iura per citationem* ad dicendum contra *efficiuntur communia.*

48 *Producens instrumentum non potest inconstans illud impugnare.*

49 *Testem producens non potest illius personam reÿcere, quatenus in eadem causa ab alio producatur.*

50 *Officialem approbans in aliquo officio non potest illum reprobare in officio consimili.*

51 *Instrumenta producta impugnans non potest illis se iuuare.*

52 *Quid si impugnatio executionem secum traxit.*

53 *Actu impugnato an vti possit impugnans pendente lite super impugnatione.*

54 *Contraria allegans non est audiens.*

55 *Actu impugnato vti non potest impugnans, qui super impugnatione obtinuit.*

56 *Impugnans instrumentum falsum scienter à parte productum, & probans illius falsitatem, adhuc adhærere potest tacitæ confessioni ex illius productione resultanti.*

57 *Producens scripturam falsam an possit inconstans illa non vti, & productionem reuocare.*

58 *Actum aliquem impugnans adhuc potest se fundare in alio actu separato ab eo, quem impugnauit.*

59 *Facto vti potest, qui illud non impugnauit, quamuis impugnauerit illius qualitatem.*

60 *Ignorantia excusat ad hunc effectum, vt quis vti possit actu, quem ignorans impugnauit.*

61 *Impugnans actum, qui deinde inconstans ab impugnatione desistit adhuc vti potest actu impugnato.*

62 *Sed an desistentia requiratur ante conclusum in causa, vel sufficiat ante sententiam.*

63 *Actu impugnato an, & quando vti possit, qui in impugnatione succubuit.*

64 *Impugnans vti potest actu impugnato in ÿs, quæ faciunt pro impugnante, & sunt connexa ÿs, quæ faciunt pro producente.*

65 *Instrumentum non impugnans, sed illius solemnitates, adhuc vti potest instrumento impugnato.*

66 *Impugnans vti potest actu impugnato, quando impugnatio non fuit à parte acceptata.*

1 CERTVM est, quod producens aliquod instrumentum, seù scripturam, censetur confiteri omnia contenta in dicta scriptura, seù instrumento, Innoc. *in cap. cum olim Ecclesia n.* 5. & ibi Butr. *num.* 11. Abb. *num.* 7. *de censib.* Bart. *in l. post legatum num.* 2. *ff. quibus, vt indignis,* Bald. *in l. si quis testibus num.* 2. *C. de testib. & in l. scripturæ n.* 1. *C. de fid. instrum. l. alia causa num.* 1. *C. de his, quibus, vt indignis, & in l.* 2. *C. de fideicommissis in fin.* Abb. *in cap. Venerabilis num.* 31. & ibi Felyn. *numer.* 21. Dec. *num.* 90. *de except.* cum alijs multis relatis à Scaccia *de Iud. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 408. *vers. quam conclusionem,* addo Granut. *Theorem.* 20. *num.* 1. Postii. *de manut. obseruat.* 97. *num.* 8. Surd. *decis.* 267. *num.* 1. Idem Surd. *cons.* 151. *num.* 16. Honded. *cons.* 78. *num.* 80. *lib.* 2. Rota *decis.* 242. *num.* 3. *decis.* 349. *num.* 3. *& decis.* 455. *num.* 3. *par.* 2. *decis.* 108. *num.* 3. *decis.* 624. *num.* 7. *par.* 1. Greg. *XV. decis.* 238. *num.* 5. & ibi Addent. *num.* 15. Cancer. *var. resolut. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 3. latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *cap.* 45. *per tot.* Rot. *decis.* 88. *num.* 20. *par.* 6. *rec.* Otthob. *decis.* 151. *num.* 1. Dunozett. iun. *decis.* 676. *num.* 13. Dunoz. sen. *decis.* 52. *num.* 14. *& decis.* 89. *num.* 7. Bich. *decis.* 402. *num.* 7. *decis.* 128. *num.* 7. *decis.* 203. *num.* 6. *& decis.* 306. *num.* 38.

2 Quæ conclusio habet locum, siue scriptura sit publica, siuè priuata, Angel. *cons.* 132. Crauett. *de antiq. temp. viso, de verb. enunc. num.* 42. Granut. *d. Theor.* 20. *num.* 10.

3 Secundo, conclusio procedit non solùm quoad dispositiua in scriptura, sed etiam quoad enunciatiua, & propter aliud

prolata, Ruin. *conf.*141.*num.*13.*lib.*3. Rota *decif.* 249. *par.*1. *in rec. num.* 6. Mohed. *decif.*1. *alias* 197. *de regularib. num.* 1. Cauaṡlerius *decif.* 26. *num.* 4. *& in Romana affecurationis dotis* 12. *Maij* 1605. *coram Marquemontio*, Adden. *ad d. decif. Greg. XV.* 238. qui licèt dicant, hanc conclusionem multos habere contradictores, ex Beroo, Felyno, & Rota *coram Caf. de Graff. decif.* 6. *num.* 2. *de fent. & re iudic.* Scac. *de iudic. d. cap.* 11. *num.* 407. addo alios, quos citat Granut. *d. theorem.*20. *num.*17. *verf. contrarium*. Non esse tamen ab ea recedendum, dicunt ibi Addent. & Scacc. *loc. cit.* & eamdem fecuta est Rota coram Dunoz. iun. *decif.* 676. *num.* 43. *coram* Bich. *decif.*203. *num.*6.

4 Tertiò habet locum, etiamquod fcriptura producta non esset folemnis, & confequenter ex defectu folemnitatum non probaret, quia nihilominus ex illius productione oritur tacita confessio Producentis omnium in eà contentorum Paris de Puteo *tract. de reaffumpt. inftrum. rubr.*30. *num.*10. Dec. *cap. cum venerabilis, conclus* 5. *num.*118. *&* 119. *de exception.* cum aliis per Scacc. *d. cap.*11. *num.*410. Surd. *decif.*267. Rota *decif.*2. *de fid. inftrum. in nou.* cum aliis Rotalibus Decifionibus adductis per Adden. *ad decif.*381. *num.* 11. Buratti, addo Granut. *d. theorem.*20. *num.*14. *&* 18. Thomat. *decif. March.*68. *num.*45.

Contrarium voluere Roman. *conf.* 294. *num.* 1. Imol. *d. cap. cum venerabilis, ad fin.* Alex. *conf.*108. *nu.*5. *lib.*7. Gram. ad Afflict. *decif.* 25. Mafcard. *de probat. conclus.* 915. *num.*7. *lib.*2. Tiraquell. qui plures *de iure conftit. limitat.*7. *num.*25. *verf. fecus*, fequitur Scacc. *d. cap.* 11. *num.* 413. addo Honded. *d. conf.* 78. *num.* 89. *lib.* 2. & hanc fequitur Rota, vt per Verall. *decif.*199. *par.*1. *& decif.*159. *num.*1. *par.*2. *diuerf. & decif.*432. *coram Greg. XV.* Adden. *ad d. decif.*238. *n.*15. *verf. prædicta conclufio*, cum aliis per Adden. *ad d. decif.*381. Buratt. Rot. *decif.* 61. *num.*20. *par.*12. *recent.* Gratian. *cap.*85. *numer.*22. cum duobus *feqq. & cap.*312. *n.*43. Marefcott. *var. lib.*1. *cap.*82. *num.*18. *&* 19. Thomat. *decif.* 99. *num.* 30. Rot. *coram Bichio*, *decif.*541. *num.*14.

Concordat Scacc. hanc opiniones, vt prior habeat locum refpectu confessionis, fecunda refpectu probationis, hoc est, quod verum sit, producentem fcripturam etiam non folemnem confiteri contenta in ea, fed ex huiufmodi confessione non parare fibi præiudicium, *vt in cap.*11. *num.*115. *verf. refpondeo non esse recedendum*, quamuis etiam ipfe teneat ex illa confessione refultare probationem contra Producentem.

Secundò has opiniones concordat Modern. *de manut. obferuat.*97. *num.*38. vt prior opinio procedat, quando fumus non folum in fimplici productione, fed in vfu, & formali approbatione, vt per Rotam *decif.* 219. *num.*5. *par.*4. *recent.*

Item quando fcriptura in fui facie non præfefert aliquem defectum, vt in *dicta decif.* 219. *num.* 5. vel si fcriptura fuerit à parte acceptata, Coccin. *decif.* 204. *num.* 7.

5 Tertiò habet locum, etiamquod fcriptura careret folemnitate contractus, vtputa quod in contractu minoris inftrumentum careret confenfu confanguineorum, vel in contractu Ecclesiæ deficeret confenfus fuperioris, Scacc. *de iudic. d. lib.* 2. *cap.*11. *nu.*417. qui reprobat Crauett. contrarium fentientem, faltem quoad præiudicium, quod refultare potest producenti ex tacita confessione.

6 Quartò habet locum, etiamquod inftrumentum feu fcriptura post productionem falfa reperiretur, quia nihilominus Producens cenfetur confiteri contenta in ea fcriptura, Scacc. *d. cap.*11. *num.*421.

7 Quinto habet locum, etiam in his, quæ faciunt contra fe Granut. *d. Theorem.* 20. *num.*1. Posth. *d. obferuat.*97. *nu.*8.

In hoc tamen distingue fecundum Rotam *decif.*320. *nu.*8. *&* 9. *par.*5. *rec.* nempè quod duo possunt confiderari in inftrumento, probatio facti, & effectus probationis, feu eius coactiua obligatio, producens ergo fcripturam confitebitur factum, fed non coactiuam obligationem facti, vt benè per Rot. *ibid.*

8 Si tamen producens fcripturam expreffe proteftetur, quod producit folum *in parte, & partibus fauorabilibus*, non cenfetur confiteri ea, quæ fibi nocent, Felyn. *in d. cap. cum venerabilis, num.*25. & ibi Dec. *num.* 99. *de except.* Mafcard. *de probat. conclus.*915. *num.*16. *in fin. lib.*2. Scacc. *dicto capitulo* 11. *nu.*429. addo Greg. XV. *decif.*432. *in fin.* Granut. *loco citato num.* 24. eo maxi-
9 mè si *per compulfum* facta esset productio, Honded. *d. conf.*78. *nu.*85. *lib.*2. Rot. *decif.* 5. *de fid. inftrum. in nou. & decif.* 334. *num.*12. *post fecundum volumen confil.* Farinac. Rot. *decif.*304. *nu.*21. *par.*5. *decif.*356. *num.*8. *par.*4. *tom.* 2. *rec.* Marchef. *de commifs. par.*1. *fol.* 816. *num.* 252. Cyriac. *controuerf.*284. *nu.*81. Dunozett. iun. *decif.*928. *num.*7. Royas *decif.*454. *num.*3. Rot. *decif.*8. *num.*14. *par.*12. *rec.* Adden. *ad d. decif.*238. *Gregor. XV. vbi post alias decifiones*, quod
10 cautela producendi *per compulfum* fuffragatur in fcripruris alienis, non autem in iuribus propriis, Verall. *decif.*193. *nu.*5. *par.*1. Gabr. *confil.*40. *num.*23. *&* 24. *lib.* 1. cum aliis per eundem Posth. *d. obferuat.*97. *num.*9. Ridolphin. *in praxi*, *par.*1. *cap.* 2. *num.* 152.
11 Productio autem *per compulfum* etiam in iuribus alienis præiudicabit, quando

12 Producens illis vſus eſt, quia tunc illicita eſt inconſtantia, niſi doceatur de errore, Menoch. *conſ. 23. num.* 1. cum aliis per Rot. *deciſ.* 88. *num.* 23. *par.* 6. *& deciſ.* 360. *num.* 5. *&* 6. *par.* 5. *rec.*

13 Nec ſuffragatur dicta cauthela, quando in ſcripturis productis fundat ſuam intentionrm, quia in illis non poteſt ſe funda-
14 re, quin teneatur etiam contra ſe approbare, Rota *Ianuen. deciſ.* 72. *num.* 4. Oſaſc. *deciſ.* 39. *num.* 39. Rota *in Ancontana computorum*, 9. *Decembris* 1616. *coram Veroſpio*, Adden. *ad d. deciſ.* 238. Gregor. *prope fin.* Rota *in Ciuitatis Caſtellanæ bonorum ſuper commun. vniuerſali, Lunæ* 26. *Ian.* 1671. *coram R.P.D. Calataiù*, §. *iſtam quoque*.

15 Sicuti pariter non habet locum, quando quis produxiſſet ſcripturam, vt eam oſtenderet erroneam, Surd. *d. deciſ.* 267. *num.* 3.

16 Nec ſimiliter quidquam operatur dicta cautela ſi compulſum non fuerit extenſum iuxta ſtylum Curiæ de quo Veſtr. *in praxi, lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 6. Poſth. *de manutent. obſeruat.* 97. *nu.* 9. & ita firmauit Rota *in alleg. Ciuitatis Caſtellanæ bonorum*, §. *iſtam quoque, coram R.P.D. Calataiù*.

17 Sextò habet locum etiamſi productio facta eſſet Parte abſente, Bartol. *l. certum*, §. *ſi quis abſens, ff. de confeſs. & in l.* 2. §. *fin. in princ. ff. de iure fiſc.* Dec. *d. c. cum venerabilis, num.* 27. *de except.* Granut. *dicto theorem.* 20. *num.* 12.

18 Septimò habet locum, etiam, quod productio facta eſſet à Procuratore, Verall. *deciſ.* 193. *num.* 3. *par.* 1. Rot. *deciſ.* 360. *nu.* 3. *par.* 5. *recent. deciſ.* 88. *num.* 1. *par.* 6. Dunozett. iun. *deciſ.* 974. *num.* 16. Rota verò *coram Dunozett. ſen. deciſ.* 303. *num.* 7. dixit in hoc caſu requiri in Procuratore mandatum ſpeciale, alias ex productione ab eodem facta non reſultare confeſſionem Principalis, ex *deciſ. in rec. par.* 2. *deciſ.* 285. *ſub num.* 4. & idem tenuit *coram Buratt. deciſ.* 294. *num.* 13. *deciſ.* 593. *ſub num.* 5. *in fine, verſ. & ad productionem, par.* 2. *rec.* Gregor. *deciſ.* 270. *num.* 8. Verum eadem Rota parum ſibi conſtans contra poſtea firmauit, ſcilicet ſufficere mandatum generale ad lites, ad hoc, vt Procurator poſſit in huiuſmodi confeſſione præiudicare principali, vt coram eodem Dunozett. ſen. *deciſ.* 171. *num.* 13. Buratt. *deciſ.* 551. *num.* 2. *&* 3. & ibi Adden. ſub *num.* 11. Poſſent tamen prædictæ *deciſ.* quæ ita ſunt inter ſe contrariæ, ad concordiam reduci diſtinguẽdo, quod vel Procurator veriſimiliter iura producta ab alio, quam à Principali habere non potuit, & tunc confeſſio tacita, quæ ex tali productione oritur, præiudicet domino, in quibus terminis procedunt *deciſ.* tertio loco allegatæ, & expreſsè dicitur *in deciſ.* 611. *coram Buratto*, aut verò Procurator veriſimiliter iura producta aliunde habere potuit, & hoc caſu procedant deciſiones primo loco allegatæ, quæ diſtinctio benè colligitur, ex *dicta deciſione* 285. *par.* 2. *recent. ſub num.* 8. *verſ. accedit* dum ibi cõſideratur, quod priuilegium productum non fuit à principali de partibus tranſmiſſum, ſed vti notorium per Procùratorem in Curia repertum, quam diſtinctionem firmarunt, Adden. ad Gregor. *deciſ.* 331. *ſub num.* 20. & Adden. ad Buratt. *deciſ.* 294. *ſub num.* 12. *littera B*,

19 In hac ergo confeſſione, quæ oritur, ex productione ſcripturæ, illicita eſt inconſtanria nec illam Producens reuocare poteſt, Felyn. *in cap. imputari, col.* 1. *verſ.* 7. & ibi declarat *de fide inſtrument.* Crauett. *de antiquit. viſo de verb. enunciat. n.* 56. Scacc. *d. cap.* 11. *num.* 132. *in corpore*, alios adducit Granut. *d. Theor.* 20. *num.* 15. Rot. *deciſ.* 231. *num.* 5. *par.* 12. *recent.*

20 Fallit in eo, qui producit inſtrumentum pacis, quia non cenſetur fateri delictum in eo contentum, latè Caball. *caſ.* 74. apud quem etiam latè de materia.

Quod dictum procedit, etiam quod Producens vellet docere de errore, quia non admittitur in hac tacita cõfeſſione incon-
21 ſtantia, & reuocatio ſub prætextu erroris Specul. & ibi Io: Andr. *in tit. de inſtrument. edit.* §. *videndum, verb. quid ſi aliquid*, Innoc. & Butr. *in cap. cum olim de cenſib.* cum aliis per Veſtr. *in praxi, lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. Adden. *ad d. deciſ.* Gregor. 238. *nu.* 15. Granut. *d. theor.* 20. *num.* 15.

Contrarium tamen, quod admittatur inconſtantia in hac confeſsione, & ea reuocari poſsit docto de errore, voluit Dec. *in dicto cap. Cum Venerabilis, num.* 104. *de except.* Crauett. *loco citato num.* 56. Gabriel. *de reg. iur. concluſ.* 1. *ampliat.* 2. *num.* 18. Pætus *in prax. Capitol. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 16. cum aliis per Scac. *d. cap.* 11. *n.* 432. vbi latè

22 Retenta hac opinione, quæ magis vera eſt, & practicanda, quam tenet Rota *deciſ.* 360. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* quia veritas non debet geſtorum errore vitiari, *l. illicitas*, §. *veritas de offic. Præſid.* Innocentius *in dicto cap. Venerabilis, verſ. item licet de except.* Baldus *conſ.* 307. *num.* 1. *lib.* 5. &
23 ſemper debet præualere opinioni, & errori, Scaccia *d. cap.* 11. *num.* 436.

24 Eam amplia, quando is, qui produxit inſtrumentum, vellet dare alium intellectum inſtrumento producto, But. *in cap. fin. num.* 13. *de confeſs.* Scacc. *d. cap.* 11. *nu.* 437. qui dicit hoc etiam procedere, ſiue conſideremus ipſam tacitam confeſsionem ſeparatam à probatione inſtrumenti, ſiue conſideremus probationem inſtrumenti de per ſe, ſiue conſideremus coniunctim, & tacitam confeſsionem, & probationem, vt *ibi per eum*.

25 Secundò amplia, vt nec possit producens declarare, se animo non confitendi produxisse, Specul. & Io. Andr. *de instrum. edit. §. videndum, vers. quid si aliquid,* Felyn. *d. cap. Imputari, col. 2. vers. 7.* Paris. *cons. 125. num. 21. lib. 1.* cum aliis per Granut. *dicto theor. 20. num. 16.*

26 Dic primò licitam esse inconstantiam, si producens vellet docere de errore per modum falsitatis probando, quod instrumentum est falsum, & ab eo ignoranter productum, Bartol. *in l. post legatum num. 3. ff. quibus vt indign.* Anton. de Butr. *cap. fin. num. 23. de confess.* Abbas *in dicto cap. Cum venerabilis num. 32. de except.* Et hoc casu reuocaretur, & tolleretur confessio,

27 etiam si fuisset expressa, vt putà si producens instrumentum expressè fassus esset, omnia in eo contenta esse vera, Abbas *d. cap. Cum venerabilis num. 23.* & ibi Dec. *num. 102.* Scacc. *dicto cap. 11. num. 444. & 445.*

28 Si verò productum esset instrumentum agnita falsitate, non posset esse inconstans, sed teneretur illi stare producens ad sui detrimentum, etiamsi à parte aduersaria fuisset impugnatum, Felynus *d. cap. Cum venerabilis lim. 9. num. 27.* Dec. *conclus. 6. num. 121. & 122. de except.* Crauett. *loco cit. num. 52.* Gabriel. *de regu. iur. conclus. 1. num. 19.* Scaccia *dicto cap. 11. num. 447.* Granut. *loco cit. num. 19.*

29 Aduerte tamen, quod ille, qui vellet docere de errore tacitæ, seu expressæ confessionis, & nollet impugnare instrumētum, non admitteretur, quia stante instrumento non potest constare de errore, Anton. de Butrio *cap. fi. num. 23. de confess.* Scacc. *loco cit. num. 450.*

30 Dic secundò licitam inconstantiam, quando scriptura producta est à Procuratore, quia tunc reuocari potest confessio etiam non docto de errore, Scacc. *dicto cap. 11. num. 451.*

31 Tertiò, licita est inconstantia, si scriptura producta nulla esset ex defectu solemnitatis, quia tum confessio ex ea resultans, etiam non docto de errore reuocari posset, Bartol. *d. l. post legatum num. 2. in fin. ff. de his, quibus, vt indignis,* Scacc. *loco citato num. 452.*

32 Quartò, licita esset inconstantia, si instrumentum esset ab aduersario impugnatum, tunc enim, quia tacita confessio, quæ resultat ex productione, vulnerata est ab impugnatione aduersarij, consequenter non est necessarium, quod tollatur probatione erroris, Scacc. *loco citato num. 453.* Granut. *loco citato num. 23.* sed de his duabus limitationibus dictum est *supra*.

33 Secundò quæro in hac materia productionis instrumenti, an qui produxit instrumentum in iudicio inconstans possit ipsam productionem reuocare?

34 Et dic, illicitam esse inconstantiam, Specul. *de instrument. edit. §. videndum restat, col. 3. vers. quid si aliquis produxit,* Guidop. *decis. 131.* bellè Roman. *cons. 433. num. 10.* Crauett. *cons. 86. num. 6. & de antiq. temp. par. 1. vers. quæritur, num. 1.* latè Boer. *decis. 252. nu. 3.* Couuar. reprobato Azone *pract. quæstionum cap. 20. num. 7.* ratio est, quia cum instrumentum, siue scriptura producta effecta sit communis, vtrique litiganti, vt notatur *in l. si veteres, C. de fid. instrument. & in l. 1. §. edenda, ff. de eden.*

35 non poterit, qui produxit, inconstans esse, & pœnitere in præiudicium aduersarij, Guidopap. *decis. 243.* Rupell. *lib. 1. forens. institut. cap. 46.* Bichius *decis. 432. num. 9.*

36 Et quamuis possit inconstans dicere se nolle vti instrumento producto, & vtilitati propriæ renunciare, non tamen eius pœ-

37 nitentia debet præiudicare aduersario, qui potest illo vti, & petere sibi exemplum eius exhiberi Couuaruuias, & alij *loc. cit.*

38 Imò nec personam Notarij, qui confecit instrumentum ab eo productum, inconstans reprobare potest, ità quod alia instrumenta contra ipsum producta respectu personæ ipsius Notarij reprobare non poterit, Baldus *l. si quis testibus, C. de testibus,* Iason *l. 1. §. editionem col. penult. vers. 3. declaratur, ff. eden.* cum aliis per Boer. *dicta decis. 252. num. 4.* Paris. *cons. 125. num. 20. vol. 1. & cons. 79. num. 3. volum. 3.* Cephal. *cons. 236. num. 1. vol. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 915. num. 3.* Granut. *loco citato num. 20.*

39 Quæ conclusio etiam procedit non solùm in productione reali, sed etiam in verbali ad tradit. per Crauettam *loco cit. num. 5.*

40 Contrarium, quod in productione verbali licita sit inconstantia, voluit Baldus *cons. 110. lib. 1. circa finem,* non enim dicitur instrumentum productum, quod verbaliter tantùm producitur, Crauetta *loco citato nu. 4.* Imò nec tenetur verbaliter producens edere realiter instrumentum,

41 nisi essemus in scripturis communibus, vel in libris alicuius administrationis, vt ex Crauetta, & Borgnin. voluit Costa *re integra, distinct. 71. num. 2.* Non est rece-

42 dendum ab hac opinione, quæ deseruit pro priori limitatione, quia verbalis productio non nocet, Costa *loco citato num. 2.* Gregor. XV. *decis. 432. num. 6.*

43 Secundò, limita, & dic licitam esse inconstantiam, quando erroneè productum esset instrumentum, & probatus esset error, Crauett. *loco cit. num. 1.*

44 Tertiò, limita, quando instrumentum esset à parte impugnatum, quia tunc lici-

ta esset inconstantia, & productionis reuocatio, Innocent. *in cap. mulieri, de iureiur.* & ibi Felyn. cum alijs per Boer. *d. dec.* 252. *num.* 4. sequitur Mascard. *dicta conclus.* 915. *num.* 4.

45 Quartò limita, si adhuc esset res integra, quia tunc daretur inconstantia in instrumento producto, Romanus *d. cons.* 433. *argumento, l. si aduersarius,* quam dicit Boer. *singularem, C. de fid. instrument. dicta decis.* 252. *num.* 4. *vers.* 2. *limita,* Iason *l.* 1. §. *editiones, num.* 20. *ff. de eden.* Addent. *ad dictum cons. Roman.* 433. *littera I,* Costa *d. distinct.* 71. *num.* 8. Mascard. *d. concl.* 915. *num.* 5. Granut. *loco citato num.* 5. *vers. sed*

46 *re existente integra,* tunc autem esset res integra, si pars citata non esset *ad dicendum contra,* tunc enim per citationem illa iura

47 effecta essent communia, Put. *decis.* 262. *lib.* 2. *in correctis,* Carthar. *decis. Ianuen. execut. decis.* 106. *num.* 15.

48 Tertiò quæro, an producens instrumentum possit inconstans illud impugnare? Et dic illicitam esse inconstantiam, Bartol. *in l. post legatum num.* 4. *ff. quibus, vt indignis,* Bald. *l.* 2. *ad finem, C. fideicommiss. libert. & in l. cum precum, C. de l. liber. caus. & in l. vlt. C. eden. & in l. aliæ, C. ijs, quibus, vt indignis,* Gloss. ordin. *in cap. Præsertim, de testibus,* Iason *in l.* 1. §. *editiones, ff. eden. nu.* 14. Osaschus *decis.* 39. *num.* 26. *& decis.* 71. *numer.* 61. Becc. *cons.* 3. *numer.* 39. *lib.* 1. Rota *decis.* 157. *num.* 4. *par.* 3. *decis.* 24. *num.* 38. *par.* 10. *& decis.* 151. *num.* 12. *par.* 11. *recent.*

49 Quemadmodum dicimus de producente testem, qui demum non potest personam illius impugnare, etiam quod producatur in illa causa ab alia persona, Glos. *l. si quis test. C. de testibus,* Iason *post* Specul. *d. l.* 1. §. 1. *num.* 15.

50 Et de approbante aliquem in vno officio, quod non possit inconstans demum illum reprobare in officio consimili, Innocentius *in dicto cap. Cum venerabilis, de except. cap. Accepimus,* & ibi *not. de ætat. & qualit.* & post Anton. de Butr. idem Iason *loco cit. num.* 16.

51 Ità etiam è contrario si quis impugnauit instrumenta producta, non potest postea inconstans illis se iuuare, *cap. Ex eo, de reg. iur. in* 6. *cap. Cum olim,* vbi Abbas 6. *not. de censib.* Honded. *d. cons.* 78. *num.* 98. *lib.* 2. Surd. *cons.* 136. *num.* 29. *&* 30. Rota *decis.* 623. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. num.* 7.

52 Eò magis si impugnatio traxit secum executionem, quia tunc amplius impugnari non potest, Bart. *l. Pomponius nu.* 11. *de neg. gest.* facit Text. *in l. bonorum, ff. rem ratam haber.* Soccin. *cons.* 16. *num.* 15. *vol.* 4. Surdus *cons.* 139. *num.* 37. *vers. dicit item Bartolus,* Rota *dicta decis.* 623. *num.* 8. vbi quod postquam pars iura, & instrumenta producta impugnauit, non potest vti illis iuribus, sed eget noua iurium productione.

53 Quod non procedit, si lis erat super illa impugnatione, tunc enim potest impugnans iuuari actu impugnato propter dubium litis euentum, Felyn. *in cap. Capitulum num.* 9. *limit.* 1. *de rescript.* Ruin. *cons.* 21. *num.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 135. *num.* 6. *lib.* 4. Caualer. *decis.* 237. *num.* 2.

54 Sed hoc dictum non placet Gabriellio *dicta conclus.* 1. *de reg. iur. num.* 42. *&* 43. semper enim dicit sibi duram visam fuisse hanc opinionem destructiuam ipsius regulæ, & contrariam tenet Butr. *in cap. Cum olim col.* 8. *de censib.* Bellamer. *decis.* 554. per eam rationem, quia contraria allegans non est audiendus, finita autem lite, & si impugnans super impugnatione obtinuit,

55 non potest amplius inconstans in ea se fundare, *ex regul. Text. in l. Papinianus,* §. *si ex causa, ff. de inofficios. testam.* & notant ibi Doctores, *& in cap. Capitulum, de rescript.* Gabriel. *de regul. iur. d. conclus.* 1. *num.* 44. Seraphin. *decis.* 260. *num.* 5. *& decis.* 964. *num.* 6. *relati à decis.* 223. *num.* 19. *par.* 7. *in recent.*

56 Secundò non procedit in instrumento falso scienter à parte producto, licèt enim pars illud impugnet de falso, & probet falsitatem, adhuc potest adhærere tacitæ confessioni aduersarij resultanti ex illius productione, Felyn. *in dicto cap. Cum venerabilis, limit.* 3. *num.* 27. Dec. *conclus.* 6. *num.* 121. *&* 122. *de except.* cum alijs adductis à Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 447. *& num.* 476.

57 An autem producens falsam scripturam possit pœnitentia ductus ea non vti, & à productione desistere? dicemus in ea quæstione, quando inconstantia, & pœnitentia in delictis suffragetur; tu vide interim latè adducta à Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 511. Farinacc. *quæst.* 159. *à num.* 25.

58 Tertiò, non habet locum, quando actus impugnatus non habet connexitatem cum actu producto, quia tunc potest impugnans vti actu illo producto, Decius *l. cum proponas la seconda, C. de pactis,* Butr. *d. cap. Cum olim, num.* 4. *de censib.* Gabriel. *d. conclus.* 1. qui alios *num.* 35. Scaccia *dicto cap.* 11. *num.* 476.

59 Quartò, non habet locum, quando est impugnata qualitas facti, quia nihilominus potest se fundare super facto, Decius *cons.* 317. Gabriel. *dicta conclus. num.* 36. Scacc. *d. cap.* 11. *num.* 477.

60 Quintò, non habet locum, quando ignoranter impugnasset, quia tunc potest inconstans in actu sic impugnato se fundare, Butr. *in dicto cap. Cum olim, nu.* 8. *de censibus,* Scaccia *d. cap.* 11. *num.* 478.

61 Sextò, non habet locum, si impugnans

actum ab impugnatione inconstans desistat, Innocentius *in dicto cap. Cum olim, de censibus col. 1. in fin. vers. si autem ante sententiam*, & ibi Butr. *col. 8.* vbi quod desistentia debet fieri ante conclusum in cau-
62 sa, Bellamer. *decis. 537. in fin.* Rota *in antiq. decis. 507.* cum alijs per Gabriel. *dicta conclus. 1. num. 50. & 51.*

Sed quod satis sit, quod inconstans desistat ante sententiam, Surd. *dicto cons. 136. num. 3.* Barbosa *axiom. 31. num. 1.*

63 Septimò, non habet locum, si impugnans in impugnatione succubuisset, Innocentius *d. cap. Cum olim*, & ibi Butrius, qui ampliat, siue in eadem instantia, siue in alia inter easdem personas quis velit in dicta impugnatione se fundare, cuius contrarium tenet Gratianus *discept. 287. num. 20.* cum alijs per Gabriel. *d. concl. 1. num. 52.* qui de mente Angeli *in l. qui Romæ, §. Seia, ff. verb. oblig.* declarat procedere, quando impugnans agit de damno euitando, secus de lucro captando; & *num. 54.* declarat procedere in contractibus, secus verò in vltimis voluntatibus, vbi quis dixerit falsum, vel inofficiosum testamentum, quia licèt succubuerit, non potest amplius in eo se fundare, secus verò, si dixerit tantummodo nullum, quia si succubuit, potest in eo se fundare iuxta Textum *in l. post legatum, ff. quibus, vt indignis.*

64 Octauò, non habet locum, quando illud, quod facit pro impugnante, est connexum cum eo, quod facit pro producente; Nam si instrumentum, quod ego impugnaui, contineat, quod debeam centum Titio sub conditione, impugnatio mea non facit, quin tenear Titio purè, Innocentius, Abb. Butr. & alij allegati à Gabriel. *d. conclus. 1. num. 60.*

65 Nonò, non habet locum, quando quis non impugnat instrumentum, sed solemnitates instrumenti, nam potest se fundare in eo instrumento, Innocentius, & Butr. à Gabriel. *d. conclus. 1. num. 62. & 63.*

66 Decimò, non habet locum, quando impugnatio non est à parte acceptata, Ruin. *cons. 21. vol. 1. & cons. 135. vol. 4.* Gabriel. *num. 65.*

QVÆSTIO XXVII.

ARGVMENTVM.

An detur inconstantia in confessione emissa in precibus, itaut porrigens eam reuocare possit

SVMMARIVM.

1 *Preces porrigens censetur fateri omnia in illis contenta.*
2 *Confessio emissa in precibus plenè probat contra porrigentem.*
3 *Quid de confessione emissa in commissione.*
4 *Intrusum in precibus, seu commissione asserens aduersarium suum, sibi præiudicat circa possessionem.*
5 *Intrusum asserens aduersarium suum habet præsumptionem iuris contra se.*
6 *Possessio qualibet præsumitur iusta.*
7 *Confessio emissa in precibus an probet contra porrigentem, quando rescriptum est nullum, vel subreptitium.*
8 *Confessio emissa in precibus probat contra porrigentem, quamuis contra preces, & rescriptum sit lata sententia.*
9 *Quid quoad enunciata, & narrata.*
10 *Quid si porrigens narraret verba partis contrariæ.*
11 *Vel vbi non constet, quod preces ab eo, vel eius nomine sint porrectæ.*
12 *Confessio emissa in commissione non præiudicat impetranti, nisi commissio sit in actis præsentata.*
13 *Confessio emissa in precibus præiudicat confitenti, quando potest argui, quod preces eius nomine porrectæ fuerint, quamuis ipse non porrexerit.*
14 *Preces porrectæ præsumuntur à parte interueniente impensa, vel earum vsu.*
15 *Confessio emissa in precibus per partem impugnata non præiudicat porrigenti.*
16 *Delictum an fateatur supplicans Principi pro venia.*
17 *Excommunicatum an se fateatur, qui petit absolutionem.*
18 *Preces porrigens confessionem in illis emissam non potest inconstans reuocare.*
19 *Quid in eius hæredibus.*
20 *Vel vbi rescriptum esset nullum, vel subreptitium.*
21 *Confessio emissa in precibus reuocari non potest, neque per minorem in beneficialibus.*
22 *Quid si rescriptum esset productum in parte, & partibus.*
23 *Protestatio* in parte, & partibus, *apposita in productione iurium nil releuat, quando iura sunt confecta cum producente.*
24 *Verba narratiua in precibus apposita possunt reuocari.*
25 *Quid si sunt ad illum actum necessaria.*

Confessio

26 *Confessio emissa in precibus, & à parte non acceptata potest reuocari.*
27 *Quid si sit acceptata.*
28 *Confessio per errorem in precibus emissa potest reuocari.*
29 *Error confessionis in precibus missæ probari debet apertissimè, & per testes omni exceptione maiores.*

1 FATENTVR omnes absque controuersia, quod porrigens preces, confitetur omnia in eis contenta, *l. cum precum, C. liber. caus.* Imol. *in cap. Si cautio num.* 17. *de fid. instrum.* Soccin. *in cap. fin. num.* 65. *de libell. oblat.* Mascard. *de probat.*
2 *conclus. mihi* 368. *num.* 21. Et contra ipsum confitentem plenè probare dicit Dec. *cons.* 534. *num.* 2. Gratian. *discept.* 502. *n.* 5. & 7. Rota *decis.* 802. *num.* 1. *par.* 1. & *decis.* 266. *num.* 4. *par.* 2. *diuers.* Greg. XV. *decis.* 200. *num.* 2. vbi de confessione facta in
3 commissione, quod idem repetit *in decis.* 555. *num.* 9. Rota *in plurib. decis. relatis* à Posthio *de manut. obseruat.* 19. *num.* 4. & in calce operis per eum registratis.
4 In tantum quod si porrigens preces, vel obtinens commissionem à Principe narraret, Aduersarium intrusum in possessione, reijcitur illa qualitas intrusionis, & sibi præiudicat respectu possessionis,
5 cum habeat præsumptionem iuris contra se, cum quælibet possessio iusta præsuma-
6 tur, Giouagn. *cons.* 8. *num.* 145. *lib.* 1. Rota *in plurib. decis. relatis* à Posthio *dicta obseruat.* 19. *num.* 20. & 21. quas satis hic indicasse: benè Adden. *ad dict. decis.* 200. Gregorij XV. *num.* 5.
7 Secundò procedit, etiamquod rescriptum sit reprobatum, & subreptitium, Capic. *decis.* 71. Cassan. *cons.* 47. *nu.* 3. Gabr. *de confess. conclus.* 4. *num.* 2. & 3. Mascard. *de probat. conclus. mihi* 363. *num.* 2. Osasc. *decis.* 138. *num.* 1. Grat. *discept.* 586. *num.* 41. & 857. *num.* 1. Quamuis in rescripto subreptitio contrarium sentiant Aretin. & Franc. ab eodem Gabr. *allegat.*
8 Tertiò procedit, etiamquod contra preces, & rescriptum esset lata sententia, Io. Andr. *in cap. cum in posit. de iureiur. in* 6. Capic. *d. decis.* 71. Mascard. *loc. cit. nu.* 3.
9 Quartò procedit, etiamquod verba essent enunciatiua, vel narratiua, Soccin. *cons.* 41. *col. penult. vol.* 1. Capic. *d. decis.* 71. Gabr. *d. conclus.* 4. *num.* 5. Mascard. *d. conclus.* 368. *num.* 3. Ratio est, quia cum in simplici libello verba instrumenti sint necessaria, dicuntur dispositiua, Dec. *l.* 2. *C. instit. & substit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 176. *num.* 34.
10 Si tamen porrigens preces narraret in eis verba Partis contrariæ non videretur illa fateri, Alex. *cons.* 49 *nu.* 10. *vol.* 7. Dec. *in cap. iurauit in princip. de probat.* Purpur.

l. edita num. 58. *C. eden.* Mascard. *d. conclus. num.* 18. Gabr. *d. concl.* 4. *num.* 27.
11 Nec si ab eo, vel eius nomine non sint scriptæ, & porrectæ, Mascard. *loc. cit. n.* 21. Rota *decis.* 55. *num.* 3. *post* 1. *vol. cons. Farin.* & *decis.* 89. *num.* 4. *post* 2. *vol. eiusdem Farin.*
12 vbi loquitur de confessione facta in commissione, quæ nec etiam nocet, si in actis non sit præsentata, vt per Rot. *d. decis.* 89. *num.* 4. Posth. *d. obseru.* 19. *num.* 47. qui loquitur de precibus.
13 Aduerte tamen, quod non requiritur, quod preces porrectæ Principi sint subscriptæ à Parte ad hunc effectum, sed sufficit, quod ex illis possit argui nomine ipsius esse porrectas, Rota *decis.* 277. *num.* 4. *post d. vol. cons. Farinac.* quemadmodum
14 etiam præsumuntur à parte porrectæ, si interuenerit impensa, vel si illis vsus sit, Rota *dicta decis.* 55. *num.* 3. *post* 1. *vol. cons. Farinac.*
15 Nec confessio facta in precibus nocet, quando est impugnata à Parte, vel in illis contenta sint negata, Gabr. *d. concl.* 4. *n.* 28. & 29. Mascard. *d. conclus.* 368. *num.* 19. Rota *decis.* 108. *num.* 10. *par.* 5. *recent.*
16 An autem supplicans Principi, & petens veniam de delicto censeatur fateri delictum. Vide omninò tradita à Farin. *de inquisit. quæst.* 5. *num.* 25. & *cons.* 127. *n.* 8. *vol.* 2. & *cons.* 121. *num.* 5. *eodem vol.* Quem-
17 admodum, an petens absolutionem ab excommunicatione censeatur se fateri excommunicatum? vide citatos ab eodem Farin. *d. q.* 5. *num.* 26.
18 Dic ergo in confessione facta in precibus, illicitam esse inconstantiam, cum illa sit omnino irreuocabilis, *cap. cum in position. de iur. iur. lib.* 6. Caputaq. *dec.* 208. *par.* 2. *num.* 3. Bart. *in l. Centum, §. si qui absenti, ff. de confess.* Abb. *in cap. ex parte n.* 15. & ibi Butr. *num.* 12. *de confess.* Bald. *in l. si magnam num.* 4. *C. de his, qui accus. non poss.* Rota *decis.* 57. *num.* 44. *par.* 7. *rec.* & *dec.* 94. *num.* 25. *eadem par.*
19 Amplia, vt nec possit reuocari ab hærede, Crauet. *cons.* 29. *num.* 1. Rolan. *consil.* 82. *num.* 40. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 50. *num.* 13. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 586. *num.* 42.
20 Amplia secundò, etiamquod rescriptum esset subreptitium, & nullum, per ea, quæ dicta sunt à Gratiano *discept.* 734. *num.* 45. & 857. *num.* 1.
21 Amplia tertiò, etiam quod esset facta per minorem in beneficialibus, Gratian. *d. discept.* 789. *num.* 4.
22 Amplia quartò, etiamquod rescriptum esset productum *in parte, & partibus*, Osasc. *decis.* 38. *num.* 26. Gratian. *d. discept.* 734. *num.* 45. & *discept.* 654. *num.* 13. vbi quod
23 talis protestatio non releuat, maximè si iura, quæ producuntur sunt confusa cum producente, Felyn. *cap.* 1. *num.* 9. *de probat.*

Gratian. *d. discept.* 654. *num.* 14.

24 Dic tamen primò, licitam esse inconstantiam circa verba narratiua ipsarum precum quia illa possunt reuocari, Bart. *in l. qui familiæ, ff. fam. hercisc. & in l. prædia, C. de præd. min.* Alex. *l. edit. C. eden.* Socc. *in cap. fin. col.* 14. 6. *effectu de libelli oblat.* cum aliis per Gabr. *d. conclus.* 4. *num.* 15. Mascard. *d. conclus.* 368. *num.* 10. Quod tamen dictum limita non habere locum,

25 quando verba enunciatiua essent necessaria in actu, de quo agitur Dec. *l.* 2. *num.* 8. *C. de instit. & substit.* Gabr. *d. conclus.* 4. *numero* 16. Mascard. *d. conclus.* 368. *num.* 20. *vers. declara.*

26 Secundò dic licitam esse inconstantiam si confessio facta in precibus non sit à parte acceptata, quia tunc potest reuocari, Ias. *cons.* 21. *vol.* 3. Purpur. *d. l. edita num.* 58. *C. eden.* Paris. *cons.* 115. *numero* 31. *vol.* 1 cum alijs per Gabriellem *d. concl.* 4. *num.* 18. Mascard. *d. conclus.* 368. *num.* 12.

27 Si autem acceptata sit, non datur amplius inconstantia, nec reuocatio propter ius quæsitum parti, Ias. *d. cons.* 21. *num.* 2. *vol.* 3. Alex. *cons.* 92. *num.* 6. *lib.* 5. Gratian. *discept.* 789. *num.* 2.

28 Dic tertiò, licitam esse inconstantiam, si erronea sit confessio, *l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. l. non fatetur, ff. de confess.* Ancharan. *cons.* 291. *num.* 3. Mantic. *decis.* 191. *num.* 3. Gregor. XV. *decis.* 125. *nu.* 10. *& decis.* 522. *num.* 14. relata per Rotam *decis.* 159. *num.* 19. *par.* 5. *rec.* Menoch. *dicto casu* 176. *num.* 34. *vers. respondeo itaque.*

29 Aduertendum tamen, quod error debet probari per probationes apertissimas, & claras, & per testes omni exceptione maiores, Decius *cons.* 105. *num.* 4. Crauett. *cons.* 75. *num.* 34. *&* 56. *num.* 3. cum aliis per Gratian. *dicta discept.* 789. *num.* 5. 6. *&* 7.

QVÆSTIO XXVIII.

ARGVMENTVM.

Vtrum confessio facta in libello possit à confitente reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Libellum offerens videtur fateri omnia in illo contenta.*

2 *Non solùm in dispositiuis, sed etiam in narratiuis, & enunciatiuis.*

3 *Confessio emissa in libello etiam absente parte probat contra confitentem.*

4 *Confessio emissa in libello probat contra confitentem, quoad enunciata, & narrata, post litem contestatam, non autem ante illius contestationem.*

5 *Quid si libellans fateretur verba partis aduersæ.*

6 *Quid si libellus non sit scriptus manu producentis.*

7 *Vel quando fuit productus cum protestatione quod producens velit eo iuuari* in parte, & partibus.

8 *Confessio emissa in libello est irreuocabilis.*

9 *Quid quoad enunciata, seu narrata, & num. seq.*

11 *Confessio erronea in libello emissa reuocari potest quandocunque, tam quoad dispositiua, quàm quoad narratiua, & enunciatiua.*

12 *Confessio emissa in libello, & à parte non acceptata potest reuocari.*

13 *Quid vbi tractatur de damno vitando.*

14 *Vel quando libellus fuit productus cum protestatione de vtendo illo* in parte, & partibus.

1 PRÆMITTENDVM, quod qui offert libellum, videtur fateri in libello contenta, *l. cum precum, C. liberali causa,* Soccin. *in cap. significantibus, num.* 120. *vers.* 2. *quia agens, de libelli oblat.* Bart. *in l. centum, §. si quis absente, ff. de confess.* Io. de Imola *in cap. Si cautio, de fid. instrument.* cum aliis per eundem Soccinum *in cap. Dilecti filij, num.* 63. *de for. compet.* Dec. *in cap. Cum venerabilis, num.* 91. *de except.* Roman. *cons* 23. *num.* 1. Alex. *cons.* 78. *num.* 1. *vol.* 7. Soccin. *cons.* 244. *num.* 11. *vol.* 2. Parisius *cons.* 115. *vol.* 1. *& cons.* 24. *vol.* 3. *num.* 10. Crauetta *cons.* 201. *num.* 5. Alciatus Paradox. *lib.* 5. *cap.* 5. Osaschus *decis.* 138. *num.* 3. *&* 13. Rota *decis.* 1160. *num.* 8. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* Borell. *in Summ. decis. tit.* 49. *nu.* 164. Rota *decis.* 72. *num.* 1. *par.* 10. *recent.*

2 Quæ conclusio habet locum non solùm in dispositiuis, sed etiam in narratiuis, & enunciatiuis, bonus Textus *in l. qui familiæ,* & ibi Bart. *ff. fam. Hercisc.* Marian. Soccin. *in dicto cap. Dilecti filij, num.* 63. *de libell. oblat.* Gabriel. *de confess. d. conclus.* 4. *nu.* 7.

3 vbi dicit, quod hæc confessio nocet, quamuis facta sit absente parte, Mascardus *dicta conclus.* 368. *num.* 4.

4 Dummodo tamen lis sit contestata, nam ante litem contestatam non videtur quis in libello fateri verba enunciatiua, & narratiua, Iason *in §. siu minus Institut. de*

action. Soccinus *conf.* 244. *num.* 11. *verf. præterea, vol.* 2. & prius *conf.* 41. *num.* 13. *vol.* 1. cum aliis per Gabriel. *d. concluf.* 4. *num.* 9. Mafcard. *dicta concluf.* 368. *num.* 4. *verf. intellige.*

5 Et libellans non narraret verba partis aduerfæ, quia illa non videtur fateri, Alex. *conf.* 49. *col.* 3. *volum.* 7. Dec. *in cap. Iurauit, in principio, de probation.* cum aliis per Gabriel. *d. concluf.* 4. *num.* 27. Mafcard. *d. concluf.* 368. *num.* 18.

6 Secundò, habet locum etiam quod libellus non effet fcriptus manu producentis, vt contra Bartolum *in l. cum precum,* tenet Imola *in cap. Si cautio, de fid. inftrum.* Bellencin. *in repet. d. cap. num.* 59. Marian. Soccin. *d. cap. Dilecti filij nu.* 63. *verf. tertio verò cafu, verb. aduerte tamen,* Gabriel. *dicta concluf.* 4. *num.* 30. Mafcard. *d. concl.* 368. *num.* 20. *verf. contrarium.*

7 At non procederet regula, fi producens libellum produceret cum proteftatione folita, quod volebat iuuari *in parte, & partibus,* Iafon *in* §. *item fi poftulante nu.* 21. *de action.* Alberic. *in l.* 1. §. *editiones, nu.* 13. *ff. de eden.* Felynus *in cap. Imputari, de fid. inftrument. & in cap. Venerabilis, num.* 23. *de de except.* Soccin. *conf.* 36. *col. fin. volum.* 4. Gabriel. *d. concluf.* 4. *num.* 31. Mafcardus *d. concluf.* 368. *num.* 22.

8 Hifce fic firmatis dic, confefsionem in libello factam effe irreuocabilem, & propterea non dari hoc cafu inconftantiam, Alex. *in l. edit. num.* 2. *C. eden.* & ibi Bartholomæus Soccinus *num.* 6. Iafon *num.* 6. Alciat *num.* 53. Purpurat. *num.* 50. cum aliis relatis à Gilkenio *in dicta l. edita, nu.* 24. *verf. dicta declaratio eft.*

9 Quod tamen intellige, quando confefsio confiftit in verbis difpofitiuis, fecus in verbis enunciatiuis, vel narratiuis, tunc
10 enim licita erit reuocatio, & inconftantia ante litem conteftatam, Alex. *d. l. edita, num.* 4. Purpurat. *num.* 58. Iafon *num.* 7. Gilkenius aliis relatis *num.* 25. Gabriel. *dicto concluf.* 4. *num.* 7. 8. & 9. Mafcardus *de probat. d. concluf.* 368. *num.* 10.

Quamuis Menochius *de arbitrarijs, dicto cafu* 176. *num.* 34. dicat confefsionem factam in narratiua libelli abfolutè reuocari non poffe, nifi æquum videatur Iudici, hoc eft cum fubeft error, vel aliqua alia iufta caufa, fi verò verba narratiua, vel enunciatiua effent neceffaria in actu, de quo agitur, non daretur reuocatio confefsionis etiam ante litem conteftatam, Decius *l.* 2. *num.* 8. *C. inftitut. & fubftitut.* Gabriel. *d. concluf.* 4. *num.* 16. Mafcardus *d. concluf.* 368. *num.* 10. *verf. declara.*

11 Secundò, non procedit regula, quando illa confefsio, fiue in narratiuis, fiue in difpofitiuis erronea appareret, quia quandocunque reuocari poteft, Alexand. *dicta l. edita, num.* 2. Purpuratus *num.* 58. Gilkenius *num.* 26. Menochius *d. caf.* 176. *num.* 34. Gabriel. *dicta concluf.* 4. *num.* 12. Mafcardus *d. concluf.* 368. *num.* 7.

12 Tertiò, non procedit conclufio, quando confefsio non fuiffet à parte acceptata, Iafon *conf.* 241. *num.* 13. *vol.* 3. Purpuratus *dicta l. edita, num.* 58. *C. eden.* Mafcardus *dicta concluf.* 368. *num.* 12. Gabriel. *dicta concluf.* 4. *num.* 18.

13 Quartò, non procedit, quando tractatur de damno vitando, nam tunc confefsio in libello facta poteft reuocari, Iafon *dicto conf.* 241. *num.* 2. *volum.* 3. Gabriel. *dicta concluf.* 4. *num.* 19. Mafcardus *dicta concluf.* 368. *num.* 13.

Quintò, non procedit, quando productioni libelli addita effet proteftatio, quod
14 de eo volebat iuuari *in parte, & partibus,* Iafon *in* §. *item fi poftulante num.* 21. *inftitut. de action.* cum aliis per Gabriel. *d. concluf.* 4. *numer.* 31. Mafcardus *dicta concluf.* 368. *num.* 22.

QVÆSTIO XXIX.

ARGVMENTVM.

An refpondens interrogationibus poffit effe inconftans, & refponfionem reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Interrogans non fatetur, quæ interrogando proponit.*
2 *Quid fi interrogatio fiat affirmatiuè, itaut contineat in fe aliquam affertionem.*
3 *Interrogatus refpondens non poteft confefsionem fuam reuocare.*
4 *Interrogatus per refponfionem obligatur parti quafi contractu.*
5 *Maximè fi fuit fibi datus terminus ad deliberandum.*
6 *Quid fi refpondens non fit Principalis, fed Procurator, Tutor, vel Curator, &c.*
7 *Interrogatus eò minus poteft reuocare confefsionem emiffam in refponfione, quando fuit datus, & lapfus terminus ad reuocandam refponfionem.*

8 *Quid si responsio fuerit geminata, & ex interuallo.*
9 *Sit iurata.*
10 *Post conclusum in causa.*
11 *Si præcesserit instrumentum.*
12 *Vel præceptum de soluendo.*
13 *Si responsio fuerit à parte acceptata.*
14 *Interrogatus incontinenti potest suam confessionem reuocare.*

1 LOQVOR de respondente, cum certum sit, interrogantem non fateri ea, quæ interroganda proponit, Bartol. *l. 1. num. 6. ff. de interrogat. act. l. 2. §. quod obseruari, num. 19. C. de iureiurand. propter calumn.* Rota *decis. 3. alias 31. nu. 1. de sequestr. possess. in nouis*, cum alijs per Scacciam *de Iudic. lib. 2. cap. 7. num.* 466. Franc. *decis. 220. num. 9. par. 1.*

2 Nisi interrogatio fiat affirmatiuè, itaut contineat in se aliquam assertionem, Scacc. *loco citato num.* 468. Michalorus *de posit. cap. 3. num. 19.*

3 Dic in hac confessione, illicitam esse inconstantiam, neque posse sic respondentem suam confessionem reuocare, *l. de ætate, §. qui interrogatus, ff de interrog. act.* Cauagnol. *de decret. Montisferrati, §. 3. rubr. de posit. num. 3.* Oliban. *de actionibus, par. 2. lib. 1. cap. 44. num.* 20. Ratio est,
4 quia, vt inquit Vlpianus *in d. §. qui interrogatus*, ille, qui respondit, quasi ex contractu obligatur ei, qui interrogat, Cauag. *loco cit. num.* 55. Oliban. *loco cit.* Michalor. *de posit. d. cap. 3. num. 38.*

5 Quod multò magis procedit, si respondenti fuerit datus terminus *ad deliberandum*, Prax. Papien. *in form. libell. interrogat. verb. compellatis, num.* 12. Bertrandus *cons. 346. num. 10. & cons. 391. in principio, & in l. si verò, §. de vsu, ff. solut. matrim. num.* 58. Aluarott. *si de feud. fuer. controuers. cap. Vassallus, num.* 11. Gabriel. *de confess. conclus. 6. num.* 5. Cumia *in Ritu Siciliæ, cap.* 37. 100. & 101. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap. 73. lib. 1. num.* 25.

6 Nisi respondens sit Procurator, Tutor, Curator, vel similis persona, quæ non sit Principalis, Papien. *loco citato*, Carpanus *loco citato num.* 26.

7 Secundò, multò magis cessat inconstantia, si datus sit terminus respondenti ad reuocandum, & lapsus fuerit, Cum. *loco citato num.* 101. Carpan. *loco citato num.* 28.

8 Tertiò, tantò magis cessat inconstantia, si responsio fuerit geminata, & ex interuallo, Roman. *cons. 36. num.* 10. Cumia *loco citato num.* 102. & 103. Carpan. *loco citato num.* 28.

9 Quartò, multò magis cessare debet inconstantia, si responsio sit iurata, Cumia *loco citato num.* 104. Carpanus *loco citato num.* 29.

10 Quintò, multò magis cessat inconstantia post conclusum in causa, Cumia *loco cit. num.* 105. Carpan. *loco cit. num.* 32.

11 Sextò, cessabit multò magis inconstantia, si præcesserit instrumentum, Cumia *loco citato num.* 106. Carpanus *loco citato num.* 33.

12 Septimò, cessabit tantò magis inconstantia, si præcesserit præceptum de soluendo, Cotta *in memor. in verb. Confessio potest, vers. 2. prædicta*, Carpanus *loco cit. num.* 34.

13 Octauò, tantò magis cessabit inconstantia, si confessio fuerit à parte acceptata, Cotta *loco citato*, Cumia *loco citato num.* 108. Gabriel. *d. conclus. 6. num. 12. de confess.* Carpan. *loco cit. num.* 35.

14 Dic tamen licitam esse inconstantiam, si respondens incontinenti suam responsionem reuocaret, Gloss. *in cap. vltim. in verb. iusta, de iureiurand. in 6.* Bald. *in repetit. Paduan.* cum alijs, &c. & in hac confessione remitto te ad ea, quæ dicta sunt circa inconstantiam in responsione ad positiones.

QVÆSTIO XXX.

ARGVMENTVM.

Vtrum confessio facta in iudicio criminali reuocari possit. Et quid de confessione emissa in tortura.

SVMMARIVM.

1 *Confessio emissa in iudicio criminali, an, & quando reuocari possit remissiuè.*
2 *Regulariter est irreuocabilis.*
3 *Confessi in criminalibus habentur pro iudicatis.*
4 *Confessio erronea in criminalibus potest reuocari docto de errore.*
5 *Reus in criminalibus potest reuocare suam confessionem incontinenti, & quando dicatur illam incontinenti reuocare.*
6 *Quid si confessio sit iurata.*
7 *Confessio in iudicio criminali ferè semper solet esse iurata.*
8 *Reus an, & quando possit reuocare confessionem*

an possit per Iudicem competentem cogi ad perseuerandum in eadem confessione, vel possit illam reuocare, & num. 65.

61 *Homicidium confessus coram Iudice habente modicam iurisdictionem remissus ad Iudicem ordinarium, potest ab eo cogi ad perseuerandum in eadem confessione.*

62 *Et an possit ex eadem confessione condemnari.*

63 *Delictum capitale confessus coram Episcopo, an, & quando possit ex ea confessione in pœnam vltimi supplicij condemnari.*

64 *Episcopus condemnare non potest reos in pœnam sanguinis.*

65 *Papa potest iubere Episcopo, vt reum confessum coram eo delictum capitale, tradat Curiæ seculari, quæ ad vltimum supplicium procedat.*

66 *Confessio in criminalibus reuocari non potest ex capite erroris eo allegato, nisi etiam probetur.*

67 *Confessio in dubio præsumitur vera, & non erronea.*

68 *Aduocatus in criminalibus monetur ne citet ad dicendum contra articulos ad probandum errorem, neue illos exhibeat, nisi prius reus confessionem reuocauerit, & declarauerit velle probare errorem.*

69 *Error quomodo probetur, & an probanda sit erroris causa remissiuè.*

70 *Metus cadens inconstantem virum, & vestitus aliqua ratione probabili, est iusta causa reuocandi confessionem in criminalibus.*

71 *Ignorantia rusticitatis est iusta causa reuocandi confessionem in criminalibus.*

72 *Quid in facto proprio.*

73 *Obliuio est iusta causa reuocandi confessionem in criminalibus.*

74 *Obliuio æquiparatur ignorantiæ.*

75 *Ira est iusta causa reuocandi confessionem in criminalibus.*

76 *Ira impedit animum ne quis verum dicere possit.*

77 *Persuasiones, blanditiæ, suggestiones, impunitas promissa, tædium caueris, & vitæ sunt iustæ causæ reuocandi confessionem in criminalibus.*

78 *Causæ reuocandi confessionem in criminalibus, & monitio Aduocati pro illis deducendis remissiuè.*

1 LATISSIMA est hæc materia, quam tractant Criminalistæ, quos in vnū congessit, Farin. *de Reo confesso, & conuicto, qu.* 81. *num.* 315. post eum Cabal. *resolut.* 186. *per tot.* Guazzin. *ad defensam, defens.* 32. *cap.* 10. *per tot.* Conciol. *resolut. crimin. resol.* 18. *in verbo confessio.*

2 Regula igitur est, illicitam esse inconstantiam, nec Reorum confessiones reuocari posse, cum indignum sit, vt, quod sua quisque voce fassus est, id reuocet, ac
3 testimonio suo resistat, & propterea confessi pro iudicatis habentur, *l. generaliter, C. de non numerat. pecun. l.* 1. *C. de confessis*, Simanch. *de cauthelis instrum. tit.* 13. *de confess. num* 7.

4 Hæc tamen regula primò fallit in Reo, qui per errorem confessus est, errore enim deposito potest reuocare, & pœnitere, dummodo de errore doceat, *l. non fatetur, ff. de confessis, l. de ætate, §. vlt. ff. de interrogat. act. cap. vbi de confessis, l. vndè Neratius, §. vlt. ff. ad l. Aquil. l.* 1. *§. si quis vltro, ff. de quæst.* Angel. *de malefic. in verb. comparent dicti inquisiti*, Felyn. *in cap. cum venerabilis, num.* 15. *de except.* Alex. *cons.* 34. *vol.* 1. & in alijs allegatis à Boss. *in tit. de confess. num.* 60. *vers. & latè hanc conclusionem*, Clar. *§. fin. quæst.* 55. *num.* 18. *& quæstione* 65. *in princ.* Farinac. *de Reo confesso, & conuicto, quæst.* 81. *num.* 315. qui plures allegat, Caball. *d. cas.* 186. *in princ.* Guazzin. *ad defens. defens.* 32. *cap.* 10. *num.* 1. Honded. *consil.* 102. *nu.* 42. *lib.* 1. Cæuall. *in suis comm. contra comm. quæst.* 652. *num.* 4. Carena *de offic. S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 8. *nu.* 52. Conciol. *d. resol.* 18. *n.* 3. plenè Giurb. *consil.* 16. *n.* 5.

5 Secundò regula fallit, si reuocatio confessionis fiat incontinenti antequam, vel sit redacta in scriptis, vel saltem antequam
6 Reus exeat è Iudicis conspectu, Franc. *cap.* 1. *de accusat. in* 6. Abb. *in cap. fin. extra de confess.* Farinac. *d. quæst.* 81. *num.* 348. Baiard. *quæst.* 55. Guazzin. *d. defens.* 32. *cap.* 10. *num.* 2. *ad fin. & cap.* 12. *nu.* 9. Boss. *in pract. tit. de confess. num.* 63. Costa *de re integra, distinct.* 31. *num.* 4. Carena *vbi supra nu.* 51. Castro-palao *in opere moral. tom.* 1. *tract.* 4. *disput.* 8. *punct.* 16. *§.* 1. *num.* 3. Conciol. *dicta resolut.* 18. Antonell. *de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3.

7 Quod procedit quamuis confessio sit iurata, vt solet esse fere semper in iudicio criminali, Dec. *in cap. cum venerabilis, n.* 111 *de excep.* Marian. Soccin. *cap. qualit. & quan. il secondo, num.* 1008. *de accusat.* Gomes. *de delict. cap.* 1. *num.* 66. Mascard. *de probation. conclus.* 345. *num.* 39. cum alijs per Farinac. *d. quæst.* 81. *num.* 318. Cabal. *d. cas.* 186. *n.* 2. Guazzin. *d. cap.* 10. *num.* 1. *vers. & quamuis*, Baiard. ad Clar. *§. fin. quæst.* 55. *num.* 61. *& seqq.* Cæuall. *in suis comm. contra comm dicta quæst.* 652. *in princ.* Honded. *d. consil.* 102. *num.* 42. *lib.* 1. Giurb. *d. cons.* 16. *num.* 8. *circa med.* alios adducens, ita sentientes Morot. *consil.* 29. *num.* 34. *& cons.* 46. *num.* 33. Conciol. *d. resolut.* 18. *num.* 4. siue iuramentum
8 præstitum fuerit simpliciter, siue de plena, & sincera veritate dicenda, Aret. *c. cum dilecti, num.* 27. *&* 29. *de accusat.* & ibi alij Canonistæ, quos adducit Farinac. *d. qu.* 81. *num.* 319. vbi *num.* 320. allegat nonnullos contrarium tenentes, quando iuramentum præstitum est de veritate plenè dicenda, Guazzin. *loco cit. num.* 1. *vers. & quamuis, in fin.*

9 Secundò procedit, etiamquod confessio sit acceptata, Bos. *loco cit. num.* 61. *&* 78. Claud. *ad cons.* Bertazzol. 103. *littera E,* Farin. *d. quæst.* 81. *num.* 321. Guazzin. *loco citato num.* 9.

Et quamuis contrarium tenuerint Marsil. Vulpell. & alij relati à Mascardo *conclus.* 350. & à Brunor. à Sole *in compendio, vers. confessio acceptata,* non est tamen recedendum à priori opinione, quæ in practica recepta est, vt testatur Farinacc. *loco cit. nu.* 323. Caualcan. *de Brachio Reg. par.* 3. *num.* 204. Baiard. ad Clar. *quæst.* 55. *num.* 52. Guazzin. *loco cit. num.* 9.

10 Tertiò procedit, quamuis confessio esset deliberata, repetita, geminata, ac ratificata; quia nihilominus constito de errore, potest reuocari, Felyn. *in d. cap. cum venerabilis, num.* 5. *de except.* Angel. *de malef. in verb. comparuerunt, & produxerunt instrumentum, num.* 2. Clar. *quæst.* 64. *num.* 44. *vers. quinimò,* Honded. *cons.* 102. *num.* 43. *volum.* 1. cum alijs per Farin. *dicta quæst.* 81. *num.* 324. Cabal. *d. casu* 186. *nu.* 2. Conciol. *d. alleg.* 18. *num.* 5. Guazzin. *dicta defens.* 32. *cap.* 10. *num.* 1. *vers. imò etiam,* vbi quod licet nonnulli voluerint in hac confessione sic geminata, repetita, & ratificata non dari inconstantiam, de quibus per Farin. *loco cit. num.* 325. & per Conciol. *d. resol.* 18. *num.* 6. Non est tamen recedendum à priori opinione tanquam magis communi, quamuis huiusmodi confessio difficilius reuocetur, & non solum hoc casu sufficiat probare errorem, sed de causa erroris, quod etiam voluit Farinac. *loco citato num.* 326. addo Giurbam *cons.* 16. *nu.* 5. *versic. licet iurata, & in iudicijs repetita confessio sit,* & post hæc scripta visus Guido *de virib. confess. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 30. *&* 32. qui tamen dum nititur conciliare opiniones, loquitur contra communem, quia siue deliberatio præsumatur ex geminatione confessionis, siue de ea expresè pateat per terminum datum ad deliberandum, semper verum erit dicere erroneam confessionem posse reuocari, Guazzin. *loco cit. num.* 2. *vers. ac etiam poterit reuocari.*

11 Quartò procedit, vt non solum confessio possit reuocari incontinenti, sed etiam ex interuallo in termino defensionis, Angel. *de malef. in verb. compareant inquisiti, num.* 16. Ancharanus *consil.* 44. Marsil. *l.* 1. *§. fin. num.* 93. *ff. de quæstion.* Baiard. *d. quæst.* 55. *num.* 59. cum alijs per Guazzin. *loco cit. num.* 2. *vers. & potest.*

12 Quintò, habet locum inconstantia non solum post conclusum in causa, & ante sententiam, vt voluere Caualcan. *de Brach. Reg. par.* 3. *num.* 204. *&* 206. Cenal. *qu.* 652. *num.* 4. Anton. *var. lib.* 3. *resolut.* 21. *num.* 1. Guazzin. *loco cit. num.* 3. *vers. & quod quandoque.*

13 Sed etiam confessio erronea potest reuocari post sententiam, Guido de Suzar. *de indic. & tortur. num.* 66. Grammat. *vot.* 7. *num.* 2. Foller. *in praxi crimin. verb. & si confitebuntur, num.* 56. Guazzin. *loco cit. num.* 3. Addentes *ad cons.* 16. Farin. *littera A,* vbi plures, idem Farin. *d. quæst.* 81. *num.* 327. Giurb. *d. cons.* 16. *vers. Etiam post sententiam,* alios adducens ita sentientes Caren. *de offic. S. Inquis. d. par.* 3. *tit.* 8. *nu.* 52. Conciol. *d. resolut.* 18. *num.* 7.

14 Sextò, habet locum inconstantia, etiam in causa appellationis, Angel. *de malef. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis post nu.* 1. Nell. *de Bannit.* 4. *par. primi tempor. quæst.* 1. *post med.* Brun. Carrer. Foller. Corrad. Monticell. à Farin. *qu.* 81. *num.* 328. Adden. *ad d. cons.* 16. Farin. *littera A, vers. sic pariter,* Guazzin. *loco cit. n.* 3. *vers. ac etiam potest reuocari,* Giurb. *d. consil.* 16. *num.* 5. Sess. *decis.* 138. *num.* 14. Conciol. *d. resolut.* 18. *d. num.* 7.

15 Septimò, habet locum inconstantia, & datur reuocatio confessionis, etiam post factam executionem, Berous *cons.* 201. *num.* 19. *lib.* 3. Baiard. *dicta quæst.* 55. *num.* 58. Guazzin. *loc. cit. num.* 3. *in fin.*

16 Octauò, habet locum inconstantia in confessione, etiamquod alijs sit indicijs grauata, vt de veriori, & communiori testantur Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 332. *&* 335. Cabal. *d. cas.* 186. *num.* 3. Adden. *ad dict. cons.* 16. Farin. *littera C,* Guazzin. *loc. cit. num.* 4. Conciol. *d. resol.* 18. *num.* 8. Caren. *de offic. S. Inquis. dicta par.* 3. *tit.* 8. *num.* 52.

17 Nonò, datur inconstanria in confessione facta in tortura demum ratificata, etiam ex internallo, Personal. *de indic. numero* 81. Barz. *decis.* 5. *num.* 22. *& decis.* 107. *num.* 20. Carthar. *in prax. interrog. reo lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 26. Guazzin. *dicta defens.* 32. *cap.* 12. *num.* 7. Farin. *dicta quæst.* 81. *n.* 346. Giurb. *dicto cons.* 16. *num.* 5. *ad fin.* Conciol. *dicta resolut.* 18. *num.* 9.

18 Quid autem si confessus in tortura inconstans ratificare nolit confessionem, confessio enim facta in tormentis non afficit nisi in ea constans reus extra tor-
19 menta ratificauerit. Dic, quod potest cogi ad cõstantiam per repetitionem tormentorum, latè Farin. *plurib. relat. de indic. & tortur. quæst.* 38. *num.* 91. Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 24. *num.* 3. Simancha *de Cathol. instit. tit.* 65. *num.* 79. Penia ad Eymericum 3. *par. Direct. comment.* 39. *§. Sit tertia, &*
20 *postrema regula.* Quod habet locum si reus tantum inconstans, recusat ratificare, & negat confessata, quia dicit, se fassum esse dolore tormentorum, cum enim illa excusatio inanis sit, si legitimis præcedentibus indicijs sint illata, reo, vt ratificet, repetitur tortura, secus autem si reuocet

confessionem tanquam erroneam, & in-
21 tendat probare errorem suæ confessionis, quia tunc datur ei terminus ad probandum errorem, Farin. *dicta quæst.* 38. *num.* 100. Cantera *qq. crimin. quæst.* 1. *cap.* 2. *de probat. per testes num.* 66. Qui dum dicit, quod solum tormentum datur pro causa, & errore, male dicit ex *supra traditis*, dum
22 autem exemplificat, si Iudex dixerit reo, quod confiteatur, quia liberabitur, benè loquitur, quia esset causa sufficiens erroris.

23 Secundò, non daretur repetitio tormentorum, quando, qui recusat ratificare, spontè iterum confitetur, dicendo, quod illud, quod fassus est in tortura, est verum, quia tunc stabitur huic confessioni tāquam ratificatiuæ, vel corroboratiuæ confessionis factæ in tortura, sic Canter. *loco cit.* vbi dicit, sic fuisse determinatum per supremum Consilium Inquisitionis, & Canteram sequitur Carena in *prax. par.* 3. *de indic. & tortur. tit.* 10. §. 23. *n.* 195.

24 Aduerte tamen, quod repetitio tormētorum non potest fieri vltra tres vices, quamuis semper in tormentis reus fateretur, demum inconstans confessionem ratificare recusaret, latè Farinacc. *dicta quæst.* 38. *num.* 96. 105. *&* 106. & reprobatis illis, qui tenent vsque ad quartam vicem reiterari posse torturā, voluit Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 21. *num.* 5. vbi *numero* 6. nec etiam posse reiterari torturam tertia
25 vice, nisi indicia sint multum vrgentia, datque cautelam *numero* 7. *vers. Et sic* euitandi supplicium delicti, vt reus parum detentus in tortura fateatur delictum, deinde in actu ratificationis dictam confessionem reuocet, & si iterum torqueatur, parum detentus in tortura iterum fateatur, sed in ratificationis actu iterum reuocet, & si tertia vice eleuetur, statim fateatur, demum sit constans in recusatione ratificationis, quia sic euitabit pœ-
26 nam ordinariam, non autem extraordinariam, si grauatus sit indicijs vrgentibus, Caualcan. *de Brach. Reg. par.* 3. *num.* 229. Cabal. *cas.* 288. *num.* 38. *cent.* 3.

Quid autem si confessus in tormento, quod sibi irrogatur, vel pro vlteriori ve-
27 ritate, vel super complicibus reuocaret confessionem principalis delicti, an ei suffragetur? Dic, quod aut Iudex adhibet in actu torturæ solitam protestationem, de qua per practicos, Carthar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 92. *&* 96. & Ambrosin. *lib.* 6. *cap.* 4. Et tunc, vel interrogat super delicto principali, vel non interrogat, primo casu si reus reuocet, proderit sibi reuocatio, quia protestatio seruit de vento, si autem non interrogat, vt verè si non est fatuus, interrogare non debet, & hoc casu non prodest inconstantia, nec reuocatio. Si autem Iudex in actu torturæ non adhibeat protestationem, & tortus substinuerit reuocādo confessionem, ordinaria pœna puniri non debet, vt ex Claro, Ambrosino, & alijs docet Guazzin. *dicta defens.* 30. *cap.* 9. *num.* 4. 7. *&* 8. vbi latissimè de materia Farinacc. *quæst.* 40. *à numero* 19. *vsque ad fin. quæstionis*.

28 Decimò, datur reuocatio confessionis, etiam inuito confitente, præsertim si reuocetur à patre, vel ab alijs consanguineis, Alberic. l. 1. §. *Antoninus Seuer. num.* 1. *ff. de quæst.* Soccin. *cap. Veniens num.* 329. *de accusat.* Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 329. Baiard. *dicta quæst.* 55. *num.* 56. Guazzin. *dicta defens.* 32. *cap.* 11. *num.* 2.

29 Vndecimò, datur inconstantia, si confessio facta sit sub spe gratiæ, etiam quod fuerit ratificata, vt contra nonnullos sentit Guazzin. *d. defens.* 32. *cap.* 10. *num.* 10. Simanch. *de confess. tit.* 13. *num.* 12.

30 Duodecimò, datur inconstantia, etiam in confessione erronea iuris errore, dummodò talis error sit, qui remoueat intelligentiam confitentis, Honded. *consil.* 102. *num.* 47. *vol.* 1. Bald. *cons.* 39. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 191. *num.* 68. *lib.* 2. Guazzin. *loco cit. num.* 11.

31 Decimotertiò, datur inconstantia, multò magis in minoribus, quibus aduersus confessionem datur restitutio, etiam non probato errore, & læsione, Care. *in prax. in* 3. *tract. de homicidio*, §. *Circa quartum*, *num.* 11. Boss *de confess. num.* 67. Honded. *dicto cons.* 102. *num.* 50. cum alijs per Farin. *dicta quæst.* 81. *num.* 377. Guazzin. *dicta defens.* 32. *num.* 6. Simanch. *dicto tit.* 13. *numero* 9.

Contrarium, non dari restitutionem in integrum minoribus aduersus confessionem in criminalibus, nisi probato errore, vel læsione, Gomes. *var. to.* 1. *cap.* 1. *de delict. num.* 66. Clarus, §. *fin. quæst.* 60. cum alijs, quos adducit idem Farinacc. *dicta quæst.* 81. *num.* 378. vbi dicit, hanc opinionem seruari apud nos, quando confessio indicijs præcedentibus grauata reperitur.

32 Siue confessio sit ratificata, & iurata, vt latè ex Oddo, & Caldas testatur Farin. *dicta quæst.* 81. *num.* 379. *&* 380.

33 Quemadmodum etiam minor potest esse inconstans in negatione, & illam per viam restitutionis in integrum reuocare, vt ex Soccino, & alijs tenet Farinac. *dicta quæst.* 81. *num.* 358. Caball. *dicto cas.* 56. *numero* 9.

34 An autem in atrocioribus detur restitutio in integrum minoribus? non conueniunt Doct. Nam Bart. *in l. Auxilium*, *num.* 6. *ff. de minor.* Marsilius, Gabr. Franc. Marc. Vrsill. ad Afflict. *relati* à Farinacc. *d. quæst.* 81.

d.quæst. 81. *num.* 383. voluere nullo modo concedi; Grammaticus verò, Gomes. Odd. & alij ab eodem Farin. *numero* 384. allati tenent contrarium, alij distinguunt inter atro ciora delicta, & atrocissima, vt per Adden. ad Farin. *consf.*66. *litt.A, lib.*1.

35 Quam tamen distinctionem meritò improbat Carpzouius *in prax. p.*3. *quæst.*143. *n.*87. cum *lex Auxil.* §. *In delictis*, nõ distinguat inter delicta atrocia, & atrocissima.

Oddus verò *de restit. in integr. parte* 2.
36 *quæst.* 65. *art.*9. *num.* 38. remittit arbitrio Iudicis, cuius opinionem, & si Farin. improbet ex eo, quia nihil allegat, crederem tamen satis æquitati consonam, si remittatur arbitrio Principis, non Iudicis.

37 Si autem semel restitutus fuerit, & inconstans iterum incidat in delictum, amplius ei non conceditur restitutio, Gomes. *de delic. cap.*1. *num.*66. Farinacc. *dicta quæst.*81. *num.* 390. Guazzin. *d. defens.* 32. *cap.*32. *num.*7.

38 Decimoquartò, dic reuocari posse confessionem factam etiam in causa hæresis, Albertin. *de assert. Cathol. quæst.*29. *num.*28. Simanch. *de Catholic. instit. tit.* 13. *num.*30. Royas, *de hæret. assert.*25. *num.*262. Triuis. *decis.* 31. *num.*1. & *decis.*62. *num.* 38. *lib.* 2. Bertazzol. *consf. crim.*95. *n.*9. & ibi Claud. *litt.D*, Farinacc. *dicta quæst.* 81. *num.* 315. Sousa *in Aphorism. Inquisit. lib.* 3. *cap.* 20. *num.*55. Caren. *in prax. par.*3. *de conf. reor. tit.*8. §.11. *num.* 51. Farin. *de hæres. q.* 188.
39 *nu.* 76. vbi quamuis sit acceptata ab Accusatore, & Fisco, Castro-palao *tom.* 1. *tract.*4. *disput.*8. *punct.* 16. §.1. *num.*3. *vers. Si autem*, Bordon. *de hæres. cap.*9. *quæst.*31. *num.* 113. *in fin.* Costa *de ignor. distinct.* 43. *num.* 11.

40 Quod eò magis procedit, si incontinenti hoc est antequam è conspectu Iudicis exeat inconstans confessionem reuocauerit, quia tunc, etiam non probato
41 errore, admittitur inconstantia, Royas *de hæret. par.*2. *assert.*25. *num.* 260. Simanc. *dicto tit.* 13. *num.* 10. Pater Diana *parte* 4. *tract.* 7. *resol.* 22. *vers. Verum non est negandum*, Sousa *loco cit. num.*55. Caren. *loco cit. nu.*51. Castro-palao *loco cit. num.*3. Bordon. *loco cit. num.* 113. licèt *num.* 114. Incon-
42 stans, & nulla auctoritate fretus, & contra communem omnium Doctorum dicat reuocationem confessionis etiam incontinenti factam non esse admittendam, cuius opinio nullatenus sequenda est.

43 Cauendum est etiam à Simanch. *dicto tit.*13. *numero* 14. quem sequitur Canter. *cap.*1. *de hæret. num.*70. qui voluere in Sancto Officio posse reum reuocare suam confessionem, etiam non docto de errore, & hanc reuocationem ei suffragari ad euitandam pœnam ordinariam; quia hęc opinio nullo modo seruatur in Suprema, & Vniuersali Inquisitione Romana, nec in alijs Italiæ Inquisitionibus, cum si hoc daretur, esset aperta via omnibus hæresim confitentibus pœnam delicti effugiendi; meritò contrariam opinionem esse veriorem dixit Triuis. *decis.* 31. *lib.*2. & Canteram reprobat Farinacc. *de hæres. quæst.*187. *num.*75. Sess. *decis.*472. *tom.*4. *n.*7. Diana *par.*4. *tract.* 7. *resolut.*22. Castro-palao *tom.* 1. *tract.* 4. *disput.* 8. *punct.* 16. §. 1. *num.*4. Caren. *par.* 3. *de confess. Reor. tit.*8. *num.* 56. *vers. Verum hæc opinio*, nouissimè Bordonus *de hæret. cap.* 9. *num.* 113. *vers. Tertiò pariter*, vbi tamen malè loquitur, dum asserit Simanch. & Canter. loqui de reuocatione facta incontinenti, non ex interuallo, cũ tamen expresè Cant. dicat, intelligo, quando ex interuallo reuocat, & non constat de causa, nec de errore ad effectum reuocationis, verum est, quod Canter. loquitur de ea confessione, quæ non est coadiuuata legitimis probationi-
44 bus, qui melius dixisset, si confessio non esset verificata in omnibus suis partibus, vt requiritur ad latè tradita per Farinacc. *dicta quæst.*81. *cap.*1. *num.*30. Caren. *dicta par.*3. *de confess. reor.* §.12. *num.*58.

45 Admittit tamen Pater Diana reuocationem confessionis, etiam non docto errore in causa hæresis, quando reus reuocaret aliqua non plenè probata ad excusandos Complices, Affines, & Amicos, quem sequitur Bordonus *loco cit. num.*113. *vers. Secunda pars.*

46 Si autem post pœnitentiam factam quis reuocaret confessionem, vt temerarius puniendus esset ab Inquisitoribus, Pater Diana *loco cit. vers. Notandum*, quod tamen
47 intellige, dummodò in reuocatione non persistat, quia, si persisteret, tradendus esset, vti impœnitens Curiæ seculari Pater Diana *loco cit.* Farinacc. *quæst.*196. *num.*20.

48 Secundò, intellige, nisi doceret de errore, quia, vt *supra* dixi, datur reuocatio, etiam facta executione, & meo tempore accidit, quod quidã vti Polygamus damnatus fuit ad triremes, qui cum peracta pœnitentia accessisset ad sacrum Tribunal reuocasset confessionem, & de errore docuisset, fuit admissus, & redintegratus ad famam.

49 An autem, qui denunciauit se, possit inconstans pœnitere, vt contigit in quodam Sollicitante. Dic primò, cessare inconstantiam, si calumniosè erroris reuocatio proponatur, Angel. *de malef.* Mill. *in prax.* Monticell. & Boss. *allegati* à Farinacc. *dict. quæst.*81. *num.*333. qui ex alijs
50 asserit, an proponatur reuocatio calumniosè remitti arbitrio Iudicis.

51 Cœterum hæc limitatio ab eodem Farinacc. *ibidem num.*335. omninò reijcitur, quia Iudex non debet auferre defen-

52 siones reo, etiam quod eius confessio esset grauata mille indicijs, ac pro reo inconstante mille essent coniecturæ, vt videtur requiri Guazzin. *dicto cap.*10.*num.*4. Cabal. *dicto casu* 186. *num.*3.

53 Dic secundò, illicitam esse inconstantiam, quando confessioni iudiciali præcessit extraiudicialis confessio, Carrer. *in prax.* 1. *tract. de appellat.* §. *Tertius casus num.* 20. Paris de Put. Bald. & Mascard. à Farinacc. *dicta quæst.*81. *numero* 336. Sed hanc limitationem valdè dubitabilem esse dicit idem Farinacc. *loco cit. ad fin.* & contra illam tenet expresè Cabal. *dicto cas.*186. *num.*6. dicens contrarium vidisse seruari, & hanc etiam sequitur Guazzin. *dicta defens.*32. *dicto cap.*10. *num.*4.*vers. Sed aliqui firmant.*

54 Dic tertiò, illicitam esse inconstantiam, quando confessio facta est coram Iudice non suo, quia Iudex competens potest cogere confitentem ad perseuerandum in confessione facta coram Iudice incompetente Doctores omnes *in l. Magistratibus, ff. de iurisdict. omn. Iudicum*, & ibi Ias. vbi de communi Boer. *decis.* 90. *num.*9. cum alijs per Mascard. *conclus.* 352. *num.* 2. Farinacc. *dicta quæst.*81. *num.*216.

55 Quod tamen non procedit in confessione facta à Clerico coram Iudice laico, quia huiusmodi confessio, etiam non docto de errore, potest reuocari, Felyn. *in cap. At si Clerici n.* 6. *ver. Secundo restringe*, Berous *num.*140. Mantua *num.*31. *extra de Iudic.* Ias. *d. l. Magistratibus num.* 6. cum alijs per Farin. *dicta quæst.*81. *num.*215.

A cuius tamen dictis omninò cauen-
56 dum est, dum asserit, confessionem factam à Clerico coram Iudice seculari facere coram Iudice Ecclesiastico indicium ad torturam; Quia contrarium veriùs
57 est, etiam quod Clericus coram Ecclesiastico Iudice, eam non reuocet, vt reprobato Baldo *in l. vnica, C. de confess.* voluit Barbat. *in dicto cap. Atsi Clerici, de Iudic.* & latè prosequitur Mart. *de iurisdic. par.*4. *cent.*2. *cas.*139. *à num.*11. cuius dicta transcripsit Ricc. *decis. Archiep. Neapolitan.* 81. *par.*4. per Rot. & ita dicit fuisse resolutum, & eum sequitur Sperell. *dec.*18. *num.*11. *par.*1. Sed si confessio facta fuis-
58 set à Clerico coram Ecclesiastico, aliàs tamen incompetente, tunc coram com-
59 petente cogeretur in eadem confessione perseuerare, & valebit, vt extraiudicialis, Blanc. *de indic. & tortur. num.* 218. cum alijs per Mart. *loco cit. num.*15.

60 Idem dicendum est, si confessio facta esset coram Iudice incompetente, non solùm ratione personæ, verum etiam ra-
61 tione causæ, verbi gratia, si quis fateatur homicidium coram Iudice, qui non habet, nisi modicam iurisdictionem, & iste delinquens ad Iudicem suum ordinarium
62 remitteretur, posset cogi ad perseuerandum in ea confessione, sed non ex ea condemnari valeret, Doctores *in d. l. Magistratibus, ff. de iurisd. omnium Iudicum*, vbi Alex. *num.*5. *in fin.* Angel. *numero* 5. Bald. *num.*2. Castren. *num.*3. Fulgos. *num.*4. Dec. *num.*8. Iacobin. de S. Georgio *num.* 9. Ias. *num.*3. qui tamen parum sibi constans videtur, dum ait, hanc confessionem posse
63 reum reuocare, nam, si cogitur perseuerare, quomodo poterit eam reuocare? Bald. *in dicto cap. Atsi Clerici numero* 4. *de Iudic.* Farin. *dicta quæst.*81.*num.*204. Guazzin. *d. defens.* 32. *cap.* 26. *num.* 1. *versic. Et etiam.*

Vidi tamen in vna Amerina Sacrilegij quosdam reos confessos fuisse coram Episcopo Amerino se de nocte ingressos in quoddam Monasterium Monialium, & furtum valdè notabile commisisse, causa eorum auocata à Sanctissimo D. N. Innocentio X. eaque in S. C. commissa post longam disputationem an ea cõfes-
64 sio sufficeret, vt posset eadem S. C. in pœnam vltimi supplicij reos condemnare, eò quia esset emanata coram Episcopo, qui non poterat illos condemnare in
65 pœnam sanguinis, fuisse resolutum, solam illam confessionem sufficere ad condemnandos reos in pœnam vltimi supplicij, & ita fuit executum, scio tamen nonnullos ex Cardinalibus, & Prælatis S. C. apud me iuisse sententiam. Fateor resolutionem S. C. apud me fuisse periculosam, nisi dicas, quod potuisset sũmus Pontifex,
66 etiã eo casu iubere Episcopo, vt traderet reos Curiæ seculari, ex latè traditis per Cyriac. *contr. iur. c.*435. per tot. & maxim è *n.*35. & ita voluisse ex seipso, vel mediante S. C. hoc executioni demandare.

67 Dic quartò, non solùm allegandum esse errorem, sed etiam probandum, quia in dubio confessio præsumitur vera, & non
68 erronea, Bald. *l. fin. num.* 2. *C. de probat.* cum alijs per Farinaccium *dicta quæst.* 81. *num.*337. Cabal. *dicto cas.*186. *num.* 7. & 9. Guazzin. *d. defens.* 32. *cap.* 12. *num.*1. & 2. *vers. necnon*, vbi monet Aduocatum, ne prius citet *ad dicendum contra articulos*, ne
69 vè illos exhibeat, nisi priùs facta per reum reuocatione confessionis, & declarato velle probare errorem dictæ confessionis.

70 Quomodo autem probetur error confessionis, & an sufficiat probare errorem, vel debeat probari causa erroris. Videndi sunt Farinacc. Guazzin. Cabal. *in loco cit.* & per eosdem *allegati*.

71 Causæ verò legitimæ huius inconstantiæ, & reuocationis confessionis erunt, metus si cadat in constantem virum, & vestiatur aliqua causa probabili, quod verè per metum confessus sit.

72 Secunda erit ignorantia rusticitatis, imperitiæ, ruditatis, & similia, maximè in fa-
73 cto alieno, nam, si esset confessio in facto proprio non solùm esset allegandus error,
74 sed etiam probandus, vt latè Farinaccius *d. quæst.* 81. *num.* 344.
75 Tertia erit obliuio, quæ æquiparatur
76 ignorantiæ.
77 Quarta erit ira, quæ impedit animum, nè quis verum dicere possit.
78 Quinta persuasiones, blanditiæ, suppositiones, impunitas promissa, tædium carceris, & vitæ.
79 De quibus omnibus causis latè dixerit Guazzin. *ad defens. d. defens.* 32. *cap.* 13. *per tot.* vbi benè docet Aduocatos, quomodo debeant hæc omnia deducere, vt Reos liberent à pœnis.

QVÆSTIO XXXI.

ARGVMENTVM.

An Iudex, qui Reo promisit impunitatem, ex qua promissione confessionem extorsit, inconstans esse possit illi impunitatem postea denegando.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui Rei confessionem extorsit cum promissione impunitatis an, & quando possit inconstans illam denegare, & num.* 8, 10. *&* 13.
2 *Iudex ad inuestigandam veritatem potest vti cauillationibus, & simulare.*
3 *Maximè concurrente publica vtilitate.*
4 *Fidem seruare non expedit in malis promissis.*
5 *Pacta contra publicam vtilitatem etiam iurata seruari non debent.*
6 *Veritas dummodo habeatur, non refert quomodo habeatur.*
7 *Blanditijs, & bonis verbis vti licèt ad veritatem habendam.*
9 *Fides data etiam hosti seruanda est.*
11 *Fides publica præferenda est publicæ vtilitati.*
12 *Deceptio sub publica fide non permittenda.*
14 *Hæresis in crimine impunitas per Inquisitores promissa reo confesso seruanda est, & num.* 17.
15 *Inquisitores Sancti Officij maiorem habent auctoritatem in promittenda misericordia, gratia, & fortasse impunitate, quàm alij Iudices.*
16 *Et an possint saltem promittere gratiam, & misericordiam.*
18 *Relapsus, cui Inquisitor misericordiam promiserat, fuit liberatus.*

1 LICITAM esse in Iudice huiusmodi inconstantiam voluere Card. Alex. & Gemin. *in cap. Si quilibet, & in cap. Vtilem* 22. *quæst.* 2. Felyn. *in cap. Accedens il secondo, vt lite non contestata, & in cap. afferte col.* 2. *de præsumpt.* & hanc esse communem opinionem dixere Adden. ad Decium *in l. ea est natura, de regul. iur.* Archidiacon. *in dicto cap. Vtilem*, vbi refert factum Alexandri Tertij, qui Episcopo Simoniaco promisit dispensationem, & gratiam, qua promissione non obstante, illum deposuit Soccin. *cap. Qualiter, & quando il secondo num.* 974. *de accusat.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 27. qui alios Couuar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 2. cum alijs latè per Farinacc. *de Reo confesso quæst.* 81. *num.* 279.

2 Et hæc opinio non caret suis rationibus. nam Iudex ad inuestigandam veritatem, potest vti cauillationibus, aut simulare, *d. cap. Afferte, & in cap. Non enim volebat,*
3 *Deus* 22. *quæst.* 2. maximè concurrente publica vtilitate, vt *in d. cap. Vtilem.*
4 Secundò, quia in malis promissis non expedit fidem seruare, *cap. in malis promissis de reg. iur. in* 6. hinc est, quod pacta contra publicā vtilitatem, etiamsi iuramento
5 vallata sint, minimè seruari debent, Bart. *l. si quis pro eo, ff. de fideiuss & in l.* 1. *de dolo.*
6 Tertiò, quia non refert, quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur, *l. cum seruus, ff. de verb. oblig.*
7 Quartò, nam si licèt torquere, & alia nonnulla in corpore hominis facere pro veritate habenda, tantò magis blanditijs, ac bonis verbis vti, Archidiac. *dicto cap. Vtilem*, quas rationes in vnum congerit Viu. *commun. opin. in verb. Iudex promittens liberationem art.* 2. latè Pegna ad Eymeric. *par.* 3. *comment.* 23. *num.* 105. *vers. quantum ad secundum.*
8 Contrariam tamen opinionem nempe in Iudice impunitatem promittente illicitam esse inconstantiam, voluere Beluis. *in pract. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 19. *& seq.* Dec. *in dicta l. ea est natura, num.* 7. *& seq. ff. de reg. iur.* & ibi Cagnol. *num.* 17. Magalott. *de saluocond. par.* 2. *num.* 21. Couuar. *loco cit. num.* 16. cum alijs, quos refert idem Farinaccius *d. quæst.* 81. *num.* 277. Guazzin. *ad defensam defens.* 20. *cap.* 25. *num.* 2. *vers. sed contrarium*, Ludouic. *decis. Lucens.* 15. *num.* 72. *&* 73. Peguer. *decis.* 39. *num.* 10.

vbi dicit ità pluries in illo Senatu fuisse resolutum, Farinacc. *conf.* 53. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. Guazzin. *de pace par.* 1. *quæst.* 38. *num.* 21. Conciolus *resolut. crimin. in verb. impunitas resolut.* 1. *à num.* 1.

9 Ratio potissima est, quia fides data etiam hosti seruanda est secundùm Text. cum Gloss. *in cap. Noli* 22. *quæst.* 1. *& in cap. Innocens* 22. *quæst.* 4. & Gloss. *in cap. Dominus autem* 13. *quæst.* 2. Gloss. *in l. conuentio de pactis*, Remig. de Gonn. *de immunitate Ecclesi.* qui latissimè tractat *de materia fallent.* 26. *ferè per tot.*

10 Non recedas ab hac opinione, quæ tutior est, & moribus approbata, vt dicit Ceuall. *commun. contr. commun. quæst.* 292. *ad finem*, & absque dubio seruatur in Statu Ecclesiastico.

11 Non obstant in contrarium adducta, quia concurrente vtilitate publica, & fide publica, vtique fides debet præferri, ne

12 quis sub ea decipiatur ad not. per Doctores relatos à Cagnolo *dicta l. ea est natura*, *ff. de reg. iur.*

13 Nec vera est distinctio Clar. *quæst.* 55. *num.* 6. quem sequitur Guazzinus *dicta defens.* 20. *cap.* 25. quod si promittens impunitatem, potest illam concedere, seruanda sit, sin minus, imputandum sit Reo, qui credidit tali promissioni, quia Reus non tenetur perscrutari, an Iudex possit, vel non possit, satis enim est, quod fides publica intercedat, quæ, vt dixi, omnino seruanda est.

14 Et etiam opinio hæc habet locum in crimine hæresis, quamuis enim quoad promittendam misericordiam, & gratiam, & fortassè impunitatem maiorem habeant Inquisitores auctoritatem, quam alij Iudi-

15 ces, iuxta Textum *in cap. Vt commissi, de Hæret. in* 6. latè Pegna *loco citato num.* 105. *vers. veruntamen*, nihilominus non inde resultat, quod si impunitatem promiserint, quin eam teneantur seruare; aliud enim est quærere, an impunitatem possint promittere, aliud, an ea promissa teneantur seruare, nam primò casu nonnulli pu-

16 tant, illos posse promittere, saltem gratiam, & misericordiam, vt per Pegnam *loco citato*, cuius tamen sententiam mordicus impugnat Scaccia *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 87. *num.* 25.

17 Promissam tamen etiam Inquisitores tenentur seruare, vt testatur Cantera *in suis quæstionibus crimin. cap.* 1. *de vera confessione, num.* 9. vbi dicit sic non fuisse relaxatum quendam relapsum, cui ab Inquisitore promissa fuerat misericordia, sequitur Canteram, Diana 4. *par. tract.* 8. *resol.* 22. Sousa *in aphorism. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 43. Nec recedas ab hac opinione, quamquam vt vociferatum fuit in causa N. cui à Patre Commissario N. fuerat promissa impunitas aliter obseruatum fuerit.

QVÆSTIO XXXII.

ARGVMENTVM.

An stante Statuto minuente pœnam confitentibus; augente verò negantibus, is, qui primò negauit, & postea inconstans fatetur, gaudeat priuilegio Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statuti minuentis pœnam sponte confitentibus, illamque augentis negantibus priuilegio gaudet, qui primò negauit, postea inconstans confessus est.*

2 *Quid si confessionem emiserit post litem contestatam.*

3 *Quid si Statutum in prima responsione confessionem exposceret.*

4 *Vel si negatio respiceret, quæ emergunt ante litem contestatam, puta declinationem fori, vel locum maleficij.*

5 *Quid si hoc casu Reus de mendacio conuinceretur.*

6 *Iurisdictionis causa separata est à causa maleficij.*

7 *Finem ad vnum inducta trahi non debent ad alium diuersum.*

8 *Minor, qui primò negauit etiam post litem contestatam potest per viam restitutionis in integrum fateri delictum, vt gaudeat Statuto pœnam minuente spontè confitentibus.*

9 *Pœnam à Statuto aucta negantibus delictum, an incurrat qui negationem reuocauit post litem contestatam, antequam de mendacio conuincatur.*

10 *Statuto minuente pœnam spontè confitentibus an gaudeat, qui in prima instantia constans negauit, quatenus fateatur in causa appellationis.*

11 *Pœnam maiorem in Statuto impositam negantibus non incurrit, qui negauit in prima instantia, & in causa appellationis confessus est, non adhuc probata intentione agentis.*

12 *Homicidium negans, & postea conuictus potest excipere se illud fecisse ad sui defensionem.*

13 *Beneficio Statuti pœnam minuentis spontè confitentibus non gaudet, qui primò confessus, inconstans reuocauit confessionem, & negauit, quatenus denuo inconstans negationem reuocare velit, & in prima confessione persistere.*
14 *Priuilegium istius Statuti non intrat, nisi confessus constans persliterit in confessione.*
15 *Nec ad hunc effectum admittitur reuocatio reuocationis.*
16 *Pœnam in Sancto Officio euitant spontè comparentes.*
17 *Quid si in confessione constantes non persistant.*
18 *Confessionis reuocatio an sit admittenda in Tribunali Sancti Officij.*
19 *Confessio extraiudicialis reuocari potest incontinenti.*
20 *Quid ex interuallo.*
21 *Confessio extraiudicialis redacta in scriptis reuocari non potest errore non probato.*
22 *Quid si sit acceptata à parte.*
23 *Quando reuocari possit confessio extraiudicialis remissiuè.*

1 QVÆSTIONEM hanc latè disputat doctissimus Caballus *cas.* 56. vbi duas refert Doctorum opiniones, alteram negatiuam, affirmatiuam alteram, & in hac residet tanquam verissima, & secundum Clar. *in prax. quæst.* 82. mitiori.

2 Quæ tamen opinio non procedit, si confessio facta sit post litem contestatam, quia negatio ante litem contestatam non inducit Fisco, vel Accusatori onus probandi, ideò licet reo variare, secus autem, si fiat in contestatione litis, quia inducit onus probandi agenti, ideò non licet variare, Bald. *l. quidam æstimauerunt, numero* 5. *ff. si cert. pet.* Rol. à Val. *cons.* 88. *num.* 18. *lib.* 4. cum alijs per Caball. *dicto cas.* 56. *num.* 7. vbi dicit se vidisse practicari, quando reus respondet Inquisitioni, & & Accusationi, eam negando, si postea confiteatur, non gaudet beneficio statuti,
3 quia res non est amplius integra, cum sit ius quæsitum Fisco per negationem quoad integram pœnam, cuius pars confitenti remittebatur, & onus probandi delictum incumbit Curiæ, vel Accusatori Agenti, qui habita negatione semper grauatur; Nisi essemus in leuibus pœnis, quia, etsi Fiscus, vel Accusator fecerint aliquas expensas in probando post negationem rei, & is nondum conuictus fateatur delictum, poterit quidem in expensis condemnari, sed non priuari beneficio statuti, Angel. *in l. eum qui*, & ibi Corn. *num.* 4. *ff. de iureiur.* Caball. *loco cit. num.* 7.

4 Secundò, non procedit opinio affirmatiua, quando statutum requireret in prima responsione confessionem, quo casu non esset licita variatio, Salyc. *in dicta l. eum, qui num.* 2. Bart. *cons.* 115. *lib.* 1. Sed si negatio respiceret ea, quæ emergunt ante litem contestatam, maximè circa declinatoriam fori, & iurisdictionis, vt si quis negaret, locum maleficij esse de territorio, vel esse
5 Clericum, & demum conuinceretur de mendacio, sibi non præiudicauit, quin postea in contestatione litis possit esse inconstans, & fateri delictum, vt consequa-
6 tur præmium statuti, quia separata est causa iurisdictionis à causa maleficij, &
7 facta ad vnum finem, non debent trahi ad diuersum, Bald. *l. ea quæ, num.* 19. *C. de condict. indebit.* & post Angelum Caball. *loco citato, num.* 9. Quemadmodum etiam succurritur minori, qui primo negauit,
8 & per viam restitutionis in integrum poterit fateri delictum lite contestata, *l. Si ex causa*, §. *Nunc viden. ff. de minor.* Blancus *in prax. in cauthel. pro reo defendendo caut.* 6. Repert. Inquisit. *verb. confessio, vers. Postquam quis negauerit, & in verb. negatiua, eodem* §. Caball. *loco citato, num.* 9.

9 Tertiò, non procedit opinio, quando tractatur de fugiendo augumento pœnarum propter negationem, quia tunc sufficit, quod confiteatur quandocumque, antequam de mendacio conuincatur, & sic post litem contestatam, sed antequam conuincatur de mendacio, & probatum fuerit delictum per Curiam, sic Corn. *d. l. Eum qui, num.* 5. Ias. *num.* 10. *& in* §. *Ex maleficijs, nu.* 27. *de actionibus*, Caball. qui alios *loco citato num.* 10. Quamuis dicat, contrariam opinionem, quam tenet Roman. *dicta l. Eum qui, num.* 5. Alex. *num.* 1. Roman. *cons.* 59. esse de iure substentabilem, nempè licitam esse variationem vsque ad litem contestatam exclusiuè; sed hanc tanquam mitiorem esse amplectendam, refectis tamen expensis factis per Curiam, vel Accusatorem, vt ibi per eum, *numero* 14. *&* 16.

10 Quartò, non procedit, si in causa appellationis velit negans confiteri, vt contra Angel. *de malef. verb. Præsente D. Caio, & Appellante, num.* 31. dicit August. de Arim. *in addit.* Caball. *d. casu nu.* 85. *&* 86. vbi, quod hæc opinio indubitabilis est pro obtinendo beneficio statuti. Contraria
11 verò Angeli posset procedere ad euitandam maiorem pœnam, si non esset probata Agentis intentio, quando Appellans confitetur.

12 Quintò, non procedit, quando quis negasset ab initio maleficium, postea conuictus inconstans fateretur, se illud fecisse ad sui defensionem, tunc enim inconstantiam dari in iure nemini dubium est, vt notant Doct. *in auth. Contra qui propriam, C. de non numer. pecun.* vbi Bart. *numero* 7. Bald. *num.* 17. Salyc. *num.* 8. cum alijs per

Dec. & Cagnol. *in l. Nemo ex his, ff. de reg. iur. ille num.* 1. hic *num.* 5. Caball. *resol. crimin. casu* 49. per Rot. & pro hac opinione tenet Salyc. *in dicta Auth. Contra qui propriam, C. de non numer. pecun. num.* 8. Caball. *dicta resolut.* 56. *num.* 83. *&* 84.

13 Sextò, non procedit, si quis primò confessus sit maleficium, demum inconstans reuocauerit confessionem, iterumque inconstans vellet reuocare negationem, & persistere in confessione, quia cum prius reuocauerit confessionem non potest gaudere beneficio statuti, cum bene-
14 ficium conferatur ei, qui fuit constans in confessione, Bald. *in l. ea quæ, num.* 23. *C. de condict. indebit.* Nec valet reuocatio negationis, quia non potest dari ad hunc
15 effectum reuocatio reuocationis, *l. si quis ius iurand. C. de reb. credit.* latè Caball. *dicto casu* 56. *à num.* 21. *vsque ad* 28. Larrea *allegat. Fiscal.* 65. *num.* 85. *par.* 1.

16 Quod nota pro spontè comparentibus in S. Officio, qui omninò euitant pœnam, quod debet intelligi iuxta *supra deducta*,
17 si constantes sint in propria confessione. Accidit enim meo tempore casus cuiusdam Confessarij, qui spontè fassus est, sollicitasse quasdam Moniales in actu confessionis Sacramentalis ad turpia, demum facta spontanea comparitione inconstans iterum accessit ad S. Tribunal, protestatusque fuit, se vera non fuisse confessum, & ea omnia, quæ dixit falsa esse, putauit enim posse suam spontaneam confessionem propriæ famæ penès S. C. sibi esse præiudicio, cum fortasse ab aliquo Eminentiss. Card. Supremæ Inquisitionis speraret aliquod munus in Vrbe. Hic enim, si fuisset demum denunciatus, absque dubio non potuisset gaudere priuilegio spontè comparentium, cum in confessione non perstiterit, neque perseuerauerit.

18 Cæterum valdè dubio an deberet admitti hæc inconstantia in hoc Sanctissimo Tribunali, quod est mixtum fori pœnitentialis, & iudicialis ideò considera.

Quando autem in extraiudiciali confessione licita sit inconstantia, videndum est latius suo loco, cum hic tantum de inconstantia in actibus iudicialibus tractemus.

19 Dic solum licitam esse inconstantiam non tantum incontinenti, Gloss. *in cap. apud misericordiam* 32. *quæst.* 1. Gloss. *c. fin. de iureiur.* cum alijs per Guido *de viribus confess. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 2.

20 Sed etiam ex interuallo, & non probato errore, Gloss. *d. l, error, C. iur. & fact. ignor.* Quod tamen intelligi debet cum distinctione relata à Iasone ibidem, quod si confessio causa sit vestita, requiratur erroris probatio secus si nulla causa roboretur, quam distinctionem, sequitur Guid. *de virib. confess. loco cit. à nu.* 13. *vsque ad* 21.

21 Illicitam verò esse inconstantiam in confessione extraiudiciali, si illa sit redacta in scriptis errore non probato, voluerunt Hostien. & Io. Andr. *in cap. Ex litteris, de diuort.* Gloss. *in cap. fin. de iureiur. in* 6. *& dicto cap. Apud misericordiam* 32. *quæst.* 1. Alex. *conf.* 87. *num.* 1. *& conf.* 92. *num.* 10. *lib.* 5. Moderni vbi supra *num.* 4.

22 Vel si à parte fuerit acceptata, Bald. *in l. Gallus*, §. 1. *ff. lib. & Posthum.* Franc. Marc. *decis.* 1184. *num.* 28. Franch. *decis.* 60. *num.* 8. Guid. *vbi supra num.* 6. apud quos
23 videbis, quando extraiudicialis confessio possit reuocari, probato errore, quæ omnia nos retulimus *supra* circa reuocationem confessionis iudicialis.

Et hæc dicta sint circa inconstantiam in probatione, quæ oritur ex confessione siue expressa, siue tacita per iurium productionem; Modo videndum est de inconstantia circa probationem per testes.

QVÆSTIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

An qui produxit Testes, vt examinentur, possit inconstans pœnitere, illosque examini subtrahere. Et si renunciauerit testium productioni, an adhuc eos producere possit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, præsertim quoad defensiones: Et an post conclusum in causa possint noui Testes examinari.

SVMMARIVM.

1 *Testes producens, vt examinentur, an, & quando possit inconstans pœnitere, eosque ab examine subtrahere, & num.* 5. *&* 8.
2 *Testes ad repulsam producens tenetur illos examinari facere, & ad id compelli potest, & de ratione,*
3 *Testes iurare debent pro vtraque parte.*
4 *Et pro vtraque parte tenentur dicere veritatem.*
6 *Testium depositiones communes sunt.*

7 *Productio testium non est communis, sed solius producentis.*
9 *Testes producens etiam iuratos non potest cogi ad illos examinandos, sed aduersarius cogere eos potest ad subijciendum se examini.*
10 *Testes postquam iurarunt an, & quando possint inconstantes ab examine se retrahere.*
11 *Testes inducens postquam iurarunt, potest eos cogere ad se examinandum.*
12 *Inducens, qui testes inuitos cogit ad se examinandum, quibus se subijciat periculis.*
13 *Et quomodo possit protestari.*
14 *Protestatio de inducendo testes* in parte, & partibus, *operatur, quod inducens dicatur approbare eorum personas, non autem dicta.*
15 *Testes inductos super vno articulo, & qui super illo limitatè iurarunt, atque admissi fuerunt à Iudice producens, an petere inconstans possit, quod examinentur super tota causa.*
16 *Testium productioni renunciari potest tacitè, & expresè.*
17 *Testium productioni quando tacitè dicatur renunciatum.*
18 *Testium productioni renuncians, an, & quando possit inconstans illos producere remissiuè*
19 *Regulariter non potest.*
20 *Testium productioni renuncians in causa principali an possit inconstans illos producere in causa appellationis.*
21 *Appellationis causa non diuersificat iudicium, quamuis diuersificet Tribunal.*
22 *Testium productioni renuncians adhuc potest illos producere in causa appellationis super nouis capitulis dependentibus à primis.*
23 *Quid super articulis omnino nouis, & non pertinentibus.*
24 *Testium productioni renuncians non potest inconstans illos producere, quamuis nullos priùs testes induxisset.*
25 *Testium productioni renuncians adhuc potest illos producere super articulis nouis.*
26 *Quid in criminalibus.*
27 *Probationibus in causa criminali renunciari non potest.*
28 *Quid de renunciatione iurata.*
29 *Vel vbi non intret alia pœna, quàm mutilationis alicuius membri.*
30 *Quid si reus dixerit nullam sibi competere defensionem, an, & quando debeat in defensionibus ad probationes admitti num.* 33. *&* 35.
31 *Reus in criminalibus renuncians probationibus potest inconstans renunciationem reuocare, & num.* 34.
32 *Quamuis delictum notorium sit, & ipsemet dixerit nullas competere defensiones.*
36 *Defensionibus renunciari non potest.*
37 *Quid si reus fuerit repertus in flagranti.*
38 *Quid in latrone famoso.*
39 *Vel in assassino.*
40 *Defensiones dandæ sunt cuilibet, etiam scelestissimo.*
41 *Reus crimen confessus an, & quando possit defensionibus renunciare.*
42 *Defensionibus renunciare, an possit reus in delictis, pro quibus irrogatur pœna sanguinis.*
43 *Quid vbi irrogatur pœna infamiæ.*
44 *Membrorum suorum nemo dominus est.*
45 *Famæ propriæ quilibet est dominus.*
46 *Defensionibus introductis à iure ciuili renunciari potest.*
47 *Quid de defensionibus introductis à iure naturæ, vel gentium.*
48 *Defensionum renunciatio an possit à Iudice acceptari, quando imminet scandalum.*
49 *Hæresis in crimine an, & quando valeat renunciatio defensionum, & refertur praxis Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis.*
50 *Iudex Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis tenetur ex officio inquirere defensiones pro reo inquisito.*
51 *Quid in delictis leuibus.*
52 *Defensionum renunciatio admittitur, quando fit, vt reus citius absoluatur.*
53 *Reus renuncians defensionibus potest incontinenti renunciationem reuocare.*
54 *Et secuta reuocatione Iudex non potest procedere ad aliquam executionem.*
55 *Renunciatio probationum in causa matrimoniali non attenditur.*
56 *Renunciatio probationum facta absente parte, potest per renunciantem reuocari.*
57 *Renunciatione probationum non obstante potest Iudex ex iusta causa renunciantem admittere ad probandum.*
58 *Et an illum admittete possit per viam restitutionis in integrum ex clausula generali* si qua mihi, &c.
59 *Probationibus renuncians adhuc admittitur ad probandam suam exceptionem elisam per replicationem Aduersarij.*
60 *Testium productioni renuncians adhuc potest illos examinare super articulo, qui sit indirectè primò contrarius.*
61 *Examen testium, quos tempore renunciationis signabat.*
62 *Quid vbi renunciatio non est iurata.*
63 *Vel quando vult simul producere testes, & instrumenta.*
64 *Processu publicato, & didicitis testificatis non possunt examinari alij testes super eisdem articulis, vel directè contrarijs.*
65 *Et quatenus examinentur, nihil probant.*
66 *Consentiens publicationi testium videtur tacitè renunciare aliorum productioni.*
67 *Nec potest inconstans ad eorum nouam productionem deuenire.*
68 *Remissoria non conceditur ad examinandos nouos testes post publicatum processum, & didicita testificata.*
69 *Quid in causa appellationis, & num.* 61. *cum seq.*
70 *Quid in causa criminali.*

Iudicium

1 QVOAD primam partem de eo, qui produxit testes, illicitam esse inconstantiam voluere Innocent. *in cap. Præsentium col. 2. de testibus*, qui dixit,
2 quod, si Pars semel produxit testes super probatione obiectiua contra testes suæ par-
3 tis proposita, non poterit pœnitere, quia testes pro vtraque parte iurare solent, *cap. non sanè 14. quæst. 5.* & potest esse, quod, si examinentur, magis probabunt confirmationem testium, quàm reprobationem, & Innocent. sequuntur Doctor. vt testatur Panormitanus *in dicto cap. Præsentium num.* 12. Imol. *num.* 9. Felyn. *ibidem, & cap. de testibus num. 13. eodem tit.* Aretin. *conf.* 140. Crauett. *de antiq. temp. par. 1. verb. quæritur num. 2.* Farinacc. *de testibus qu. 62. num.* 224. Capic. *decis. 39. num. 3.*

Quæ doctrina Innocentij licet loquatur in testibus productis ad repulsam, eadem
4 tamen viget ratio in omni casu, ex quo testes debent dicere veritatem in omni causa pro vtraque parte, sic Capic. *dicta decis.* 39. Carthar. *decis. Genuen. execut.* 106. *num.* 9. Farin. *loco cit. num.* 224.

Contrarium voluere Baldus *in l. edita*

num. 108. *C. eden.* qui dicit, *edidi nomina teſtium, ad quod de iure cogor, l. non ex omnibus, ff. de arbitr.* quia nemo de iure inuitus probare cogitur. Volo aliqua
5 nomina detrahere, Aduerſarius contradicit, quæritur an poſſint? Reſpondet Bald.
6 videri quod poſſit, ſed tamen de cætero eos non producet, *l.3.de fid.inſtrum.* & licet atteſtationes ſint communes, tamen pro-
7 ductio teſtium non eſt communis, ſed ſolius producentis, ideò renunciare poteſt productioni. Idem concludit Baldus *dicto loco*, & eo non citato, licet rationibus non habentibus ſaporem, tenet Hieronymus de Laurentijs *deciſ.*116. *per tot.*

8 In hac contrarietate dic, quod, ſi teſtes ſint iurati, tunc nullo modo licita eſt inconſtantia, ſi autem non ſint iurati, non eſt cogenda pars producens ad eos examini ſubijciendum, ſed poterit altera pars eos compellere, vt ſe examini ſubijciant, Capic. *dicta deciſ.* 39. Carthar. *d. deciſ.*106. *num.* 9. qui dicunt ita intelligendum eſſe dictum Innocentij, Marſilian. *deciſ.Ianuæ* 41. vbi tradit ita fuiſſe deciſum in dicto Senatu, Niger *de execut. rei indic. pag.* 286. *nu.*9. Rota *deciſ.*549.*n.*2.*par.*3. *& deciſ.*102.
9 *num.* 18. *par.* 9. *recent.* & aduertendum eſt, quod Rota *in d.deciſ.*549. dixit non eſſe cogendam partem producentem teſtes, etiam iuratos, vt eos examini ſubijciat, ſed relinquendum arbitrio alterius partis, vt poſſit cogere teſtes ad ſubeundum examen, Cancer. *var.lib.*1.*cap.*20.*num.*101. vbi bene ſequitur Poſth. *de manut. obſeruat.*89.*num.*8. *& ſeqq.*

10 An autem teſtes poſſint cogi ad examinandum, ne poſteaquam iurauerunt ſe inconſtantes poſſint ab examine retrahere, videndus eſt Farin. *quæſt.*78. *per tot.*

11 Aduertendum tamen eſt, quod etiamſi ad ipſius inducentis inſtantiam ſint inuiti ad teſtificandum cogendi, vt per Grauat. ad Veſtr. *lib.*16. *cap.*2. *nu.*26. *&* 27. Poſth.
12 *d.obſeru.*89. *nu.* 10. eſt tamen periculoſum eos cogere, quia immemores iuramenti præſtiti, aliquando veritatem tacent, vel imò contra inducentem probant, Poſth. *dicta obſeruat.* 89. *num.* 11. vbi dat caute-
13 lam, quod inducens proteſtetur ſe eos *in parte, & partibus*, inducere, quia tunc
14 cenſetur approbare perſonam non dicta, vt per eum *num.*12.

15 Cæterum ſi inducti ſint ſuper vno articulo limitate, & limitate iurarunt, ac Iuramentum fuerit ſic admiſſum à Iudice, & à parte, poterit pars producens inconſtans eſſe, ſi petat examinari ſuper tota cauſa, Rota *deciſ.* 268. *par.*2. *diuerſ.*

Quo verò ad ſecundam partem quæſtionis de eo, qui renunciauit teſtium productioni, an inconſtans demum illos producere poſſit: Hæc renunciatio dupli-
16 citer poteſt contingere; Primò expreſsè *cap. intimauit*, ibi, *nec eſt ab renunciatum*, ſumpto argumento à contrario ſenſu *extr. de teſtib.* Secundò tacitè, hoc eſt vel poſt-
17 quam publicatus eſt proceſſus, & didicita ſunt teſtificata, vel poſt concluſum in cauſa, *§. quia verò, in auth. de teſtib.*

18 De vnoquoque horum caſuum breuitèr diſſerendum eſt, & compendioſè, cum latiſſimè materiam tractauerit Farinacc. *in ſuo aureo tract. de teſtibus quæſt.*75.

19 Dic ergo primò, quod poſtquam pars renunciauit productioni teſtium, non poteſt inconſtans amplius redire ad illos examinandos, vt ex d. Text. *in d.cap.Intimauit*, volunt Doctor. nempe Butr. Imol. Ancharan. *extr.de teſtib.* Gloſs. per illum Text. *in cap. Cum veniſſent*, & ibi omnes Canoniſtæ *eodem tit.* Surd. *conſ.*176. *num.*7. cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.* 75. *num.* 275.

20 Quæ concluſio habet locum, etiam in cauſa appellationis, vt ſcilicet renuncians productioni teſtium in cauſa principali non poſſit inconſtans eos producere in cauſa appellationis, Innoc. *in cap. Fraternitatis, in princ.* & ibi Hoſtien. & alijs Canoniſtæ *de teſtib.* Farinacc. *d. quæſt.*75. *nu.*279. vbi *num.* 280. refert contrarium tenentes, *& num.*282. concordat opiniones. Sed non recedas à priori opinione, quæ cum habeat locum in tacita renunciatione, hoc eſt publicatis atteſtationibus, vt videbimus, multò magis debet locum habere in ex-
21 preſſa, cum diuerſum non ſit iudicium, licet diuerſum ſit Tribunal, Barb. *in Clem.*2. *de teſtib. à num.* 3.

22 Licita tamen eſſet dicta inconſtantia in cauſa appellationis, quando vellent examinari teſtes ſuper nouis capitulis, depen-
23 dentibus tamen à primis, ſecus ſi articuli eſſent noui, & non pertinentes, Innoc. *in dicto cap. Fraternitatis, de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d. quæſt.*75. *num.*284. *&* 286. Barboſ. *in d. Clem.*2. *num.* 5.

24 Secundò concluſio habet locum, etiam quod renuncians productioni teſtium, nullos prius teſtes induxiſſet, Gloſs. *fin. in cap. Cum veniſſent*, & ibi Doctor. *extra, de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d.quæſt.*75. *num.* 287.

25 Dic primò, licitam eſſe inconſtantiam, ſi Renuncians velit nouos producere articulos, & teſtes, *cap. Cauſam, quæ il* 2. & ibi Canoniſtæ *extr.de teſtib.* cum alijs per Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 288. Barboſ. *ad d. cap. Cauſam quæ num.* 1.

26 Secundò dic, licitam eſſe inconſtantiam in cauſis criminalibus, in quibus
27 probationibus renunciari non poſſe, voluerunt Bald. *in cap. Cum veniſſent num.* 7. & ibi Anchar. Felyn. & alij *relati* à Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 290. Balthaſſar Gomes *de poteſtate in ſeipſum lib.*1. *cap.* 17. *num.* 23.

latè idem Farin. *quæst.39. num.51.* Gallerat. *de renunc. centur. 1. renunc. 34. num. 15.* vbi innumeros refert Viu. *decis. 68. num. 15. & 16.*

28 Quod dictum ampliatur etiam quod renunciatio sit iurata, Bald. *in cap. Pastoralis num.13. in fin. de except. & in l. vnica, C. de confess.* Guttierez *de iuram. confirmat. 3.par. cap.10. num. 8.* Decian. *lib. 9. tract. crimin. cap. 1. num. 26.* cum alijs per Gomes *dicto tract. de potestate in seipsum cap. 18. num. 1.* Gallerat. *d.renunc.34. sub num.15. vers.ampl. dict. conclus.* Viuian. *dicta decis. 68. propè fin.*

29 Secundò ampliatur etiam quod sit imponenda tantummodo pœna mutilationis alicuius membri, Salycet. *in auth. iubemus num. 2. C. iudic.* Balthassar Gomes *loco cit. num. 2.*

30 Tertiò ampliatur tametsi reus dicat, nullas habere defensiones, Iason *l. pactum inter hæredem, ff. de pactis,* Farinacc. qui plures *dicta quæst.39.num.56.* Contra quam ampliationem licet aliqui tenuerint nempe Bald. *in l. Raptores n.4. C.de Episc.& Cler.* & alij per Farinacc. *dicta quæst.39. num. 57.* Gomes *loco cit. num. 4. vers. Contrarium;* Non tamen recedas ab ampliatione, quia verior, communis, & practicata opinio est, vt reus non possit dictis defensionibus renunciare, etiamquod asserat, nullas habere defensiones per ea, quæ tradit idem Balthassar Gomes *loco cit. num.4.* vbi *vers.itaque priori sententiæ,* dicit praxis contraria est euitanda, ne sanguis eorum, qui inducti fuerunt ad eam renunciationem faciendam super Iudice, & Assessore, ac eorum filijs conuertatur, quod etiam admittit Guazzin. *in defens.27. cap.1. num.7.*

31 Et hæc opinio tanto magis sequenda est, quando reus, qui renunciauit inconstans hanc reuocet renunciationem, Marsil. *in prax. cap. Examinanda num. 31.* Foller. Franc. Farin. Laderch. à Guazzino *dicta defens. 27. cap.1. num. 8.* Balthassar Gomes *loco cit. num.4. vers. cæterum casu, quo.*

32 Imò non solum si reus asserat, nullas habere defensiones, sed si notorium sit, nullas habere, crederem nullo modo posse renunciare defensionibus, & facta renunciatione illam posse reuocare, vt benè ad propositum ratiocinatur Balthass. Gomes *loco cit. num.7. vers.ideò ipse contrarium.*

33 Multo ergo magis renunciatio erit illicita, quando est dubium, an reus habeat aliquas defensiones, Rub. Alexand. *l. ferrum quoque, §. publicè num.28. vers. in dubio tamen, ff. de publicis iudicijs,* Farin. *d.qu.39. num. 60.* Guttierez *de iur. confirmat. 3. par. cap. 10. num. 5.* Balthassar Gomes *loco cit. num.5. vers. Contrarium.*

34 Et licet aliqui dissentiant, valereque hoc casu renunciationem affirment, hi tamen concludunt, reum renunciantem posse esse inconstantem, & renunciationem reuocare, Angel. *dicta l. pactum inter hæredem num. 5. ff. de pactis,* cum alijs, quos citat Laderch. *cons.184.nu.8.* idem Gomes

35 *loco cit. num.5.* Cauendum est ergo ab illis, qui volunt, valere renunciationem, quando defensiones sunt illiquidæ, nam quidquid habet reus defensionis siue liquidum

36 sit, siue illiquidum, defensionis pars est, cui non potest renunciari, Balthass. Gom. *loco cit.num.6. vers.sexto ergo ampliatur.*

37 Valere tamen renunciationem defensionis, nec dari hoc casu inconstantiam asserunt Doctor. quando reus repertus est in flagranti, Angel. *de malef. in verb. qui Iudex dictis inquisitis, num. 11.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst. 39. num. 61.* Triuisan. *decis.1.lib.2.* Laderch. *cons.184.nu.8.* Guazzin. *d. defens.27. num.10.* Balthassar Gomes *lib.1. cap.19. nu.11.* qui tamen contrarium defendit *nu.12. vers.sed respondemur,* rationibus, quidem non contemnendis.

38 Secundò, valet renunciatio defensionibus, quando sumus in famoso latrone, Foller. *in prax. verb. & si confitebuntur n.57.* cum alijs per Farinacc. *d. quæst.39. num.63.* Guazzin. *d. defens.27. nu.7.8.& 9.* Gallerat. *de renunc. dicta renunc. 34. sub num. 16. vers. similiter,* Balthassar Gomes *d. lib.1. cap.19. nu. 3.* quamuis ipse more suo contrarium defendat.

39 Tertiò, assassinus poterit renunciare defensionibus, Marsilius *dicto §.examinanda num. 11.* cum alijs per Farin. *d. quæst. 39. num.64.* Guazzin. *d. defens.27. cap.1. nu.10. vers. tertiò limita,* Decian. *lib.19. tract.crim. cap.30. num.29.* Balthassar Gomes *d.cap.19. num. 6.* qui tamen cum Guttier. *de iuram. confirmat. 3.par. cap.10. num.7.* tenet, nullo modo assassinum posse renunciare defen-

40 sionibus, cum cuilibet etiam scelestissimo dandæ sint defensiones, Gallerat. *de renunc. dicta renunc.34. sub num.16. vers.similiter.*

41 Quartò, confessus poterit defensionibus renunciare, Marsilius *dicto §. examinata num.11.12.& 17.* Clar. *quæst.49. num.6.* cum alijs per Farin. *dicta quæst.39. num. 62.* Gallerat. *dicta renunc. 34. sub num. 16. vers. constare autem,* Guazzin. *dicto cap. 1. num. 10. vers. 6.* vbi tamen dicit, hoc procedere si notoriè constaret, nullam defensionem competere aduersus confessionem, aliàs dicta renunciatio non valeret, quod etiam sequitur Guttierez *loco cit. num.5. vers.quatenus verò,* Balthassar Gomes *dicto cap. 19. num. 13.* qui tamen strenuè pluribus rationibus latè contrariam opinionem defendit, nempè confessum crimen non posse defensionibus renunciare.

42 Quintò, valeret renunciatio defensionibus, quando sumus in delictis, pro quibus non irrogatur pœna sanguinis, Marsil.

dicto §. *examinanda num.* 15. cum alijs per Farin. *d. quæst.*39. *num.* 65. *& seq.* Guazzin. *d.defens.*27. *cap.*1. *num.*10.*vers. quintò limita,* Balthassar Gomes *d. cap.*19. *num.*1. Viuius *decis.*68. *in fine* .

43 An autem vbi ex pœna irrogatur infamia, possit quis renunciare suis defensionibus? Farin. Guazzin. & ab eis allegati *loco cit.* tenent non valere renunciationem, Anchar. Aret. Guttier. & Couuarr. *allegati* à Balthassare Gomes *dicto cap.* 1. *num.*2. *vers. contrarium,* tenet oppositum ea
44 ratione, quia, licet quis non sit dominus membrorum suorum, vnusquisque ta-
45 men dominus est famæ propriæ, Anchar. & Aret. *in cap. cum dilecti num.* 6. *de accusat.* cum alijs, quos citat idem Balthass.Gom. *dicto tract. lib.*2. *cap.*12. *num.*3.

46 Sextò, valet renunciatio defensionibus introductis à iure ciuili, secus verò à iure
47 naturali, vel gentium, Marsil. *dicto* §. *examinanda num.* 13. cum alijs per Farin. *dicta quæst.*39. *nu.*67. Guazzin *dicto cap.*1.*nu.*10. *vers. quintò limita,* Balthassar Gomes *dicto cap.*19.*n.*26.28.*&* 29. Gallerat. *d.renunc.*34. *sub num.*16. *vers. intellige.*

48 Septimò, valet renunciatio defensionibus, quando immineret scandalum, Bald. *in l.cum reis, C. de pœnis,* Marsil. *dicto* §.*examinanda num.* 30. Gallerat. *d. renunc.* 34. *sub num.*16. *vers.debent tamen,* Vrsill.ad Afflict. *decis.*391.*num.*4.

Contrarium voluit Balthassar Gomes *loco cit. num.*35. qui dicit, quod si esset Iudex, ab huiusmodi exequutionibus semper abstineret, nam contrarium faciens imitaretur Pilatum pessimum Iudicum, qui innocentissimum Saluatorem Dominum Nostrum crucifixit propter tumultum Iudæorum, Carrer. *in prax. in materia torturæ quæst.*7. *num.*26.

49 Octauò, valet renunciatio defensionibus in crimine hæresis, Carrer. *in tract. de Hæreticis*, §. 8. *num.* 70. Balthassar Gomes *dicto tract. lib.*1. *cap.*19. *num.* 37. licet ipse contrarium teneat. Quidquid dicant Doctor. in hoc Supremo Tribunali S. Officij obseruatur, quod, si Rei renuncient defensionibus, admittitur renunciatio, quando sumus in leuibus delictis; si autem sumus in hæresi formali, vel in delicto, pro quo veniat tradendus reus Curiæ seculari, vel aliàs damnandus sit ad triremes saltem per decennium, renunciatio non admittitur, sed iniungitur Procuratori reorum, vt illas omnino faciat ex officio ea ratio-
50 ne, quia in hoc Sanctissimo Tribunali Iudex ex officio tenetur inquirere defensiones pro Reo inquisito, iuxta Textum *in l.& si non defendantur, ff. de pœnis,* Farin. *de Hæresi quæst.*183. *num.*211.

51 In delictis verò leuibus semper finitur labi terminus ad illas faciendas, Caren. *par.*3. *de defens.reor. tit.*9. §.19. *num.*94.

52 Nonò, valet renunciatio defensionum, quando fit, vt reus citius absoluatur, Bart. *l. custodias, ff. de public.Iudic.* Laderch. *dicto cons.*184. *num.*8. Guazzin. *dicto cap.*1.*nu.*10. *vers.* 7. *limit.*

53 Si tamen reus reuocaret incontinenti renunciationem, vt potest facere, Angel. *in dicta l. Pactum, col. fin. ff. de pactis*, non
54 poterit Iudex aliquam executionem facere contrariam, Marsil. *dicto* §. *Examinanda num.* 31. cum alijs per Balthassarem Gomes *dicto cap.*19. *num.*40.

55 Redeundo modò ad principalem conclusionem, dic tertiò, licitam esse inconstantiam in causa matrimoniali, in qua non attenditur renunciatio, Hostien. *in cap. constitutis, il* 2. *de testib.* Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.*291.

56 Dic quartò, licitam esse inconstantiam, si renunciatio facta sit absente Parte, Aretin. *in dicto cap. Cum venissent num.* 4. *de testib.* Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.* 293.

57 Dic quintò, licitam esse inconstantiam, si ex iusta causa Iudex admiserit renunciantem ad probandum, Bald. *dicto cap. Cum venissent num.* 7. & ibi Boich. *num.* 1. Bellamer. *num.*10. Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.*294. qui *num.*295. latè probat ex clau-
58 sula generali, *si qua mihi iusta causa,* posse concedi restitutionem ad examinandum testes non obstante renunciatione.

59 Dic sextò, licitam esse inconstantiam, quando, qui renunciauit, debet probare suam exceptionem elisam per replicationem aduersarij, Angel. *in Auth. Qui semel num.* 4. *C. de probat.* Innocent. *in dicto cap. Cum venissent,* & ibi Canonistæ *de testibus*, Farinacc. *dicta quæst.*75.*num.*296.

60 Dic septimò, licitam esse inconstantiam, quando renuncians formaret articulum indirectè contrarium primo, quia tunc potest super eo testes examinare, non obstante renunciatione, Bald. *in dicto cap. Cum venisset num.*7.*de testib.* Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.*297.

61 Dic octauò, licitam esse inconstantiam, si producantur testes, quos tempore renunciationis ignorabat, adhibito tamen iuramento, de quo in *dicta Auth. At qui semel, C. de probationibus*, Bart. ibi *num.*12. Castren.*num.*3. & Io.Sichard.*num.*6. Farin. *d. quæst.*75. *num.*298. *& num.*333.

62 Dic nonò, licitam esse inconstantiam, si renunciatio non sit iurata, Felyn.*in cap. Si diligenti num.* 14. *de for. compet.* Monticell. *in repert. test. rubr. Testium productioni quomodo renunc.* Farinac. *dicta quæstione* 75. *num.* 299.

63 Dic decimò, licitam esse inconstantiam, si renuncians velit producere testes, & instrumenta simul, post Monticell. Farin. *d. quæst.*75. *num.*300.

64 In 2. verò casu, quando publicatus est processus, & didicita sunt testificata, fac regulam, illicitam esse inconstantiam, nec posse examinari alios testes super eisdem
65 articulis, vel directi contrarijs, & si examinentur nihil probent, §. *Quia verum*, *vers. Illud tamen*, & ibi Angel. Doct. omnes *in dicta Auth. At qui semel, C. de probat. Canonistæ, in cap. Fraternitatis, ext. de testib.* infinitos allegat Gabr. *de testib. conclus.* 21. *num.* 1. Farinacc. *dicta quæst.* 75. *numero* 68. Greg. XV. *decis.* 497. *num.* 1. *&* *decis.* 583. *item num.* 1. Rot. *decis.* 41. *par.* 7. *&* *dec.* 285. *num.* 7. *par.* 12. *recent.* & alibi sæpissimè, Ridolphin. *in prax. parte prima cap.* 11. *num.* 117.
66 Rationes plures huiusmodi conclusionis assignantur, sed ea, quæ conuenit tractatui nostro illa est, quia consentiens publicationi, tacitè videtur renunciare productioni testium, ideò inconstans ad
67 eorum nouam productionem deuenire non potest, Bellamer. *dicto cap. Fraternitatis num.* 18. Abbas *ibidem*, Surdus *conf.* 8. *num.* 20. Farinac. *loco citato num.* 70. Hinc
68 propterea post publicationem, & didicita testificata non posse concedi remissoriam ad nouos testes producendos, & examinandos voluit Thesaur. *decis.* 262. *num.* 1. Rot. Roman. *dicta decis.* 497. & 583. *coram Greg. XV.* & *dicta decis.* 41. *num.* 1. *par.* 7. *recent.*
69 Hæc autem inconstantia non solum illicita est in causa principali, sed etiam in causa appellationis, Clem. 2. *de testib. dicto cap. Fraternitatis, eodem tit.* & vtrobique Canonistæ, & Ciuilistæ *in dicta Auth. At qui semel, de probat.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 5. *num.* 46. Afflict. *decis.* 216. *num.* 1. cum alijs per Farinacc. *d. quæst.* 75. *num.* 307. Gabr. *dicta conclus.* 21. *numero* 17. *ampliat.* 7. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 11. *num.* 106. bellè Rot. *decis.* 266. *nu.* 2. *par.* 6. *in recent.* Et hoc idem procedere in criminalibus, prout in causa criminali
70 ad exclusionem defensionis rei mediantibus articulis directò contrarijs, dixit Vulpell. *cons.* 136. *per tot.* quem sequitur Vermigliol. *cons. crim.* 262. *per tot.*
71 Et quamuis huic conclusioni videatur refragari, Textus *in l. Per hanc diuinam sanctionem, C. de tempor. appellat.* per quem Textum voluere Doctor. esse permissam inconstantiam, & nouorum testium pro-
72 ductionem in causa appellationis, illius tamen dispositio vel procedit de iure ciuili secundum Bart. *in d. l. Lege numero* 3. Angel. *cons.* 155. *ante num.* 1. Anguisciol. *cons.* 55. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. Vel quia dubium est, an Textus ille sit correctus per §. *Quia verò, in Auth. de testib.* vt dicit Anguisciol. *loco citato num.* 6. seruandum est ius canonicum etiam in foro ciuili, Bart. *dicta l. Per hanc numero* 5. *ad fin. vers. Videmus Domini*, vbi quod cum Textus iuris
73 Canonici dicat *directo contrarium in dicto cap. Fraternitatis, de testib.* Ideò standum est illi Decretali, Rip. *l. Is apud quem numero* 43. *C. de eden.* Guidopap. *decis.* 14. & *decis.* 347. *propè fin.* Castr. *cons.* 192. *num.* 5. Surd. *dicto cons.* 8. *num.* 10. Quoties enim aliquod de iure ciuili dubium existit, iure autem Canonico clarè diffinitum, vel si etiam iure ciuili clarum existit, manifestò tamen iure Canonico corrigitur, tunc standum est iuri Canonico in vtroque foro, Misinger. *obseruat.* 41. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 65. & *in dicto cap. Fraternitatis num.* 7. *cap.* 1. *&* *seq.* vbi Gloss. & communiter Doctor. *de nou. oper. nunc.* & ita in puncto ratiocinatur doctissimus Coccin. *decis.* 266. *à num.* 4. *vsque ad* 9. *p.* 6. *recent.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *à num.* 302. *vsque ad num.* 314. vbi *num.* 313. dum dicit seruandas esse consuetudines fori, non benè loquitur ex traditis à Rot. *dicta decis.* 266. *num.* 8. *parte* 6. *recent.*
74 Dic primò, licitam esse inconstantiam in causa appellationis, si articuli sunt dependentes à primis, Gloss. *in dicto cap. Fraternitatis, vers. Nouis*, & ibi Innoc. *num.* 2. Hostien. *num.* 5. Marian. Soccin. *num.* 93. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 75. *numero* 314. qui *num.* 315. ait dictum hoc non procedere, si testes producti in priori instantia iurauerunt dicere veritatem non solùm super articulis, sed etiam super tota causa, ex Innoc. Soccin. Angel. & alijs ibidem per eum *allegatis*.

Dic secundò, licitam esse inconstantiam, si in causa appellationis producuntur articuli noui, connexi tamen, & dependentes à primis, secus si super omnino
75 nouis, diuersis, ac impertinentibus, vt probat Text. *in dicto cap. Fraternitatis*, & declarant Bald. *ibidem num.* 6. *&* 7. Bellamer. *num.* 42. *&* 43. Imol. *num.* 3. Ancharan. *num.* 8. Zabarell. *nu.* 7. cum alijs per Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 316. & 317.
76 Dic tertiò, licitam esse inconstantiam, si producantur articuli indirectè, non verò directè contrarij primis articulis, Alber. de Malett. *dicto tract. de testib. cap.* 7. *num.* 114. Campeg. *eodem tract. regul.* 269. *vers. Secundo fallit*, cum alijs per Rot. *dicta decis.* 266. *numero* 12. *parte sexta recentior.*
77 Dic quartò, licitam esse inconstantiam in causa appellationis, si producantur testes super iisdem articulis prioris instantiæ, & contineant materias magis explicitè specificatas, & distinctas, Abb. *in d. cap. Fraternitatis nu.* 8. & plures citat Rot. *coram Caualerio decis.* 469. *num.* 3. vbi lo-
78 quitur etiam in gradu restitutionis in integrum, & Greg. XV. *decis.* 191. *num.* 3. & *coram Coccin. dec.* 23. *nu.* 2. *&* *dicta dec.* 266.

*num.*13. vbi aliæ numerantur *par.*6. *recent.* Ridolphin. *in praxi par.*1. *cap.* 11. *nu.* 127. Duran. *decis.*236. *num.*3.

79 Dic quintò, licitam esse inconstantiam in causa appellationis in omni casu, in quo in causa principali admittuntur testes post publicationem, Butr. *in dicto cap. Fraternitatis num.*15. & ibi Marian. *numero* 106. Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.* 118.

80 Sicuti è contrario in omni casu, in quo non admittuntur testes in causa principali post publicationem, nec etiam admittuntur in causa appellationis, Butr. *dicto cap. Fraternitatis nu.*15. Farin. *loco cit. numero* 320.

81 Secundò, illicita est inconstantia post publicationem, etiam quod testificata didicita non fuerint, quia sola publicatio est terminus exclusiuus productioni aliorum testium, Paris. *dicto cap. Fraternitatis num.*64. latissimè Surd. *cons.*176. *num.*3. *& seq.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.* 76. & latius reassumpto articulo *cap.*8. *num.*325.

82 Sed hoc intelligendum est, si publicatio facta sit Parte sciente, & petente, secus autem si ea inscia, vel absente, quia tunc necessarium est, vt non detur in-
83 constantia, quod etiam fuerint didicita testificata secundum distinctionem, Bart. *in dicta Auth. Qui semel num.* 17. *C. de probat.* & post alios latissimè comprobat Surd. *dicto cons.* 176. *num.*4. *& seq. & nu.*8. vbi quod ex publicatione oritur præsumptio, quod Pars didicerit testificata, & propterea Iura Canonica ponderant solum publicationem, non autem percunctationem, & hanc distinctionem sequitur Rot. *in Albanen. confinium* 22. *Aprilis* 1622. *coram Pirouano*, registrata post Posth. *de manutenendo decis.* 62. *la prima numero* 6. 8. *&* 9. Adden. *ad decis. Buratt.* 228. *nu.*23.

84 Et hæc procedunt quamuis Pars protestetur in actu publicationis nolle testificata didicere, quia huiusmodi protestatio tanquam facto contraria non releuat, petendo enim publicationem, fateri vide-
85 tur, se habere notas depositiones, & scire testificata, Surd. *dicto cons.* 176. *numero* 4. Rota *in dicta Albanen. confinium coram Pirouano num.*12. Adden. *ad dict. dec. Buratti* 228. *num.* 23. *in fin.* & ad hæc possunt reduci ea quæ longa serie ratiocinatur, Farinacc. *dicta quæst.* 75. *à num.* 324. *vsque ad num.*341.

86 Tertiò dic, illicitam esse inconstantiam non solum si quis velit examinare testes super iidem articulis, vel directo contrariis, sed etiam si super nouis, Rot. *dec.*26. *de testib. in nou.* Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap. fin. num.*3. Seuerol. *de remiss. cap.* 6. *numero* 2. & Rot. sæpissimè, vt testatur Buratt. *decis.*130. *numero* 2. Dummodò articuli sint
87 omnino noui, secus autem si sint dependentes, pertinentes, aut aliquo modo in-
88 clusi sub primis, vt concordando contrarias opiniones voluit Bald. *in dicta Auth. At qui semel num.*2. *C. de probat.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.*77. 78. *&* 82.

89 Quartò dic, illicitam esse inconstantim, etiamsi essemus in causa summaria, Abb. *dicto cap. Fraternitatis num.* 1. & ibi Aretin. *num.* 22. Menoch. *de Arbitr. lib.*1. *quæst.* 34. *num.* 3. Osasc. *decis.* 1. *numero* 26. Surd. *cons.*118. *num.*11. *lib.*1. cum alijs per Farinac. *dicta quæst.* 75. *num.* 83. qui licèt *num.* 84. adducat multos contrarium te-
90 nentes, dicit tamen sibi placere hanc opinionem, quia timor subornationis viget etiam in summarijs.

91 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam post didicita testificata, siue quis didicerit per se, siue per alium, *dicto* §. *Quia verò, in Auth. de testib. cap. pen. ext. de testib.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.*26.

92 Dic sextò, illicitam esse inconstantiam post didicita testificata, non solum quando propria sunt testificata, sed etiam si sint Partis aduersæ, *dicta Auth. At qui semel*, & ibi Gloss. & Doct. *C. de probat.* Canonistæ *in dicto cap. Cum venissent, de testib.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.*89. Ea tamen Pars, quæ
93 non didicit testificata, non excluditur à beneficio inconstantiæ, Alber. *d. Auth. At qui semel num.*6. *C. de probat.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.*90.

94 Dic septimò, excludi inconstantiam post didicita testificata, etiam quod non sit facta publicatio testium, *d. Auth. At qui semel*, Farinacc. *dicta quæst.* 75. *numero* 88. Rot. *dicta decis.* 266. *num.*11. *par.* 6. *recent.*
95 vbi quod sufficit, quod in potestate Partis remanserint depositiones testium, Bart. *dicta Auth. At qui semel num.* 18. Gregor. XV. *decis.*583.

96 Dic octauò, illicitam esse inconstantiam post publicationem non solum si quis vellet producere testes super iisdem, vel directo contrarijs articulis, sed etiam super alijs, & diuersis, inclusis tamen sub primis de necessitate probationis, Bart. *in dicta Auth. At qui semel num.*24. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 91. vbi *num.* 92. exemplificat, quando primi ar-
97 ticuli continent præscriptionem, secundi verò titulum, & possessionem.

98 Dic nonò, illicitam esse inconstantiam, vt post publicationem testes non possint produci, non solum si producti sint super articulis firmatis, sed etiam quando illis non firmatis producti sunt super libello, petitione, vel tota causa, Imol. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 12. *extr. de testib.* cum alijs per Farinac. *dicta quæst.*75. *num.*96.

99 Primò, licita erit inconstantia, si testes primi sint nulliter, & non ritè examinati,

Clem. 2. de testib. & ibi Imol. Anchar. Zabarell. Bonifac. & alij relati à Farinacc. *dicta quæst. 75. numero 358.* Barbos. *in dicta Clem. 2. nu. 7.* & est tritum axioma in Rota,
100 testes nulliter examinatos dare sufficiẽtem fumum concedendi remissoriam, Ruin. *cons. 46. num. 10. lib. 4.* Cassad. *dec. 3. num. 2. de dilat.* Verall. *decis. 208. numero 10. par. 1.* Seraphin. *decis. 585. num. 1.* cum alijs per Adden. *ad dec. Greg. XV. 562. n. 6.*
101 Quæ limitatio procedit, etiam quod publicatio sit facta ad instantiam Partis, testes producere volentis, Butr. *in d. cap. Fraternitatis num. 14.* & ibi Soccin. *num. 32. extr. de testibus*, Farinacc. qui alios *dicta quæst. 75. num. 360.* Non tamen procede-
102 ret, vel si ope exceptionis tantummodo posset examen repelli, & mutari, nec esset ipso iure nullum, vel si nullitas non in-
103 fluit in examen, vt multis relatis idem Farinacc. *dicta quæst. 75. num. 361. & 363.*
104 An autem, si didicita sint testificata, nulliter facta possit quis producere nouos testes; variant Interpretes; non recedas ab opinione affirmatiua, quā magis communem dixit Thesaurus *decis. 28. num. 1. & seq.* Farinacc. *dicta quæst. 75. num. 365.* pro ea videtur facere Textus *in l. fin. C. de testib.* quem explicat Barbos. *ad dict. Clemen. 2. num. 6.*
105 Secundò, licita est inconstantia, si testes quidem sunt ritè, & rectè recepti, sed publicatio nulliter facta est, Bald. *in l. per hanc num. 25. C. de temp. appellat.* Io. Andr. *in cap. Fraternitatis num. 23.* Butr. *num. 14.* & alij à Farinac. *dicta quæst. 75. numero 375.* Rota *decis. 13. aliàs 163. de testib. in nou.*
106 Quod maximè procedit si publicatio facta sit Parte inuita, & reluctante, Io: Andr. *in dicto cap. Fraternitatis numero 25.* & ibi Bellam. *num. 19.* Butr. *num. 14.* Imol. *num. 5.* Anchar. *num. 17.* Abb. *num. 4.* Aret. *num. 28.* Soccin *num. 24.* Felyn. *numero 10.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst. 75. nu-*
107 *mero 376.* Imò si facta sit parte inscia, & absente, vt voluere Bart. *in dicta Auth. At qui semel num. 17.* & ibi Castren. *num. 3. C. de probat.* Canonistæ *in dicto cap. Fraternitatis*, Farinac. *d. quæst. 75. num. 382.*
108 Si verò Pars ipsa peteret publicationem, & nihilominus protestaretur, se velle producere nouos testes non obstante publicatione, talis protestatio nihil operaretur, veluti contraria facto, Imol. *dicto cap. Fraternitatis*, & ibi Marian. Socc. *num. 181.* Farinacc. *dicta quæst. 75. nu. 379.* Surd. *dicto cons. 176. num. 4. lib. 2.* Rota *decis. 62. la prima num. 12. post tract. Posthij de manut.* Sicut etiam si Pars didicisset testi-
109 ficata, quia non obstante publicatione facta Parte inuita cessaret inconstantia, Imol. *dicto cap. Fraternitatis num. 5.* Aret. *num. 28.* Marian. Soccin. *num. 36.* Boich. *num. 6.* Farin. *d. quæst. 75. num. 380.*
110 Quemadmodum cessaret etiam inconstantia, si Iudex ex causa inuita Parte, vel etiam ignorante, legitimè tamen citata, testes publicasset, Imol. *in cap. Constitutus il 2. num. 5. extr. de testib.* Farinacc. *dicta quæst. 75. num. 381.*
111 Tertiò, licita est inconstantia, quando sumus in diuersa instantia, & in diuerso iudicio, publicatio enim facta in vno iudicio non impedit productionem testium
112 in alio, Bart. *dicta Auth. At qui semel numero 10.* & ibi Angel. *num. 2. C. de probat.* Farin. qui alios *d. quæst. 75. num. 102.*
113 Sed hoc dictum patitur plures limitationes, & prima est, si iudicium, & instantia ita sunt diuersa, vt exceptio rei iudicatæ in vno non pareret exceptionem rei iudicatæ in alio, secus si pareret.
114 Secunda est, si vltra publicationem didicita sunt testificata.
115 Tertia est, quando personæ sunt eidem, eadẽ agendi causa, & idem petitur.
116 Quarta, quando in prima instantia esset plenè cognitum, itaut sententia pareret rem iudicatam in alio iudicio, Farinacc. qui authoritatibus bonis comprobat, *d. quæst. 75. nu. 103. 104. 105. & 106.*
117 Hinc primò infertur, publicationem factam in possessorio iudicio non impedire productionem aliorum testium in petitorio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis numero 17.* Imol. *num. 8.* Marian. *num. 131.* Paris. *nu. 57.* Farin. *d. quæst. 75. num. 107.*
118 Ita è contra publicatio testium facta in petitorio non tollit inconstantiam in
119 possessorio, ex quo agitur ad diuersum finem, Rol. *cons. 45. num. 19. lib. 2.* Rota *decis. 23. aliàs 437. de fid. instrumen. in antiq.* Farinacc. *dicta quæst. 75. num. 109.*
120 Si verò in summario iudicio testes essent plenariè recepti, tunc eorum publicatio obstaret in petitorio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num. 17.* & ibi Aretin. *num. 14.* Farin. *dicta quæst. 75. num. 110.* & ratio esse
121 potest, quia testes plenariè recepti in summario iudicio probant in plenario, Butr. *in cap. Cum dilectus, §. verum num. 35. de ordin. cognit.* Felyn. *in cap. causam il primo nu. 6. extr. de testib.* cum alijs per Greg. XV. *decis. 535. num. 14.* & ibi Adden. *litt. C.*
122 Secundò infertur, vt, facta publicatione testium examinatorum coram Arbitro, non impediatur quis examinare, &
123 producere alios testes coram Iudice, ex quo sumus in diuerso iudicio, *l. fin. C. de testib. cap. præsentata*, vbi Doctor. *eodem tit.*
124 Farin. *dicta quæst. 575. num. 112.* qui *sequentibus numeri*, siue mutato iudicio de Arbitratore ad Iudicem, siue non mutato ad notata per Marian. Soccin. *in dicto cap. Fraternitatis nu. 132. de testib.* Illatio tamen
125 non procedit, si, facta publicatione, pars

pars eorum attestationes acceptaret, tunc enim, non datur inconstantia, Marian. *loco cit. num.*132. Farin. *loco cit. num.*115.

126 Secundò procedit, quando testes sunt mortui, tunc enim, quia fidem faciunt coram Iudice, *l. fin. C. de testib.* Greg. XV. *dicta decis.* 535. *num.* 12. facta publicatione

127 cessat inconstantia, Marian. *dicto nu.*132. Farin. *dicta quæst.*75. *num.*116.

128 Quemadmodum etiam cessaret, si facta publicatione coram Iudice, vellent produci alij testes coram Arbitro, cum arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, *l.* 1. *ff. de arbitr.* Marian. *d. num.*132. Farin. *num.*117. Secus, si coram arbitratore, seu

129 amicabili compositore, & hoc in vim potestatis arbitratorum, *cap. Quintauallis, extr. de iure iur.* Marian. *dicto nu.*132. Gabr. *de testib. lib.* 1. *conclus.*21. *num.* 62. Farinacc. *num.* 118.

130 Quartò, licita erit inconstantia, quando sumus in iudicio nullitatis, si testes non tendant ad eundem finem, vt declarant Butr. & Marian. *dicto cap. Fraternitatis*, ille *num.*16. iste *num.*132. Farin. *dicta quæst.*75. *num.*119. *&* 120.

131 Quintò, licita erit inconstantia, quando sumus in casu, quo sententia non transit in iudicatum, tunc enim post factam publicationem possunt testes examinari, Canonistæ omnes *in dicto cap. Fraternitatis*, quos recenset idem Farin. *num.*124.

132 Et propterea, licet attestationes peritorum sint publicatæ, potest tamen probari contrarium per alios peritiores, Marian. *dicto cap. Fraternitatis num.* 173. Gabr. *dicta conclus.*21. *num.*89. Farinacc. *num.*124. *&* 125.

133 Sicuti etiam post publicationem testium deponentium de credulitate alij testes possunt examinari, de credulitate contrarium deponentes, Gabr. *dicta conclus. num.*148. Farin. *dicta quæst. num.*126.

134 Hinc infertur licitam esse inconstantiam in causa matrimoniali, quia eius sen-

135 tentia nunquam transit in iudicatum, *cap. series, cap. constitutus, extr. de testib.* latè Farin. *dicta quæst.*75. qui propemodum infinitos allegat *num.* 383., addo Thesaur. *decis.*8. *num.* 2. qui hanc rationem assignat Ricc. *collect.* 1769. *par.* 5. Barbos. *ad dict. cap. series num.*2. *de testib.* & multo magis si

136 Iudex in huiusmodi causa procedat ex officio, Paris. *in dicto cap. Fraternitatis, de testib. num.*25. *in fin.* Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.* 385.

137 An autem hæc illatio procedat in matrimonio spirituali? dissentiunt Doctor. nam Paris. *dicto cap. Fraternitatis num.* 26. & Gabr. *de testib. conclus.* 2. *num.*70. Felyn. & Abb. ab eo *allegati* tenent opinionem affirmatiuam. Negatiuam verò tenet Moncad. ad Crot. *in tract. de testib. nu.*265. *litt. R.* Quæstionis resolutio dependet ab

138 eo, an sententia super matrimonio spirituali transeat, vel ne in iudicatum? de quo videndus est Couuarr. *de matrimon. par.*2. *cap.*8. §.12. *num.*14. Si enim transit in iudicatum, tunc illicita est inconstantia, secus, si non transeat; Tu dic, quod, si sententia lata sit contra legem Diuinam, tunc non transit, si autem contra legem positiuam, bene transit, vt post Hostien. tenet Butr. *in cap. cum dilectus* 32. *num.* 67. *&* 68. *de elect.*

139 Dic primò, in causa matrimoniali illicitam esse inconstantiam, si testes producuntur pro matrimonio, secus autem contra matrimonium, Io. Andr. *in cap. series num.*9. & ibi Bellamer. Ancharan. & Felyn. *de testib.* & alij, quos refert Farin. *dicta quæst.*75. *num.* 388.

Contrarium voluere Butrig. *in dicto cap. series*, Zabarell. Abb. Felyn. ibid. Paris. *dicto cap. Fraternitatis nu.*25. Alber. Malett. *de testib. cap.*7. *num.*131. quos refert Farin. *dicta quæst.*75. *num.* 389. ea ratione, quia siue pro matrimonio, siue contra testes producantur, semper vertitur periculum animarum, cui opinioni libenter adhæreo; Vide tamen Farinacc. *loco cit.* qui

140 Doctor. distinguentes affert, & latè tradit, quando testis dicatur deponere contra matrimonium.

141 Dic secundò, in causa matrimoniali licitam esse inconstantiam in productione testium in casibus, in quibus sententia non transit in iudicatum, secus verò si transeat, Butr. *in d. cap. Fraternitatis nu.*16. Gail. *obseruat.*105. *num.*6. *lib.*1. Farin. *dicta quæst.*75. *num.*399.

142 Dic tertiò, illicitam esse inconstantiam in causa matrimoniali, si testes producerentur super extrinsecis ad vinculum matrimonij, Butrig. *dicto cap. Fraternitatis num.*16. Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.*400.

143 Et propterea, si testes producerentur ad impugnandum processum factum in causa matrimoniali, obstaret publicatio, Gloss. *in cap. Constitutus il secondo, vers. dixerit*, Innocent. *ibid. in princip.* Hostien. *num.*4. Io. Andr. Bald. Bellam. Butr. Zabarell. & alij à Farin. *d. quæst.*75. *num.*401.

144 Dic quartò, illicitam esse inconstantiam in causa sponsalium, quia tunc obstat publicatio, Paris. *dicto cap. Fraternitatis num.*26. Farin. *dicta quæst.*75. *num.*403.

145 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam in causa matrimoniali, quando de nullo periculo animæ agitur, Bonifac. *in Clem.* 2. *num.*149. *de testib.* Gabr. *d. concl.*21. *num.* 70. *de testib.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.*404.

146 Aduerte tamen, quod in casibus, in quibus testes in causa matrimoniali post publicationem admitti possunt, non paf-

ſim Iudex illos admittere debet, ſed ex
147 cauſa, & cum aliquali cognitione, vt ſcilicet ceſſet timor ſubornationis, vexatio partium, & elongatio iudicij, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num.27. de teſtib.*

148 Et propterea producens ſic teſtes debet iurare, illos non ſubornaſſe, aliàs non admittitur ad illos producendum, vt declarat Moncad. *loco cit.* Farin. *d. quæſt.* 75. *num.* 406.

149 Secundò infertur, poſt publicatas peritorum relationes poſſe probari contrarium per alios peritiores, Marian. Soccin. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 173. Adden. ad Abbat. *ibidem num.4. littera C*, cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*75. *nu.*124. & 127.

150 Sicuti etiam poſt publicationem teſtium deponentium de credulitate admittuntur alij teſtes de eadem credulitate deponentes, Gabr. *dicta concluſ.* 21. *num.*148. Farin. *dicta quæſt.*75. *num.*126.

151 Sextò dic, licitam eſſe inconſtantiam, quando variatur modus agendi; vel quia
152 primò fuerit actum ad vnum finem, & deinde agatur ad alium, Bald. *in dicta Auth. at qui ſemel num.*1. Salycet. *num.*5. *C. de probat.* Hoſtien. & alij *in d. cap. Fraternitatis*, & plures alij *relati* à Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.*128. Ridolphin. *in prax. par.*1. *cap.*11. *num.*126. Buratt. *deciſ.*824. *num.*4.

153 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando ſumus inter diuerſas perſo-
154 nas, publicatio enim facta in vno iudicio non obſtat in alio, vt tradunt *relati* à Farinacc. *dicta quæſt.*75. *num.*132.

155 Dic ſeptimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando articuli ſunt dependentes ab antiquis, quia tunc poſt publicationem poſſunt ſuper illis teſtes examinari, Gloſs. *in d. cap. Fraternitatis*, & ibi Hoſtien. *num.*8. Io. Andr. *num.* 13. Bald. *num.* 1. 6. & 7. & cæteri Canoniſtæ *relati* à Farin. *d. quæſt.*75. *num.*136.

156 Quod verum eſt, niſi teſtes iurauerint dicere veritatem ſuper tota cauſa, & ſint à Iudice interrogati ſuper eadem tota cauſa, vt benè Farinacc. *loco cit. num.* 137. & 138.

157 Dic nonò, licitam eſſe inconſtantiam, quando teſtes examinantur ſuper articulis
158 indirectè contrarijs, vt puta probando negatiuam, iuxta terminos *legis optimam*, *C. contrah. & commit. ſtipul.* latè Farin. *dicta quæſt.*75. *nu.*139. vbi ampliat, & ſublimitat hoc dictum.

159 Dic decimò, licitam eſſe inconſtantiam in cauſa matrimoniali, & criminali, quando quis vult probare falſitatem teſtium à parte productorum, vt conciliando opiniones benè diſtinguit Farinacc. *dicta quæſt.*75. *à nu.*144. *vſque ad* 150. Quod tanto magis habet locum, quando proponitur falſitas cum corruptione, tunc enim ad huiuſmodi falſitatem cum cor-
160 ruptione probandam teſtes poſt publicationem admittuntur, Gloſs. §. *quia verò*, *verſ. illud tamen*, *in verbo non habebit*, *verſ. Sed tu diſtingue*, & ibi Angel. *num.* 19. *in Auth. de teſtib.* cum alijs per Farin. *loco cit. num.* 150.

161 Dic vndecimò, licitam eſſe inconſtantiam, quando quis vult reprobare perſonas teſtium publicatorum, vel dicta, & perſonas, Bart. *in d. Auth. at qui ſemel nu.*25. *C. de probat.* cum alijs per Farin. *d. quæſt.*75. *num.*152. & 153.

162 Dic duodecimò, licitam eſſe inconſtantiam, vbi tractatur de reprobando teſtes reprobatorios partis aduerſæ, & de coadiuuando priorem probationem, & confirmando primos teſtes examinatos, Gloſs. *d. Auth. at qui ſemel, in verb. producitur*, & ibi Doctor. Farin. *d. quæſt.* 75. *num.*153. qui tamen ſublimitat hoc dictum, vſque ad *num.* 163.

163 Dic decimotertiò, licitam eſſe inconſtantiam, quando tractatur de probanda partis confeſſione, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 14. *de teſtib.* Farinacc. *loco cit. num.* 163.

164 Dic decimoquartò, licitam eſſe inconſtantiam ſuper articulis directè contrarijs, quando non poteſt imputari parti producenti, quare non fecerit examinare, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis nu.*88. Farin. *loco cit. num.*168.

165 Dic decimoquintò, licitam eſſe inconſtantiam, quando pars ex articulis partis aduerſæ potuit inſtrui de eo, ſuper quo vult producere teſtes, Bald. *l. per hanc num.* 24. *C. tempor. appellat.* Farinacc. *loco cit. num.* 169. Et propterea ſi articulus aduerſarij fuit confusè formatus, vt ex eo producens non poſſit plenè inſtrui, dabitur huiuſmodi inconſtantia, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 13. & 14. Farinacc. *num.* 170.

166 Dic decimoſextò, admitti inconſtantiam, quando quis vult probare per teſtes notorium, vel producere teſtes ſuper euidentia facti, poſt Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.*170. & 171. Farinacc. *num.*171. & 172.

167 Dic decimoſeptimò, dari inconſtantiam, quando quis vult producere teſtes ſuper fama, Doctor. *dicto cap. Fraternitatis*, præſertim Aretin. *num.*61. Felyn. *nu.*7. Farinacc. *num.*174.

168 Dic decimooctauò, licitam eſſe inconſtantiam, quando tractatur de periculo animarum, Boich. *dicto cap. Fraternitatis num.*10. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.*176.

169 Dic decimononò, licitam eſſe inconſtantiam in cauſis beneficialibus, maximè Curatis, Soccin. *d. cap. Fraternitatis nu.*180. Farinacc. *num.*177.

170 Dic vigesimò, licitam esse inconstantiam in causa Monachatus, Felyn. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 9. Farin. *num.* 178.

171 Dic vigesimoprimò, posse quem esse inconstantem in producendo testes post publicationem, si altera pars consentiat, Bald. *dicta l. per hanc num.* 6. *vers. non obstat, C. de probat.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *nu.* 179. vbi *num.* 181. dicit, hoc non procedere in
172 materia tangente bonum publicum, vt *in cap. si diligenti, de for. compet.* tunc enim
173 nec de consensu partium, potest fieri noua probatio post publicationem.

174 Quod dictum est, licitam esse inconstantiam de partium consensu, amplia ad consensum tacitum, si enim testes produ-
175 cantur post publicationem, & pars non opponat, vtique probant Hostien. *dicto cap. Fraternitatis num.* 3. Farinacc. *d. quæst.* 75. *num.* 182.

176 An autem in causa criminali licita sit inconstantia? Dic, quod aut Iudex procedit ex officio, vel ad instantiam partis, siue Procuratoris Fiscalis, priori casu licita est inconstantia, secundo verò non, vt latè probat, ampliat, ac limitat Farinacc. *dicta quæst.* 75. *à num.* 407. *vsque ad* 430. latissimè Conciol. *resolut. crimin. in verb. testes quoad examen, resolut.* 1. *per totam.*

177 Quod intellige, quando testes vellet pars producere ad offensam, secus si ad defensam, quia si agatur de pœna corporali, licita erit inconstantia, Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 420. *&* 422.

178 Dic vigesimosecundò, licitam esse inconstantiam, quotiescunque pars vellet testes examinare ad comprobationem Instrumenti, Bald. *in l. ampliorem col.* 8. *C. de appellat.* Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 189.

179 Dic vigesimotertiò, licitam esse inconstantiam, si testes de nouo reperiantur, Marsil. *l.* 1. *§. si quis vltro num.* 21. *ff. de quæst.* Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 190. Quod eo
180 magis procedit, si pars per viam restitutionis in integrum procedat, Soccin. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 153. Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 435.

181 Dic vigesimoquartò, dari inconstantiam ex causa superueniente, Gloss. *in §. quia verò, vers. illud tamen, in verb. non habebit, in Auth. de testib.* Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 192. 193. *&* 194. vbi exemplificat.

182 Dic vigesimoquintò, licitam esse inconstantiam, quando testes examinandi
183 essent dignissimi, vtpote Episcopus, & Archiepiscopus, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 107. Farin. *num.* 195.

184 Dic vigesimosextò, licitam esse inconstantiam, si ex testibus productis aliqui non sunt examinati, Io. Andr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 25. Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 197. qui tamen *num.* 198. adducit Petrum Surdum *cons.* 8. *num.* 19. contrarium sentientem, & *num.* 199. reprobat distinctionem Gabriellis *in conclus.* 21. *de testibus num.* 127. Quod multo magis procedit, si
185 nulli essent testes producti super datis articulis, Gloss. per illum Text. *in cap. causam, quæ, il secondo, in verb. alijs capitulis, vers. intellige*, & ibi Hostien. & alij Canonistæ *de testib.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 200.

186 Dic vigesimoseptimò, dari inconstantiam, si testes examinati, & interrogati dixerunt, se nihil scire, Addent. ad Bartol. *in dicta Auth. at qui semel num.* 18. Farinacc. *num.* 201.

187 Dic vigesimooctauò, licitam esse inconstantiam, si testes non fuerunt interrogati, vel non bene, aut perfectè interrogati, & examinati super capitulis produ-
188 ctis dolo, aut culpa Iudicis examinantis, *cap. per tuas, de testib.* Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 202. Secus si culpa partis, Felyn. *in d. cap. Fraternitatis num.* 5. Farin. *num.* 203.

189 In dubio autem præsumitur culpa, & negligentia in Iudice, Farinacc. *quæst.* 66. *num.* 282. *&* *dicta quæst.* 75. *num.* 204.

190 Dic vigesimonono, dari inconstantiam, quando tractatur de probando aliquid, quod continetur sub primis articulis de necessitate facti, sed non de necessitate probationis, Angel. *dicto §. quia verò num.* 19. *in Auth. de testib.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 205. vbi *num.* 206. dat exempla, & prosequitur materiam vsque ad *num.* 209.

191 Dic trigesimò, dari inconstantiam, quando agitur de probando aliquam qualitatem contractus in primis articulis deducti, & probati, Bartol. *in dicta Auth. at qui semel num.* 25. Farin. *dicta quæst.* 75. *nu.* 210. vbi *nu.* 211. declarat. Et propterea, quando in primis articulis fuit deducta, & probata excommunicatio, possunt post publi-
192 cationem testes examinari super qualitate excommunicationis, Alberic. *dicta Auth. at qui semel num.* 6. Canonistæ *in dicto cap. Fraternitatis*, Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 213. vbi *num.* 214. 215. *&* 216. declarat.

193 Dic trigesimoprimò, dari inconstantiam, quando agitur de probanda legitima ætate contrahentis, vel ingredientis Religionem pro validitate contractus, vel ingressus, Butr. *d. cap. Fraternitatis num.* 10. Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 217.

194 Dic trigesimosecundò, dari inconstantiam, quando testes super primis articulis inducti deposuerunt extra articulos super aliquibus dependentibus ab eis, tunc enim post eorum publicationem possunt alij testes examinari super eis non dependentibus, super quibus primi testes deposuerunt, Hostien. *dicto cap. Fraternitatis n.* 10. Farinacc. *dicta quæstione* 75. *num.* 218. vbi

num. 219. 220. *&* 221. declarat.

195 Dic trigesimotertiò, licitam esse inconstantiam, si instantia sit perempta, Hostien. *dicto cap. Fraternitatis post num. 3.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.* 222. qui tamen *num.*223. *&* 224. bene declarat.

196 Dic trigesimoquartò, licitam esse inconstantiam, si accedat Principis concessio, Butr. *dicto cap. Fraternitatis num.* 14. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæst.* 44. *num.* 5.

197 vbi, quod Princeps censetur concessisse, quando rescribit cum clausula, *non obstante,* Farinacc. *d.quæst.*75.*num.*225. *&* 226.

198 qui *num.*227. ampliat in Papa, & *nu.seqq.* benè declarat.

199 Dic trigesimoquintò, inconstantiam esse licitam, si est facta publicatio testium examinatorum ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, Butr. *dicto cap.Fraternitatis nu.*14. Farinacc.*d.quæst.*75. *num.*231. qui *nu.* 232. contrarium tenentes adducit, & *nu.*233. concordat, & *nu.*234. sublimitat.

200 Dic trigesimosextò, dari inconstantiam, quando attestationes sunt deperditæ, Bald. *dicta l. per hanc num.* 25. Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.*235. Dummodo tamen sint deperditæ à Iudice, vel à Notario, non autem si perdantur ab ipso producente, & taliter sint deperditæ, vt de illis nullatenus possit apparere, Farin. *d. quæst.*75. *num.*236.*&* 237.*& num.*238. vbi dicit relinqui arbitrio Iudicis, cuius culpa deperditæ sint, ex Parisi. *dicto cap. Fraternitatis num.* 34.

201 Dic trigesimoseptimò, licitam esse inconstantiam, quando tractatur de declarando dubias testium depositiones, Doct. *in cap. cum clamor,* & ibi Gloss magna *in verb.deposuere, de testib.* Farin.*dicta quæst.*75. *num.* 239.

202 Dic trigesimooctauò, licitam esse inconstantiam, si à Iudice fuerit pars restituta ad examinandum post publicationem ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa,* Innocent. *cap. intimauit,* & cæteri Canonistæ *extr. de testib.* Farinacc. *dicta quæst.* 75. *num.*431. vbi *num.* 432. facta conclusione,

203 quod maiori conceditur restitutio ad examinandos testes post publicationem enumerat *in seqq. numeris* causas restitutionis iustas, vbi etiam quid de minore, ru-

204 stico, & Ecclesia, ad quem te remitto, ne videar omnino hic omnia eius dicta transplantare.

205 Dic trigesimononò, dari inconstantiam, si in loco iudicij adesset consuetudo, vt post publicationem possint testes examinari, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis nu.*184. Farin. qui dicit, hanc opinionem communiter esse à Doctor.receptam *dicta q.*75. *n.* 241. quidquid dixerit Gloss. *fin. in fin. in cap.per tuas, extr. de testib.* & Felyn. *in dicto cap. Fraternitatis num.* 10.

206 Dic quadragesimò, dari inconstantiam, si Statutum disponeret, quod post publicationem possint testes examinari, Anan. *cap. series num.*4. *extr.de testib.* Farin. *dicta quæst.*75. *num.*243.

207 Dic quadragesimoprimò, licitam esse inconstantiam, si quis impeditus esset facto aduersarij testes examinare, Doctor.*in dicto cap. intimauit, extr. de testib.* Farinacc. *dicta quæst.*75. *num.* 244. Vel si dolo aduer-

208 sarii didicisset testificata, vt excluderetur à testium productione, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 62. Farin. *dicta quæst.* 75. *num.* 245.

209 Dic quadragesimosecundò, licitam esse inconstantiam, si Iudex decretum publicationis reuocasset, Soccin. *dicto cap. Fraternitatis num.* 24. Farinacc. *d. quæst.* 75. *num.* 246.

210 Dic quadragesimotertiò, licitam esse inconstantiam in eo, qui, licet didicerit, percunctatusque fuerit testificata, eorum tamen oblictus est, Angel. post Gloss. *dicto §.quia verò num.*19. *extr.de testib.* Farin.*dicta quæst.*75. *num.* 247.

211 Dic quadragesimoquartò, licitam esse inconstantiam, quando, probata intentione Actoris, Reus vult probare suam exceptionem, dummodo non sit directè contraria intentioni Actoris, Angel. *dicto §. quia verò,* Farin. *dicta quæst.*75. *num.* 248. *&* 251.

212 Dic quadragesimoquintò, licitam esse inconstantiam in probatione absentiæ, *cap. ex tenore, de testib.* Farin.*dicta quæst.*75. *num.* 252.

213 Dic quadragesimosextò, quando testes examinati ante publicationem sunt excommunicati, vel inhabiles, tunc licita est inconstantia, & possunt illi, vel alij examinari, Gabr. *dicta conclus.* 21. *de testib. num.*120. Farin. *dicta quæst.*75. *num.*254.

Quò vero ad tertiam partem quæstionis, nempe quando liceat post conclusum in causa inconstantem esse, ac nouos testes examinare.

214 Fac regulam negatiuam, dicque illicitam esse inconstantiam, & nullo modo posse post conclusum in causa testes examinari, §. *quia verò,* & ibi Gloss. *in verb. concluserint,* cum alijs, quos refert Farinac. *dicta quæst.*75. *num.*257.

215 Primò dic, non habere locum hanc regulam in causa appellationis, conclusio enim in causa principali non extenditur

216 ad causam appellationis, Innoc. *in cap. cum venisset num.* 3. & ibi Io. Andr. *num.* 5. cum alijs per Farin. *dicta quæst.*75.*num.*258.

217 quod tamen non habet locum, si conclusio in causa esset facta super vno articulo, quia illa conclusio extenditur etiam ad causam appellationis, Angel. *d. §.quia*

verò num. 24. Farinacc. *dicta quæſtione* 75. *num.* 259.

218 Secundò, non habet locum regula in teſtibus de nouo repertis ad Text. *in cap. Paſtoralis, de except.* Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 260.

219 Tertiò, licita eſt inconſtantia, quando teſtes poſt concluſum in cauſa producuntur ſuper nouis capitulis, Pariſ. *dicto cap. Fraternitatis num.* 17. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 261.

220 Quartò, licita eſt inconſtantia, quando quis tempore concluſionis in cauſa teſtes ignorabat, Bartol. *in Auth. at qui ſemel n.* 12. *C. de probat.*

221 Quintò, licita eſt inconſtantia in cauſa matrimoniali, Alex. *l.* 3. *num.* 1. *ff. iureiur.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 263.

222 Sextò, licita eſt inconſtantia in cauſa criminali, maximè ſi ad defenſam teſtes producantur, Bartol. *d. Auth. at qui ſemel num.* 14. Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 264.

223 Septimò, licita eſt inconſtantia, ſi pars non opponat, Felyn. *in cap. cauſis, extr. de teſtib.* Farin. *dicta quæſt.* 75. *num.* 269.

224 Idem erit, ſi Iudex ſuam concluſionem reuocauerit, de qua quæſtione dicemus *infra,* Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 246. *&* 270.

225 Octauò, licita erit inconſtantia, ſi procedatur per viam reſtitutionis in integrum, Odd. Menoch. & cæteri *allegati à* Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 271.

226 Nonò, licita erit inconſtantia, ſi magna ſuadeat æquitas, Menoch. *de Arbitr. quæſt.* 35. *num.* 22. Farinacc. *dicta quæſt.* 75. *num.* 272.

227 Decimò, licita eſt inconſtantia, ſi producantur teſtes legales, & nobiles, Farin. poſt Monticellum *de teſtib. quæſt.* 75. *numer.* 273.

228 Vndecimò, licita eſt inconſtantia, vbi tractatur de periculo animarum, vt poſt Barbat. Mil. & Monticell. tenet Farinac. *dicta quæſt.* 75. *num.* 274.

QVÆSTIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

An in Teſtibus licita, vel illicita ſit inconſtantia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & quid in cauſa hæreſis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis poteſt inconſtans dictum ſuum corrigere incontinenti.*

2 *Et quando dicatur incontinenti ſe corrigere, & num.* 6.

3 *Teſtis partem non allocutus, ſed aliam perſonam, à qua potuerit moneri, vel ſubornari, an poſſit ſe corrigere.*

4 *Teſtis correctio ad poſtulationem partis non admittitur.*

5 *Teſti dicenti ſe non fuiſſe allocutum cum parte, an, & quando credendum ſit.*

7 *Correctio teſtis quando per Iudicem ſit admittenda.*

8 *Teſtis, an poſſit corrigere ſuum dictum, non docto de errore.*

9 *Teſtis, qui vellet ſe corrigere non allegando cauſam erroris, tanquam ſuſpectus de falſo torqueri poteſt.*

10 *Teſtis non poteſt eius depoſitionem corrigere poſtquam pars illam acceptauit.*

11 *Teſtis an, & quando poſſit ſuam depoſitionem corrigere, quando militat præſumptio ſubornationis.*

12 *Teſtis ex interuallo non poteſt eſſe inconſtans in ſuo dicto, nec illud corrigere.*

13 *Quid poſt publicatas atteſtationes.*

14 *Teſtis poſt publicatas atteſtationes præſumitur partem allocutus.*

15 *Teſtis poteſt quandocunque corrigere eius depoſitionem docto de errore.*

16 *Teſtis ex cauſa obliuionis an, & quando poſſit quandocunque eius dictum corrigere, & num.* 18.

17 *Obliuio teſtis ad correctionem admittendam an ſit veriſimilis necne ſtatur arbitrio Iudicis.*

19 *Teſtis probatæ fidei, an, & quomodo poſſit corrigere ſuum dictum ante publicatas atteſtationes.*

20 *Quid in teſte nobili.*

21 *Teſtis quando admittatur ad addendum aliquid ſuæ depoſitioni.*

22 *Teſtis inconſtans, & ſibi contrarius nihil probat.*

23 *Quid ſi contrarius, & inconſtans ſit in vna tantum parte.*

24 *Teſtis ſibi contrarius in vna parte talis præſumitur in omnibus.*

25 *Teſtis varius in loco, & tempore actus, de cuius probatione agitur, non probat.*

26 *Teſtis contrarius non facit indicium ad inquirendum.*

27 *Quid ſi agatur de teſte ruſtico, vel ſimplice.*

28 *Contrarietas teſtis ſublata non cenſetur ex eo, quod ſublata fuerit omnis exceptio, vel reprobatio.*

29 *Contrarietas testis non consistens in substantialibus, sed in qualitatibus, & accidentibus accessorijs non attenditur.*
30 *Quid si huiusmodi qualitates pertineant ad negocium principale.*
31 *Contrarietas testis, etiam in non substantialibus minuit eius fidem.*
32 *Contrarietas testis in non substantialibus, quando tollat illius fidem.*
33 *Contrarietas, vel varietas testis non attenditur, quando euenit per errorem, vel ignorantiam.*
34 *Obliuio in teste, per quod tempus præsumatur.*
35 *Varietas testis si sit modica, etiam in substantialibus illius fidem non admit.*
36 *Testis varius an dicatur, qui in secundo examine plus, aut minus deposuit, quàm in primo.*
37 *Testis in secundo examine, an ad effugiendam contrarietatem possit se referre ad primum.*
38 *Et Iudice nolente admittere hanc responsionem an possit instare, quod sibi legatur primum examen, & quatenus Iudex nolit illud legere protestari, quod si in primo examine appareat aliter dictum, quàm in secundo, ex nunc corrigit secundum dictum, & se refert ad primum.*
39 *Testi legendum est primum examen, quamuis non fuerit publicatum.*
40 *Testis antequam se subscribat, potest petere, vt sibi legatur examen.*
41 *Imo Iudex, & examinator debet ad id testem inuitare.*
42 *Testis post examen completum, reuertens, & petens sibi legi depositionem factam, illamque corrigi, vel mutari, an sit audiendus.*
43 *Testis in secundo examine potest se remittere ad primum, quamuis illud sit nullum.*
44 *Quid vbi primum examen esset nullum ratione falsitatis.*
45 *Vel si primum examen esset extraiudiciale, aut sine citatione partis.*
46 *Testium depositiones receptæ contra præceptum Iudicis non attenduntur.*
47 *Testis in criminalibus, an, & quando possit se referre ad primum examen.*
48 *Stylus quod in omnibus criminibus à Notario legatur testi fiscali eius depositio de verbo ad verbum ante interrogatoria per reum facienda.*
49 *Iudicis arbitrio relinquitur an, & quando testis in criminalibus possit se referre ad primum examen.*
50 *Quando intret istud arbitrium, & quomodo se gerere debeat Iudex in eo moderando.*
51 *Testis examinatus coram arbitro in repetitione facienda coram Iudice ordinario, non admittitur, quod se referat ad primum examen.*
52 *Testis examinatus in iudicio summario quatenus repetatur in iudicio plenario non admittitur, quod ad primum examen se referat.*
53 *Testis suspectus non potest se referre ad primum examen.*
54 *Sed an possit petere, quod sibi exhibeatur, & legatur primum examen.*
55 *Testis inconstans, varius, & contrarius torqueri potest ad dignoscendum, in quo dicto persistat.*
56 *Quid si nulla contra eum præcedant indicia.*
57 *Quid in teste, qui sit Clericus, vel Sacerdos.*
58 *Testis multipliciter varius, & inconstans multipliciter torqueri potest.*
59 *Non tamen vltra tres vices.*
60 *Testis in dicto iudiciali varius ab eo, quod dixerat extra iudicium torqueri potest.*
61 *Quid si depositio extraiudicialis esset vallata iuramento, vel in scripturam redacta.*
62 *Testis, qui facto non interfuit ex capite inconstantiæ, seu varietatis torqueri non potest.*
63 *Testis in causa ciuili ex capite varietatis torqueri non potest.*
64 *Quid si sit persona vilis.*
65 *Quid in seruis.*
66 *Vel in causa ciuili habitare crimen annexum.*
67 *Testis depositio cum contrarietatibus emissa in causa ciuili, reproducta per viam querelæ coram Iudice criminali operatur, quod ab eo torqueri possit.*
68 *Et de qua contrarietate hoc sit intelligendum.*
69 *Testis inconstans, & sibi contrarius in non substantialibus torqueri non potest.*
70 *Quid si varietas consisteret in formalitate verborum.*
71 *Testes in dignitate constitutus non torquetur propter varietatem, nisi in criminibus exceptis.*
72 *Testis propter varietatem non torquetur, quando in secundo dicto allegat causam, propter quam à primo recedat.*
73 *Testis varius, & sibi inconstans, seu contrarius puniri potest de falso.*
74 *Quid in teste vacillante.*
75 *Vel in teste timente, vel titubante.*
76 *Testis sibi contrarius, & inconstans, puniri potest de falso, etiam in alio iudicio.*
77 *Quid si in alio iudicio contrarium deposuisset calore iracundiæ.*
78 *Testis sine iuramento deponens vnum, ac cum iuramento deponens aliud, puniri adhuc potest de falso.*
79 *Quid de teste, qui in iudicio plenario deponat contrarium eius, quod deposuerat in iudicio summario.*
80 *Quid de teste deponente in tormentis contrarium eius, quod deposuerat extra tormenta.*
81 *Testis puniri non potest de falso, nec de stellionatu ex capite contrarietatis, quando illa non versatur in substantialibus.*
82 *Testis, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod deposuerat in iudicio inualido,*

ignorata illius inualiditate, non potest puniri de falso.

83 *Sed an euitat pœnam stellionatus.*

84 *Falsi pœna non intrat contra testem contrarium, quando contrarietas processit per ignorantiam, vel obliuionem.*

85 *Quid si testis contrarium deponit animo se corrigendi.*

86 *Vel ex interuallo.*

87 *Quid si testis examinari non debuerat.*

88 *Quid in teste rustico.*

89 *Testis rusticus non præsumitur, quod dolo in depositione sibi contrarius, & inconstans fuerit.*

90 *Testis rusticus quando contrarius sibi dolo censeatur, arbitrio Iudicis remittitur.*

91 *Testis in iudicio deponens contrarium eius, quod extra iudicium deposuerat, an, & quando puniri possit pœna falsi, vel stellionatus.*

92 *Testis inconstantis primum dictum est attendendum potiùs, quàm secundum.*

93 *Quid si secundo examini pars non se opposuerit.*

94 *Quid vbi secundum examen fuit factum post publicatum processum primi examinis.*

95 *Ac quando testis secundo loco non erat examinandus.*

96 *Testium plurium contrariorum primum dictum attenditur potiùs, quàm secundum.*

97 *Testis primum dictum attenditur potiùs, quam secundum etiam in diuersis iudicijs, & inter diuersas personas.*

98 *Multò magis inter easdem personas.*

99 *Testis primum dictum eo facilius præfertur secundo, quando est geminatum, & ratificatum.*

100 *Testis secunda depositio emanata cum animo corrigendi primam præfertur primæ, quando aliàs licita erat illius correctio.*

101 *Quid si prima depositio emanauit per iocum, vel calore iracundiæ.*

102 *Vel constat de falsitate primæ depositionis.*

103 *Ac quando secunda depositio est iurata, & prima absque iuramento.*

104 *Quid si pro prima depositione non iurata concurrerent coniecturæ.*

105 *Testis secunda depositio ratione concludenti munita præfertur primæ ratione carenti, vel illam habenti non adeo efficacem.*

106 *Quid si secũda depositio sit magis verisimilis.*

107 *Testis secunda depositio in iudicio plenario præfertur primæ contrariæ in iudicio summario.*

108 *Sed vbi in hoc casu agitur de ferenda sententia neutri credendum est.*

109 *Testis secunda depositio in iudicio valido præfertur primæ in iudicio inualido.*

110 *Quid in causa hæresis.*

111 *Quid si secunda depositio est indicijs adminiculata, & non suspecta.*

112 *Ac quando in secunda depositione apparet verum dixisse.*

113 *Et an in causa hæresis standum sit secundæ depositioni testis, quando in illa negat hæresim, quam in prima fatebatur, & num. 115. & 118.*

114 *Exculpans alium, à quo fuerat infamatus de hæresi dicitur vehementer de hæresi suspectus.*

116 *Æqualitas in iudicijs seruanda est.*

117 *Testis vilis, periuri, vel suspecti, an, & quando primo, vel secundo dicto standum potius sit in causa hæresis.*

118 *Testis inconstans periurus, & sibi contrarius in causa hæresis torquendus est ad videndum, in quo dicto persistat.*

119 *Testem periurum torquendi maior est ratio, quàm de alijs testibus inhabilibus.*

120 *Dispositio generalis mandans admitti omnes testes inhabiles non comprehendit periurum, nisi de eo specialiter caueatur.*

121 *Testis periurus reuocans suum dictum zelo fidei in causa hæresis, an, & quando torquendus sit.*

122 *Testes aliàs inhabiles in causa hæresis, an admittantur sine tortura.*

123 *Testis secunda dispositio in tortura præfertur primæ extra torturam.*

124 *Siue incontinenti, siue ex interuallo secundum dictum in tortura emanauerit.*

125 *Quid non citata parte.*

126 *Et an hoc procedat tam in iudicio ciuili, quàm in criminali.*

127 *Testis secunda dispositio in tortura debilitatur à prima extra torturam.*

128 *Quod si pluries fuerit illata tortura ob multiplicem testis varietatem, attendendum, an, & quando sit dictum emanatum in vltima tortura.*

129 *Quid vbi primum dictum fuit extraiudiciale, & sine iuramento.*

130 *Testis depositio in tortura non præfertur primæ extra torturam, quando tortura non fuit illata præcedentibus legitimis indicijs.*

131 *Quid vbi prima videretur, magis rationabilis, seu verisimilis.*

132 *Testis secunda depositio in tortura, quando præferatur primæ.*

133 *Quid vbi quis torquetur vti principalis quoad se, & testis quoad alios.*

134 *Testis primum dictum emanatum extra torturam in articulo mortis præfertur secundo emanato in tortura.*

135 *Periculum mortis est tortura animarum.*

136 *Testis non solùm contrarij, sed & aliàs inhabilis secundum dictum in tortura non attenditur.*

137 *Testis secundum dictum in tortura non præfertur primo, quando emanauit post publicationem primi dicti, & postquam cum parte fuit allocutus.*

138 *Quando testis dispositio emissa in tortura præferatur remissiuè.*

139 *Testis depositio in iudicio præfertur depositioni extraiudiciali.*

140 *Quid vbi primum dictum extraiudiciale emanasset parte præsente.*

141 *Vel vbi primum dictum iuratum sit.*

142 *Quid vbi primum dictum extraiudiciale est magis verisimile, vel coniecturis adminiculatum.*

143 *Testis primum dictum extraiudiciale confirmatum per scripturam, quando præferatur secundo iudiciali.*

144 *Testis secundum dictum iudiciale debilitatur à primo extraiudiciali.*

145 *Et an Iudex ex eo possit ferre sententiam, vel deferre iuramentum in supplementum, aut sumere indicium ad torturam.*

146 *Testis primum dictum iudiciale attenditur potiùs, quàm secundum extraiudiciale.*

147 *Quid si testis profiteretur, se falsum in iudicio deposuisse.*

148 *Vel si secundum emanauerit in articulo mortis, vel in actu confessionis Sacramentalis.*

149 *Testis in articulo mortis, declarans se falsum deposuisse non attenditur in præiudicium tertij.*

150 *Quid re integra.*

151 *Quid in criminalibus.*

152 *Testis etiam principalis quoad se declarans in articulo mortis falsum deposuisse præiudicat fisco, itaut ex illius depositione torqueri nequeat inculpatus.*

153 *Quid vbi primum dictum, & inculpatio adminiculis muniretur.*

154 *Quando hæc declaratio dicatur facta in articulo mortis, vt prosit inculpato.*

155 *Testis, vel rei depositio tertio non præiudicans in ciuili, vel criminali causa, adhuc præiudicat ipsi testi, vel reo.*

156 *Testis dictum posterius extraiudiciale an, & quando tollat primum, vel illi præiudicet nondum lata sententia.*

157 *Et quando præferri debeat iudiciali.*

158 *Interpretatio omnis sumenda, vt testis inconstans ad constantiam reuocetur.*

159 *Testis varius, & inconstans de iure non præsumitur.*

160 *Verba pro reducendis testibus ad concordiam, nedum impropriè, sed & impropriissimè sumi permissum est.*

161 *Imo admittitur interpretatio suppletiua, & per intellectus subauditos.*

162 *Concordia, & conciliatio testium fieri non potest, quando contrarietas, & varietas est manifesta.*

163 *Testis varius ad concordiam redactus an solummodo euitet pœnam falsi, vel etiam probet, & num. 165.*

164 *Quid in causa criminali.*

166 *Testis deponens factum affirmatiuè in prima depositione, & in secunda dicens non recordari an possit excusari à contrarietate, & an probet.*

167 *Obliuio hodierna non implicat de eo, quod quis antea recordabatur.*

168 *Testis dicens prius se non recordari, & deinde dicens se recordari, non exinde est inconstans.*

169 *Recordatio de eo, quod prius non recordabatur, dari potest.*

170 *Testis, qui dixerat non recordari, deponens deinde se recordari postquam fuerat locutus cum parte, præsumitur subornatus, & non probat.*

171 *Quid si testis nouæ memoriæ causam non allegat.*

172 *Testis, qui primo loco deposuerat dubitatiuè, deponens deinde assertiuè, an dicatur varius, & inconstans, & num. seq.*

174 *Testis, qui in primo examine deposuerat, se credere, quatenus in secundo deponat scire, an, & quando fidem mereatur, & probet, & num. 176.*

175 *Scientia hodie certa dari potest de eo, quod prius tantummodo credebatur.*

177 *Quid de teste, qui primo dixit sibi videri, & deinde se scire.*

178 *Testis, qui primo dixit se scire, ac deinde se credere censeatur varius, vel potius probet, & quando.*

179 *Scire idem est ac credere in ijs, quæ nobis innotescunt per fidem.*

180 *Testis, qui primo dixit nescire, & deinde dixit se credere, an sit varius, & inconstans.*

181 *Testis varius an dicatur, qui prius dixit credere, & deinde non credere, & num. 183.*

182 *Hodie credere vnum, & cras aliud stant benè simul.*

184 *Testis varius non dicitur, qui pro ratione suæ scientiæ allegat se vidisse, & deinde se audiuisse, vel è contra.*

185 *Testis varius non dicitur, qui primo deposuit se scire, & postea se audiuisse, & an probet.*

186 *Testis, qui primo dixit scire, & deinde nescire, an, & quomodo possit concordari.*

187 *Testis varius an dicatur, qui primo deposuit se esse fratrem producentis, & deinde non esse eius attinentem.*

188 *Testis, qui prius dixerat nescire, & postea scire an dici possit contrarius.*

189 *Scire hodie potest, quod prius ignorabatur.*

190 *Testis, qui prius dixerat nescire, quatenus postea scire deponat, an præsumatur subornatus, si repetatur ad instantiam partis, vel se corrigat ex interuallo.*

191 *Quid si non alleget probabilem causam scientiæ.*

192 *Testis allegans se fuisse præsentem actui, sed illum nescire, quatenus deinde deponat scire an dicatur sibi varius, inconstans, & contrarius.*

193 *Testis, qui primo dixit hoc tantum scire, & hoc tantum verum esse, quatenus deinde addat aliquid aliud, dicitur sibi contrarius, & inconstans.*

Testis

194 *Testis varius an dicatur, qui examinatus in Palatio Potestatis dixit aliquid actum fuisse in Palatio Episcopi, & deinde subdit illud idem gestum fuisse in hoc Palatio.*

195 *Testis varius an dicatur, qui deponit maleficium fuisse commissum præsentibus Titio, & Seio, & deinde deposuit fuisse commissum nullo præsente.*

196 *Testis varius an dicatur, qui dixit se vidisse possidere Titium per certum tempus, & deinde asserit Titium aliquando fuisse absentem, & quomodo, & quando possit concordari.*

197 *Testis varius an dicatur, qui dixit aliquid non fuisse factum, quia ipse vidisset, si deinde subiungat illud idem factum fuisse.*

198 *Testis varius an dicatur, qui deponit Martinum esse debitorem Semproniј in scutis 100. & pro causa scientiæ asserit Martinum vna die promisisse 50. & alia die 100.*

199 *Quid si deponat clausulam codicillarem fuisse expressam in testatore, & deinde à Notario.*

200 *Testis varius an dicatur, qui primo deponit aliquem non fuisse habitum pro filio legitimo, & deinde patrem illum tractasse tanquam filium legitimum.*

201 *Testis varius an dicatur, qui primo deposuit se vidisse designare ædificium, & deinde se respexisse ædificium.*

202 *Quid primo deposuit pecunias fuisse solutas Patri suo, & deinde fuisse solutas sibi.*

203 *Testis an dicatur varius, qui primo deposuit se fuisse monitum à Titio, antequam appropinquaret ad fenestram, vt aduerteret ad ea, quæ dici debeant, & deinde deposuit, quod Titius cæpit ipsum per manum, & duxit ad fenestram.*

204 *Testis varius, & sibi contrarius dicitur, qui primo deposuit defecisse quædam in molendinis, & deinde dixit se gubernasse molendinum, in quo erant omnia.*

205 *Testis varius an dicatur, qui de venditione deponens primo loco dixit se non cognouisse emptorem, & deinde, quod venditio fuerit facta Titio.*

206 *Testis varius an dicatur, qui primo loco deposuit pretium fuisse venditum scut. 100. & deinde scut. 150.*

IN hac quæstione Farinacc. *de testib. quæst.* 66. *par.* 7. *num.* 227. procedit per conclusiones, quas hic breuiter referre non pigebit.

1 Prima est conclusio, testem incontinenti posse esse inconstantem, dictumque suum corrigere, Alber. *in l. qui falso, ff. de testib.* Doctor. *in Auth. at qui semel, C. de probat.* vbi Cyn. Bald. & Salyc. Gloss. *in cap. per tuas, in verb. audien.* & ibi Doctor. *de testib.* latè plures adducens Farinacc. *dicta quæst.* 66. *dicto num.* 227. Seraphin. *de priuil. De Inconstantia in Iudicijs. iuram. priuil.* 121. *num.* 1. Bellon. *de potest. eorum, quæ incontinenti fiunt lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2.

2 Sed quando dicatur testis incontinenti se corrigere, variæ sunt opiniones. Alij enim dicunt, tunc correctionem factam incontinenti censeri, si testis eam faciat, antequam è conspectu Iudicis discedat, Butr. *cap. præterea num.* 13. & ibi Abbas *num.* 2. Zabarell. *num.* 1. *de testibus cogend.* Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 229.

Alij verò antequam testis se examini subscribat, Gloss. *in cap. ad misericordiam* 32. *quæst.* 1. quam notabilem valdè dixit Alex. *in l. qui bona, §. si quis stipulatus num.* 6. *ff. de damno infecto*, Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *num.* 5. Farinacc. *dicta quæst.* 66. *nu.* 230. & 231.

Alij verò dicunt, quod incontinenti semper intelligatur, antequam testis sit allocutus partem, Butr. *dicto cap. præterea num.* 13. & alii Canonistæ latè *de testibus cogend.* Gabr. *lib.* 7. *de malef. conclus.* 27. *nu.* 6. Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 232. Seraphin.

3 *d. priuil.* 121. Imò Gabriel ampliat, etiam quod sit allocutus aliquam aliam personam, à qua potuerit esse monitus, & subornatus, quod dictum reputat mirabile, si verum est, Seraphin. *loco cit. num.* 3. *in fin.* quod tamen Farinaccio non placet *dicta*

4 *quæst.* 66. *num.* 234. Et propterea, si velit se corrigere testis ad postulationem partis, non admittitur, Gloss. *in Auth. at qui semel in gloss. fin. vers. Item quid si per se redierit, C. de probat.* Farinacc. qui alios *d. quæst.* 66. *num.* 233.

5 An autem credatur testi dicenti, se partem non fuisse allocutum, Felynus *dicto cap. præterea*, voluit minimè credi, si tamen iureiurando id affirmet, omninò ei esse credendum, voluit Aretin. *dicto cap. præterea num.* 4. Gabr. *de malef. lib.* 7. *conclus.* 28. *num.* 28. Seraph. *d. priuil.* 121. *num.* 2. Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 236. & *num.* 237. vult hoc procedere, dummodò testis sit notæ fidei, & authoritatis.

6 Alij voluerunt incontinenti esse intelligendum ante publicatam attestationem, Seraphin. qui multos allegat *d. priuil.* 121. *num.* 3. *vers. tertij dicunt*, sed videndi sunt Text. *in cap. per tuas*, & ibi Imol. *num.* 4. Addit. ad Felyn. *ibidem num.* 2. *littera A, vers. supradictis, extr. de testib.* Gabr. *dicta conclus.* 27. *num.* 8. qui tamen dum eadem conclusione *nu.* 11. dicit opinionem Rotæ esse, quod incontinenti dicatur intra triduum, & allegat *decisionem* 293. *aliàs* 19. *de testib. in nouis*, valde allucinatur, quia Rota ibi totum contrarium resoluit.

Alij denique hoc totum residere in arbitrio Iudicis, Hostien. *dicto cap. præterea num.* 4. *de testib. cogend.* Anan. *nu.* 5. Io. Andr. *num.* 16. Imol. *num.* 8. Butr. *num.* 13. Abb.

num. 12. Gabr. qui alios refert *dicta concl.* 27. *num.* 12. Seraphin. *d. priuil.* 121. *num.* 3. *verf. alij rurfus*, Menoch. *de arbitr. d. caf.* 108. *num.* 8. alios Barbof. *de dict. dictione* 155. *num.* 12. Bellon. *de poteft. eorum quæ fiunt incontinenti lib.* 1. *cap.* 20. *fub num.* 5.

7 Iudex tamen debet effe in hoc admodum diligens, vt intelligat, an correctio hæc fit verifimilis, vel non, an hic teftis potuerit alloqui partem, à qua fubornari potuerit, vel non, & an teftis fit vir probus, vel non, vt ex Alciato voluit Menoch. *d. caf.* 108. *num.* 6.

8 Ampliatur conclufio, vt licita fit inconftantia, & correctio incontinenti in tefte, etiam quod non doceat de errore, Couuarr. *var. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. *verf. cæterum*, ibi, *incontinenti verò*, Gabr. *d. concl.* 27. *num.* 12. Menoch. *d. caf.* 108. *num.* 6. Farin. qui alios *dicta quæft.* 66. *num.* 240. *in* 6. *conclufione*.

Quod tamen intellige, dummodo cau-
9 fam erroris alleget, alias non daretur inconftantia, neque correctio, Bartol. *l. eos num.* 3. *verf. refpondeo quod teftis, ff. ad legem Cornel. de falfis*, Innocent. *dicto cap. præterea num.* 2. & ibi Canoniftæ, quos allegat Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 241. & fi caufam erroris non allegaret, vt fufpectus de falfo poffet torqueri vti poft Boffium voluit Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 244.

10 Illicita tamen effet inconftantia, & correctio, fi depofitio iam effet à Parte acceptata, quia tunc non admitteretur, nifi errore probato, Marfil. *fingul.* 315. cum alijs per Seraph. *dicto priuileg.* 121. *numero* 4.

11 Secundò, illicita effet inconftantia, fi aliqua militaret præfumptio, quod effet fubornatus, Seraph. *dicto priuil.* 121. *nu.* 4. *in fin.* quod tamen dictum valdè dubitabile redditur in correctione facta incontinenti, fcilicet antequam teftis difcedat à iudicio, vel ante examen fubfcriptum.

12 Secunda fit conclufio, teftem ex interuallo non poffe effe in fuo dicto incon-
13 ftantem, nec illud corrigere, Alber. *l. Qui falfo num.* 1. *verf. Intellige, de teftibus*, Cynus *in Authen. At qui femel, C. de probat.* Canoniftæ *in cap. Per tuas*, *& in cap. Præterea, de teftib.* Gabr. *dicto concluf.* 22. *num.* 4. Bofs. *de publ. proceff. num.* 28. *&* 33. Clar. §. *fin. quæft.* 53. *verf. Quartus cafus eft*, Farin. *dicta quæft.* 66. *num.* 228.

14 Amplia multò magis, fi publicatæ effent atteftationes, quia præfumitur teftis cum Parte locutus, *dicto cap. Per tuas*, & ibi Imol. *num.* 4. Addit. ad Felyn. *ibidem littera A, de teftib.* Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 254.

15 Dic primò, licitam effe inconftantiam fi teftis doceat de errore, tunc enim quandocumque eius correctio fubftinetur, Couuarr. *dicto cap.* 13. *verfic. Cæterum*, ibi, *fed fi teftis*, Menoch. *dicto cafu* 108. *num.* 7. cum alijs per Farinacc. *d. quæft.* 66. *num.* 245.

16 Idem erit, fi ex caufa obliuionis dictum fuum teftis corrigat, quia tunc poterit ex interuallo fe corrigere, Alciat. *de præfumpt. regul.* 2. *præfumpt.* 29. *numero* 3. *&* 4. Petr. *de fideicomm. quæft.* 12. *num.* 1012. Menoch. *dicto cafu* 108. *num.* 8. Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 246., vbi cum Menoch.
17 quod ifto cafu, an obliuio fit verifimilis, necne, ftatur arbitrio Iudicis, & ex Aret. *in dicto cap. Per tuas num.* 8. *de probat.* quod
18 fi teftis dicit contraria, tunc debet caufam obliuionis adducere, fecus fi tantùm addit.

19 Dic fecundò, licitam effe inconftantiam in tefte probatæ fidei, quia ifte poteft corrigere dictum fuum, antequam fiat publicatio, & iuret, quod de hoc cum aliquo non fit locutus, Bald. *d. cap. Præterea num.* 4. *de teftib. cogend.* Cattel. Cotta *in memor. in verf. Teftis regulariter non poteft corrigere*, Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 247. *&* 248. vbi dicit, hoc procedere in tefte
20 nobili, & quando agitur inter viles, & de modica caufa.

21 Dic tertiò, licitam effe inconftantiam, quando tractatur folùm de addendo primæ depofitioni, dummodò tamen fpontè accedat ad addendum, non autem ad inftantiam Partis, Gabr. & alij à Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 251. 252. *&* 253.

22 Effectus autem illicitæ inconftantiæ funt: Primò, quod teftis fic inconftans, & fibi contrarius nihil probat, *cap. Licet caufam*, & ibi Glofs. *in verb. Contradicunt*, Aret. *num.* 15. Dec. *num.* 58. Bero. *num.* 37. *de probat.* Canoniftæ *in cap. Cum tua, de teftib.* Farinac. *dicta quæft.* 66. *num.* 13. addo Barbof. *ad dict. cap. Licet caufam numero* 4. Rota *decif.* 167. *num.* 10. *&* 11. *par.* 1. *recent. coram Gregor. decif.* 298. *num.* 3. Eminentifs. Celf. *decif.* 40. *num.* 4.

23 Etiam quod in vna tantum parte fit fibi inconftans, & contrarius, quia in totum
24 reputatur contrarius, & nihil probat, Aret. *in cap. In noftra num.* 5. *extr. de teftib.* & ibi Abb. *num.* 2. Farinacc. qui alios *dicta quæft.* 66. *num.* 19.

25 Eoque magis procedit conclufio, fi inconftantia, & varietas confiftat in loco, & tempore actus, de cuius probatione agitur, Bart. Marfil. Monticell. & Mafcard. *allegati* à Farin. *dicta quæft.* 66. *num.* 20.

26 Non folum autem non probat teftis fibi inconftans, & contrarius, fed nec etiam facit indicium ad inquirendum, Alciat. *de præfumpt. regul.* 2. *præfumpt.* 10. *in fin.* Grammat. *conf.* 35. *&* 44. Bertazzol. *confil.* 559. *nu.* 8. *lib.* 2. Farinacc. *dicta quæft.* 66. *num.* 21. Nec ab hoc inconftantiæ effectu
27 excufare poteft rufticitas, vel fimplicitas

testificantis, Io: Andr. *in cap. Cum Ioannes de fid. instrum.* Bald. Cagnol. Tiraquell. & alij à Barbos. *dicto cap. Causam num.6. vers. Intellige, de probat.* Imò sublata, vel pro-
28 hibita quacumque exceptione, vel reprobatione testium non censetur sublatus effectus huius contrarietatis,& inconstantiæ, Dec. *l. Edita, C. de eden. numero 2.* Cagnol. *l. Vbi repugnantia num. 1. ff. regul. iur.* Barbos. *dicto cap. Licet causam num. 6. vers. Tertiò intellige.*

29 At effectus istius inconstantiæ cessabit, si varietas, & contrarietas in substantialibus non consistat, sed in qualitatibus, circumstantiis, accessorijs, & accidentibus, Bart. *in dicta l. Eos num. 5.* & ibi Marsil. & Alber. *ff. de fals.* cum alijs per Farin. *dicta quæst. 66. num.24.* addo Rebuffum *de reprobat. test. num. 105.* Barbos. *in dicto cap. Licet causam num. 6. vers. Quartò intellige, & limita*, Rota *decis. 304. num.14. parte 7. recent.* & *decis.53.* post Paul. Mell. *in addit. ad controuers.* Castill. *num.15.*

30 Dummodò tamen huiusmodi qualitates,& circumstantiæ non pertineant quoquomodo ad negocium principale, sed sint extrinsecæ, extraneæ, & impertinentes, Bart. *dicta l. Eos num. 5.* & ibi Marsil. *num. 23.* Petr. *de fideicomm. dicta quæst. 12. num.954.* cum alijs per Farin. *dicta qu. 66. numero 28. 29. & 30.* Imò etiam quod
31 contrarietas consisteret in qualitatibus extraneis non tollitur in totum huiusmodi effectus, quia testi diminuitur saltem de fide, Marsil. *singul. 118. in fin. vers. Item scias,* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumptione 23. num.17.* Farinacc. post Bos. *dicta quæst.66. num.31.* Si verò testis sit aliqua ex causa Iudici suspectus, vel iurauit dicere veritatem super tota causa, vel illius depositio factum proprium concernat,
32 non cessabit vtique effectus illius inconstantiæ, sed sibi contrarius etiam in accidentibus, nihil omninò probabit, Petr. *de fideicomm. dicta quæst.12. nu.967.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.66. numero 25. 26. & 27.*

33 Secundò, cessabit effectus inconstantiæ, si testis varia, & contraria deposuit per errorem,& ignorantiam, Bald. *l. Si ex falsis, circa fin. C. de transact.* Petr. *de fideicomm. dicta quæst.12. num. 967.* Farin. *dicta quæst.66. num.32.* Iusta autem erroris causa in teste erit obliuio ex *allegatis* à Farin. *dicta quæst. 66. num. 34.* Obliuio verò in teste præsumitur non solum ex cursu
34 duorum, vel trium annorum, Cephal. *cons.164. num.5. vol.2.* Riminald. *cons.344. num. 73. vol. 3.* sed etiam ex lapsu vnius anni, mensis, vel diei, Bos. *de respons. à reo facienda num. 1.* Farinacc. *cons. 44. numero 18. lib.1.*

35 Tertiò, cessabit effectus inconstantiæ, si varietas sit modica, modica enim varietas, etiam in substantialibus testi fidem non adimit, Alex. *cons.5. num. 10. lib. 1.* Grammat. *decis.43. nu.6.* cum alijs per Farinac. *dicta quæst.66. num.36.*

36 Quartò, cessabit huiusmodi effectus, si testis in secundo examine plus, aut minus dixit, quàm in primo, non enim tunc dicitur varius, Grammat. *cons.50. numero 30.* cum alijs per Farinac. qui dicit hanc opinionem communiter receptam, quamuis contrarium velint Bald.& Petr. ab eo *allegati, dicta quæst.66. num.37. & 38.*

37 Sed an testis, vt notam inconstantiæ, & contrarietatis effugiat, possit in secundo examine se referre ad primum? Affirmatiuè respondendum est per doctrinam Abb. *in cap. Cum in tua num. 3.* & ibi Felyn. *num.1.* & alij latè *extr. de testib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.66. numero 39.* Et si Iudex hanc responsionem nolit recipere, potest testis instare, vt sibi legatur primum examen, & si nolit legere,
38 protestari testis idem potest, quod, si in primo examine quandocumque appareat aliter dictum, quàm in secundo, ex nunc corrigit suum secundum dictum, & se refert ad primum tanquam verius, quia tunc recordabatur de facto, Bart. *dicta l. Eos num.6. & 7.* & ibi Marsil. *num.5. & 6. ff. de fals.* Butr. *in cap. Cum tua num. 10. & in fin.* & ibi Abb. *num.3.* & alij, quos refert, & sequitur Farinac. *dicta quæst.66. numero 40. & 41.* reiectis Baldo, Tindar. & Felyn. aliisque contrarium tenentibus, & præsertim Thesaur. *decis. 128.* vt ibidem *num.42. & 43.*

39 Quod primum examen debet testi legi, etiamquod non fuerit publicatum, Bart. *dicta l. Eos num.7.* Butr. *dicto cap. Cum tua,* & ibi Felyn. post *num. 1. de testib.* Farinac. *dicta quæst.66. num.44.*

40 Sed an antequam testis se subscribat examini, possit petere, vt ei suum examen legatur? Dicendum est, non solum hanc petitionem esse legitimam, sed Iudicem, seu Examinatorem deputatum
41 debere testem inuitare ad hoc, ad effectum corrigendi, addendi, vel mutandi examen, vt ex Bald. *in l. vlt. C. Plus val. quod agit*, Felyn. & alijs resoluit Rota *decis.41. post secundum volum. cons. Farin.* quæ
42 doctrina Baldi habet locum, etiamquod post quatuor dies ab examine completo testis reuertatur ad petendum, quod sibi suum legatur examen, Rota *d. dec.41. numero 2.* licet isto casu Domini resoluerunt, quod nihil de examine mutaretur, aut deleretur, sed quod in Processu causæ arbitrio Rotæ relinquendum erat iudicare, quid esset de eo sentiendum, & quantum fidei, vel detrahendum, vel tribuendum examini,& quod interim Notarius adno-

tarct diem factarum additionum, vel mutationum per testes.

43 Quid autem, si examen primum sit nullum, an testis possit se remittere ad illud? affirmatiuè respondet Bart. *in dicta l. Eos num.*6. Ias. *l. Legata inutiliter numero* 17. *de Leg.* 1. Menoch. *de Arbitr. casu* 109.*num.*4. & 5. Farinacc. *d. quæst.*66. *num.*45.

44 Quod intellige, nisi examen sit nullum ratione falsitatis, Menoch. *loco citato numero* 10. Farinac. *loco citato nu.* 47. Royas *decis.*411. *num.*4.

45 Secundò intellige, nisi primum examen sit nullum, ex quo extraiudicialiter, vel absque citatione Partis emanasset, Menoch. *d. casu* 109. *num.* 4. & 5. Farinac. *d. quæst.*66. *num* 48. Royas *d. decis.* 411. *numero* 3. vbi de examine nullo facto con-

46 tra præceptum Iudicis imponentis testibus, vt per extensum deponerent.

47 Quod procedere etiam in criminalibus voluere, Corn. *consil.*56. *lib.*1. Crauett. *consil.*115. *num.*8. cum alijs per Farinac. *dicta quæst.*66. *num.* 52. qui tamen sub *num.* 48. dicit, quod contrarium apud nos seruatur, & forsan malè, cum testibus repetendis ad fauorem Fisci, non solum permittatur se referre ad primum examen, sed etiā legatur illud à Notario de verbo ad verbum, prout iacet, & etiam antequā interrogetur super interrogatorijs datis

48 pro parte rei; quæ consuetudo locum habet in omnibus criminibus; Arbitrio tamē

49 Iudicis esse relinquendum, quando Testis possit se referre ad primum examen, voluere Bartol. *dicta l. Eos*, & ibi Marsil. *num.*4. *ff. de falsis*, Menoch. *d. casu* 109. *numero* 3. & 12. vbi monet Iudicem quo-

50 modo se gerere debeat in moderando arbitrio, Farinacc. *d. quæst.*66.*num.*49. & 50. Huiusmodi tamen arbitrium intraret, quando Iudex repeteret testem ad declarationem eius primi dicti dubij, vt per Tindar. & Farin. *ibidem num.* 51.

51 Nec si testis examinatus esset coram Arbitro, & repeteretur coram Iudice Ordinario, Felyn. *d. cap. Cum in tua num.*1. & ibi Aretin. *numero* 8. *de testib.* Farinacc. *ibidem num.*53.

52 Nec, si examinatus in summario repeteretur in plenario, Laurent. *d. decis. Auenionen.* 91. *num.*4. & 5. Farin. *d. num.* 54.

53 Nec denique si testis esset persona suspecta, quia nec posset se referre ad primum examen, nec petere illud sibi exhiberi, & legi, Felyn. *d. cap. Cum in tua nu.*1. *de testib.* Menoch. *d. casu* 109.*num.*11. cum alijs per Farin. *dicta quæst.*66. *num.* 55. vbi quod ita communiter est receptum, & in practica seruatur. Licèt quod iste testis

54 non possit petere, vt sibi legatur examen, videtur esse contra decisionem Rotæ 41. *post d.* 2. *vol. consil. Farinac. supracit.* ibi enim licet testis allocutus fuisset Partem, & se reddidisset suspectum; nihilominus Rota voluit sibi legi examen.

55 Secundus effectus inconstantiæ in teste est, quod varius, vacillans, aut contrarius potest torqueri ad videndum, in quo dicto persistat, Bald. *in l. Presbyteri nu.*2.*C. de Episc. & Cleric.* idem Bald. *in tract. de testib. par.*2. *num.*2. Clar. §. *fin. quæst.*25.*vers. Item testis varius*, cum alijs per Farin. *dicta quæst.*66. *num.*98.

56 Quod procedit, etiamsi nulla alia præcedant indicia, quidquid enim sit in reo, certè in teste sola variatio, & inconstantia sufficit, Foller. *in prax. verb. Et si confitebuntur tertia parte tertiæ partis principal. num.*5. cum alijs per Farin. *d. quæst.* 66. *numero* 100. & *quæst.*79. *num.*75.

57 Secundò procedit, etiam quod Testis sit Clericus, & Sacerdos, Gloss. *in cap. Presbyteri* 6. *quæst. vlt.* Clar. *d.* §. *fin. qu.* 25. cum alijs per Farin. *d. quæst.* 66. *num.*101. & *d. quæst.*79. *num.*55.

Dummodò torqueatur à Iudice Ecclesiastico, non autem laico, etiamquod coram ipso fuerit in depositione contrarius, Clar. *d.* §. *fin. d. quæst.* 25. Capic. *decis.*141. Farin. *d. quæst.*66. *nu.*103. Guazzin. *defens.*19.*cap.*1.*num.*18.*vers. Sed iste*; Contrarium, quod Clericus testis etiam vacillans, & contrarius non possit torqueri, tenent relati à Grasso *effect.*14.*num.*18.

58 Tertiò procedit, etiam in multiplici tortura, si inconstantia, & contrarietas sit multiplex, Boss. *de tort. test. nu.*21. Cepoll. *cons.*60. *num.* 19. cum alijs per Farin. *dicta quæst.*66. *num.*104. qui *num.*105. dicit, tor-

59 turam non posse inferri, nisi vsque ad tertiam vicem.

60 Quartò procedit, etiamquod inconstantia consistat in dicto extraiudiciali, vtputà si testis dicat in iudicio contrarium eius, quod dixit extra iudicium, Iacobin. de S. Georgio *l. Qui falso num.* 7. *ff. de testib.* cum alijs per Farin. *d. quæst.*66. *nu.*106. addo Tuschum *litt. T, concl.*243. *num.* 7. cum alijs per Guazzin. *defens.* 19. *cap.*2. *num.*4.

61 Et hoc eò magis procedit, si dictum extraiudiciale esset vallatum iuramento, vel redactum in scripturam, vt per Cepoll. *cons.*60. *num.*8. & per Farin. *d. qu.*66. *num.*107. & 108. Cessaret tamen iste effe-

62 ctus, si non probaretur, testem facto interfuisse, non enim sola inconstantia sufficit, Marsil. *d. l. Eos, num.*1. *ff. ad l. Corneliam de fals.* post Boss. & Gomes. Farinac. *d. quæst.* 66. *num.* 114. & *dicta quæst.* 79. *numero* 12. addo Guazzin. *dicta defens.* 19. *cap.*2. *num.*5.

63 Secundò, si sumus in causa ciuili, quia testis non potest ex variatione, & inconstantia torqueri, Marsil. *d. l. Eos numero* 2.

Boſs. *de tort. teſtium num.* 14. Farinac. *dicta quæſt.* 66. *num.* 114. Guazzin. *d. defenſ.* 19.
64 *cap.* 1. *num.* 17. Etiamquod teſtes huiuſmodi eſſent viles ſecundùm veriorem opinionem, de qua per Farinacc. *d. qu.*79. *numero* 34. 64. *&* 69. Guazzin. *dicto cap.* 1. *numero* 17.

65 Si tamen teſtes eſſent ſerui, vel cauſa ciuilis haberet annexum crimen, non
66 poſſent excuſari à tortura, vt de Seruis dixit Boſs. *de tort. teſt. num.* 14. *&* 15. Farinac. *d. quæſt.* 66. *num.* 117. & de crimine annexo idem Farinacc. *loco cit. num.* 119.

67 At licet in cauſa ciuili, & à Iudice ciuili non poſſit teſtis inconſtans torqueri, ſi tamen eius depoſitio coram Iudice criminali reproduceatur per viam querelæ, procul dubio à Iudice criminali poſſet torqueri, Farinacc. *d. quæſt.* 66. *num.* 120. *& dicta quæſt.* 79. *num.* 69. Guazzin. *d. defenſ.* 19. *cap.* 1. *num.* 17. vbi dicit hoc pro-
68 cedere in inconſtantia varietate, ſeu contrarietate, quæ verſatur circa ſubſtantiam negocij, & ſapiat apertam falſitatem.

69 Tertiò, ceſſat effectus iſte, ſi inconſtantia non ſit in ſubſtantialibus, Boſs. *de tort. reor. num.*29. Farinacc. *d. quæſt.* 66. *nu.*121. *& d. quæſt.*79. *num.* 14. latè Guazzin. *dicta defenſ.*19. *cap.*2. *num.*6. *&* 7. vbi tamen ex mente Baiardi, & Deciani dicit, quod
70 quod hoc procedit, niſi tractaretur de formalitate verborum, quia tunc qualibet variatio ſufficit.

71 Quartò, ceſſabit effectus reſpectu teſtium in dignitate conſtitutorum, hi enim non torquentur, propter inconſtantiam, niſi in criminibus exceptis, Boſs. & Clar. per Farin. *d. qu.*66. *num.*122. Guazzin. *dicto cap.*2. *num.*9. *verſ. Nec etiam.*

72 Quintò, ceſſabit effectus, ſi teſtis in ſecundo dicto allegat veriſimilem cauſam, quare à primo dicto recedat, Bertazzol. *conſ.* 153. *num.* 5. *&* 6. *lib.*1. Guazzin. *dicto cap.*2. *num.*3.

73 Tertius effectus huius inconſtantiæ, quod teſtis ſic inconſtans poteſt puniri de falſo, *l. Qui falſo*, & ibi Gloſs. *in verb. Puniuntur, ff. de teſtib. cap. Qui falſo* 4. *quæſt.*3. *l. Eos, ff. de falſis*, Butr. *cap. In tua num.*10. Abb. *num.*9. Aretin. *num.*14. *de teſtib.* cum alijs per Farinacc. *d. qu.*66. *num.*56.

74 Quod non ſolum procedit, ſi inconſtantia conſiſtat in contrarietate, ſed in vacillatione, Alber. *d. l. Qui falſo num.* 1. & Florian. *in Summar. ff. de teſtib.* Io. Andr. *in cap. Præterea num.* 11. Hoſtien. *numero* 4. Butr. *num.*14. *de teſtib.* cum alijs per Farin. *d. quæſt.* 66. *num.*57. qui declarat non pro-
75 cedere, ſi teſtis tantùm deponeret timendo, vel titubando, vt ibi *num.* 58.

76 Secundò, procedit in inconſtantia, & contrarietate, non ſolum in eodem iudicio à teſte commiſſa, ſed etiam in alio iudicio perpetrata, Bart. *d. l. Eos nu.*4. Marsil. *in fin. ff. ad l. Corn. de falſ.* cum alijs per Farinacc. *loco citato numero* 59. 60. *&* 61.

77 Etiamſi in vno iudicio calore iracundiæ depoſuerit, & poſtea ceſſante iracundia aliud in alio iudicio inconſtans teſtificetur, poſt Tindar. Farinac. *loco cit. num.*62.

78 Tertiò, procedit in teſte, qui primo ſine iuramento vnum depoſuit, deinde cum iuramento aliud, Farinacc. *loco cit. numero* 63.

79 Quartò, procedit in Teſte, qui in iudicio plenario depoſuit contrarium eius, quod in iudicio ſummario depoſuerat, Butr. *in cap. Cum in tua nu.*10. & ibi Innoc. *numero* 6. *extr. de teſtib.* Tindar. allegatus à Farinacc. *d. quæſt.*66. *num.*64.

80 Quintò, procedit, etiamquod teſtis dicat in tormentis contrarium eius, quod dixit extra tormenta, Clar. §. *fin. quæſt.*53. *verſ. Quartus eſt caſus*, Gabr. & Tindar. à Farinacc. *loco cit. num.*65. qui declarat ex mente Gabr. quando ex interuallo teſtis dicit contrarium in tormentis, ſecus ſi incontinenti, & ex mente Tindar. dummodò teſtis ſuum dictum in tormentis prolatum extra torturam ratificet.

81 Ceſſabit tamen primò effectus iſte, ſi inconſtantia, & contrarietas non ſit in ſubſtantialibus, Alber. *l. Eos, num.*1. *ff. ad l. Corn. de falſ.* Boſs. Viu. & Corrad. à Farinacc. *loco citato num.* 69. qui *num.* 70. ex Corrado dicit, hunc teſtem non euitare pœnam ſtellionatus, quod voluit etiam Achil. Perſonal. *de adipiſc. poſſeſſ. num.*132.

82 Secundò, ceſſabit effectus in teſte, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod dixerat in iudicio nullo, ſi tamen teſtis ignorabat inualiditatem iudicij, Tindar. *de teſtib. cap* 10. *num.*4. *&* 11. Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.* 71. *&* 73. qui *num.* 74.
83 dicit, non euitare hunc teſtem pœnam ſtellionatus propter periurium.

84 Tertiò, ceſſabit effectus in teſte inconſtante, & vario, atque contrario per ignorantiam, & obliuionem, Farinacc. *dicta quæſt.* 66. *num.*32. *&* 75.

85 Quartò, ceſſabit effectus in teſte, qui
86 contraria deponit animo ſe corrigendi, etiamquod depoſitio ſit ex interuallo, vt ex Tindar. & Boſs. Farinac. *dicta quæſt.*66. *num.*76.

87 Quintò, ceſſabit effectus in teſte, qui examinari non debuerat, ex Tindar. Farinacc. *dicta quæſt. num.*77.

88 Sextò, ceſſat effectus inconſtantiæ in teſte ruſtico, qui non præſumitur, quod
89 dolo fuerit inconſtans, Natt. *conſ.* 586. *num.* 5. *lib.* 3. cum alijs per Farinacc. *dicta quæſt.*66. *num.*80. vbi refert contrarium te-
90 nentes, & hoc caſu, an dolo ruſticus fuerit inconſtans arbitrio Iudicis remitten-

dum esse, dixit Magon. *decis. Lucens.* 42. *num.* 9. *& seqq.*

91 Septimò, cessabit effectus inconstantiæ, si testis contrarium deponat eius, quod prius dixerat extra iudicium, & è contra, Florian. de Sancto Petro *dicta l. qui falso num.* 2. *ff. de testib.* Marsil. *dicta l. eos num.* 9. infinitos adducit Farinacc. *loco cit. num.* 83. *&* 85.

Quod procedit etiamsi pars fuerit præsens, ex Tindaro, Farinacc. *num.* 86. hoc casu tamen potest puniri testis pœna stellionatus, Tindar. & Marsil. à Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 87. Si verò cum partis præsentia causa concurrat, poterit testis sic inconstans puniri de falso, ex *dicta l. eos*, *ff. de fals.* Tindar., & Farinacc. *loco cit. num.* 88. imò absque partis præsentia si dictum extraiudiciale sit iuratum, & iuramentum sit formiter præstitum, non euitabit testis pœnam falsitatis, Cepoll. *cons.* 60. *num.* 8. 9. *&* 12. quamuis verius esse, quod solùm isto casu testis puniatur pœna stellionatus, dicat Tindar. per Farinac. *loco cit. num.* 92. nisi dictum extraiudiciale esset verisimile, Farinacc. *loco cit. num.* 93. Quod tamen non haberet locum si dictum secundum iudiciale esset in tormentis confirmatum, Farinacc. ex Tindar. *num.* 94. Vel si secundum dictum iudiciale esset emanatum ad correctionem, vel primum dictum esset dubitatiuè prolatum, Farinacc. *loco cit. num.* 96. *&* 97.

92 Quartus effectus est, quod in hac inconstantia primum dictum, & non secundum attenditur, Alber. *l. qui falso num.* 6. & ibi Bald. *ante num.* 1. *ff. de testib.* Gloss. *in cap. cum in tua, ad fin. verb. in hoc casu*, & ibi Abb. *num.* 9. Felyn. *num.* 4. Aret. *num.* 14. *extr. de testib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 124. Adden. ad Gregor. *decis.* 230. *num.* 10. Rojas *decis.* 447. *num.* 4.

93 Qui quidem effectus locum habet, etiam quod testis secundo loco fuerit examinatus parte non opponente, Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 29. *num.* 6. Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 129.

94 Et multo magis, si testis contrarius fuerit examinatus post publicatum processum, vel si secundo loco non debebat examinari, vt de primo dixit Boss. *de opposit.*

95 *contra testes num.* 1. *ad fin.* & de secundo Boss. *eodem loco num.* 8. & de vtroque Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 130. *&* 131.

96 Pariter habebit locum effectus iste in pluribus testibus, qui secundo loco examinati contraria in prioribus examinibus dictis deposuerunt, Alciat. *d. præsumpt.* 29. *num.* 9. Gabr. *lib.* 7. *conclus.* 29. *num.* 27. Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 132.

97 Item habebit locum, etiamquod simus in diuersis causis, instantijs, & personis, ac iudicijs diuersis, vt benè Clar. §. *fin. quæst.* 53. *num.* 15. *vers. quartus est casus*, Gabr. *dicta conclus.* 29. *num.* 19. Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 133. 134. 135. vbi *num.* 137.

98 ampliat, etiamquod simus inter easdem personas.

99 Denique effectus iste locum habebit multo magis, si primum dictum sit geminatum, & ratificatum, Rolan. *cons.* 73. *num.* 33. *lib.* 1. Menoch. & Brunor. à Sole, à Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 141.

100 Cessabit autem primò iste effectus, quando secundum dictum fuit emanatum animo primum corrigendi, eo tamen casu, quo licita est correctio, Bart. *dicta l. eos num.* 4. & ibi Marsil. *num.* 8. *C. ad l. Cornel. de fals.* Farin. qui benè declarat *d. quæst.* 66. *num.* 142. *&* 143.

101 Secundò cessabit, si primum dictum emanasset per iocum, vel calore iracundiæ, Abb. *in dicto cap. cum tua num.* 9. & ibi Felyn. *num.* 3. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 144. 145. *&* 146. vbi dicit, quod vix credit, dari hunc casum.

102 Tertiò, cessabit effectus, si Iudici constiterit de falsitate primi dicti, vt post Tindar. idem Farinacc. *loco cit. num.* 147.

103 Quartò, cessabit effectus, si primum dictum emanatum esset absque iuramento, secundum verò cum iuramento, Nell.

104 *de testib. num.* 198. nisi pro dicto non iurato concurrerent coniecturæ, vt post Tindar. Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 149.

105 Quintò, cessat effectus, si primum dictum ratione careret, vel ratione minus sufficienti vallatum erit, secundum verò concludenti ratione vestitum, vt post Tindar. & Gabriel. Farinacc. *loco citato num.* 150.

106 Sextò, cessabit effectus, si secundum dictum testis esset magis verisimile, quàm primum, vt post Tindar. Roland. Vulpell. & Fachineum, dicit idem Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 151.

107 Septimò, cessabit effectus, quando testis in iudicio plenario contrarium, dixit eius, quod dixerat in summario, vt post Tindar. Crot. & Gabriel. voluit Farinacc. *loco cit. num.* 152. *&* 153. qui tamen *nu.* 154.

108 dicit neutri dicto hoc casu standum esse, quando agitur de ferenda sententia.

109 Octauò, cessabit effectus, quando testis in iudicio valido contrarium deponit eius, quod dixit in iudicio inualido, Abb. *dicto cap. cum in tua num.* 9. Felyn. *num.* 5. Imol. *num.* 6. *de testib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 155.

110 Nonò, cessabit effectus, quando sumus in causa hæresis, tunc enim secundum dictum, & non primum attenditur, *cap. Accusatus, §. licet, de Hæret. in* 6. Felyn. *dicto cap. cum in tua nu.* 6. *de testib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 157. *& tractatu de Hæresi quæst.* 188. *num.* 86. addo

Barbos. *ad dict. cap. Accusatus*, §. *licet*, vbi plures Sanctarell. *de Hæresi cap.38.dub. vnic. num.* 12. P. Diana *par.* 4. *resolut. tract.* 7. *resolut.*22. *vers. sed quia dictum est*, Carena *in prax. par.* 3. *tit.* 6. §.7. *num.* 60. *vers. ex hoc textu*.

111 Cæterum effectus iste non ita simpliciter intelligendus est, sed dummodò ex manifestis indicijs appareat, non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum voluisse corrigere, prout sunt verba Text. *in dicto cap. Accusatus*, §. *licet, de Hæret. in* 6. & ibi Gloss. Archid. Gemin. Franc. cum alijs, quos ad saturitatem refert Farinacc. *dicta quæst.* 188. *num.* 90. Sousa *in aphorism. lib.*2. *cap.*6. §.4. *num.*63.

112 Secundò, intelligi debet, dummodo ex verisimilibus coniecturis appareat, testem in secundo dicto verum dixisse, Pegn. *in addit. ad Eymeric. par.* 3. *quæst.* 65. *comment.* 114. *vers. vt autem*, Decian. & Royas à Farinacc. *dicta quæst.*188. *num.* 91. Couuarr. *var. lib.*2. *cap.*13. *num.*5. Simanch. *de Cathol. tit.*64. *nu.*58. & 60. Sousa *loco cit. num.* 63.

113 An autem stetur secundo dicto, si non fateatur hæresim, sed illam neget? Variant Interpretes, nam Textus *in dicto cap. Accusatus*, §. *licet*, expressè videtur disponere, quod debet testis hæresim reuelare, imò ex *cap. litteris, extr. de præsumpt.* dedu-
114 citur, quod ille, qui exculpat eum, à quo prius fuerat infamatus de hæresi, dicitur de hæresi vehementer suspectus; ex quibus quidem textibus, Reper. Inquis. *verb. Testes*, & ibi Mandos. *in addit. litt. H*, Zanchin. *de Hæreticis cap.* 14. *num.* 5. *vers. & circa hoc dicas*, Pegn. *in addit. ad Eymeric. par.* 3. *quæst.* 65. *comment.* 114. *vers. postremo*, Bertazzol. *cons.* 157. Zecch. *in summa par.* 1. *tit. de fid. rubr. de Hæres. cap.* 11. *num.* 14. Farinacc. hos adducens *dicta quæst.* 188. *num.* 93. & *dicta quæst.* 66. vbi alios allegat *num.*160. quibus addo Prax. Archiepiscop. *cap.*84. *n.*11. Sanctarell. *de Hæres. c.*38. *n.*12. Simanch. *de Cathol. instit. tit.*64. *num.*60. & *in Enchiridion. violatæ Relig. tit.* 36. *rubric. de retract. testium*, quem videtur sequi Farinacc. *de testib. dicta quæst.* 66. *num.*161. & *dicta quæst.*188. *num.*95. Martin. del Rio *disquisit. Magic. lib.*5. *sect.*5. *vers.*6. ea ratio-
115 ne, quia in iudicijs est seruanda æqualitas, contrarium voluere, quibus addo Sous. *in aphorism. lib.*2. *cap.*6. §.4. *num.*63.

116 Sed non recedas à priori opinione, quæ in Supremo Vniuersalis Inquisitionis Romanæ Tribunali, me Assessore, practicata fuit, quam etiam tenent Triuisan. *decis.*39. *num.*13. *lib.*2. Diana *par.*4. *tract.*7. *resolut.*22. *ad fin.* Caren. *par.*3. *tit.*6. *num.*61. Bordon. *in Tribun. Sacr. cap.*33. *num.*36.

117 Si tamen vltra inconstantiam aliud testi obstaret, vt quia pluries peierauit, vel vel sit persona vilis, vel odio, vel corruptione pecuniæ id faceret, vel detegeretur falsus, tunc primo, non secundo dicto standum esset, *dicto cap. Accusatus*, §. *licet*, in illis verbis, *nisi aliud obsistat*, & ibi Gloss. *in verb. aliud*, Monach. *num.* 6. Archid. *num.* 4. Paris. *cons.* 2. *num.*78. *lib.* 4. Bertazzol. *cons.*157. *num.*17. Farinacc. *dicta quæst.* 188. *num.* 97. vbi de Constitutione Alexandri Quarti; & *num.* 98. subiungit, quod licet secundo dicto stetur in fidei fauorem, negari tamen non potest, quin eius depositioni aliquid detrahatur propter periurium, & inconstantiam arbitrio Iudicis, ex Pegn. ad *Eymeric. par.* 3. *comment.*114. *vers. illud tamen verum*.

118 Sed an in causa hæresis inconstans, & periurus sit torquendus ad videndum in quo dicto sit constans? Affirmat Pegn. *dict. comment.*114. quem sequitur Farinac. *dicta quæst.*188. *num.* 99. Praxis Neapolit. *dicto cap.* 84. *fol. mihi* 68. *num.* 11. Sous. *in aphorism. lib.*2. *cap.*9. *num.*6.

119 Et certè in teste periuro rationem maiorem esse ipsum torquendi, quàm in alijs testibus inhabilibus voluit idem Pegna *loco cit.*

120 Hinc propterea in generali dispositione, qua cauetur, vt omnes testes inhabiles admittantur, periurus tamen in ea non comprehenditur, nisi de eo specialiter caueatur, Gloss. *in cap. per tuas, in verb. adulterij, de simon.* vbi Abb. *n.*12. Roland. *cons.*16. *num.*13. *lib.*1. cum alijs per Farin. *quæst.*56. *num.* 195.

121 Vidi tamen in hoc Supremo Vniuersalis Inquisitionis Tribunali practicatam opinionem Pegniæ, quod si in teste vario, & inconstanti, & sic periuro concurrant verisimiles coniecturæ, ipsum reuocasse suum dictum zelo fidei, nullo modo adhibitam fuisse torturam, secus autem non concurrentibus requisitis, de quibus *in cap. in fidei fauorem, de Hæret. in* 6. sic Pegn. *d. commentar.*114. *vers. vt autem*.

122 An autem in crimine hæresis testes aliàs inhabiles admittantur sine tortura? vide omnino relatos à P. Diana *par.* 4. *tract.* 6. *resolut.* 10. & 11. Vide tamen in proposito notabilem resolutionem Hieronymi de Federicis 62. *per tot. impress. post secundum volum. cons. Farin.* qui latè tuetur, nullo modo huiusmodi testes admitti absque tortura, & dicit, Cardinalem Crescentium vnum ex Supremis Inquisitoribus eiusdem fuisse opinionis, cui accessit etiam Cardinalis Verallus alter ex Supremis Inquisitoribus, quamuis primo loco contrariæ esset opinionis.

123 Sed tanta est vis torturæ, vt omnino stetur dicto emanato in tortura, non autem priori extra torturam emisso, Bartol.

di cta l. eos num. 2. *&* 4. Marsil. *num.* 8. *ff. ad l. Cornel. de fals.* Felyn. *in dicto cap. cum in tu a num.*3. & ibi Abb. *num.*9. Aretin. *nu.*11. *ex tr. de testib.* cum alijs latè per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 165. vbi *num.* 166. am-
124 pliat siue incontinenti, siue ex interuallo secundum dictum in tortura emanaue-
125 rit, & hoc procedit etiamquod non fuerit citata pars, vt de consuetudine citari non solet, Boss. *de opposit. contr. test. num.* 1. Clar. §. *fin. quæst.* 53. *vers. quartus est casus*, Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.*168. siue simus in iudicio ciuili, siue criminali,
126 quamuis in iudicio criminali secundum dictum debilitetur à primo, Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 184. 185. *&* 186. Si autem pluries fuerit illata tortura ob multiplica-
127 tam inconstantiam, tunc attenditur di-
128 ctum emanatum in vltima tortura, si illa fuerit grauior, vt concordando opiniones tenet ex Decian. *conf.*62. *n.*46. *lib.*2. Farin. *dicta quæst.*66. *num.*174.

129 Multoquæ magis hæc omnia locum habebunt, si primum dictum fuerit extraiudicialiter, & absque iuramento emanatum, secundum verò in iudicio, Cepoll. Gabr. & Tindar. à Farinacc. *loco cit. n.*175. *&* 176.

130 Dic tamen non attendi secundum dictum in tortura, si tortura non esset illata legitimis præcedentibus indiciis, Boss., Angel. & Menoch. *allegati* à Farin. *dicta quæst.* 66. *num.*177.

131 Secundò, non attenditur secundum dictum in tortura emanatum, si primum dictum ex aliqua rationabili causa appareret Iudici magis verisimile, Dec. *conf.*189. Crauett. *conf.* 49. cum alijs per Farinacc. *loco cit. num.*178.

132 Tertiò, non attenditur secundum dictum in tortura emanatum, quando profertur ab homine libero, qui non sit infamis, criminosus, vilis, vel varius, quia si torquetur, indebitè torquetur, sed solùm quando secundum dictum emanat ab eo, qui sine tortura admitti non potest, vt benè ex mente Alciati probat Farinacc. *loco cit. num.*179. *&* 180.

133 Quartò, non attenditur secundum dictum in tortura, quando quis torquetur non vti testis solùm, sed tanquam principalis quoad se, & testis quoad alios, Bart. *L.*1. §. *quæstioni, ff. de quæst.* Aretin. *dicto cap. cum in tua num.* 11. *extr. de testib.* cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 181. qui licet *num.* 182. afferat contrarium tenentes, *num.* tamen 183. dicit non esse recedendum à priori opinione.

134 Quintò dic, attendi primum dictum, & non secundum in tortura, quando il-
135 lud primum emanauit in articulo mortis, illud enim periculum est tortura spiritualis, Crauett. *conf.* 6. *num.* 51. Gabriel. *lib.* 7. *conclus.* 26. *numer.* 11.

136 Sextò, non attenditur secundum in tortura, quando testis vltra inconstantiæ notam patitur alios defectus, & alias inhabilis, Aym. *conf.* 6. *num.*54. Gabr. *loco cit. num.*12. Farin. *loco cit. num.*188.

137 Dic septimò, non attendi secundum dictum in tortura, si emanauit post publicationem primi dicti, & postquam testis est locutus cum parte, Gabriel., Boss. Angel. Cephal. à Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 171.

138 Duas alias limitationes affert Farinac. quæ destruunt conclusionem, & eas refellit, ideò apud illum videas.

139 Nec minor est virtus iudicij, quam torturæ, si enim quis extra iudicium aliquid asserat, deinde examinatus in iudicio contrarium deponat, attenditur dictum iudiciale, non autem extraiudiciale, Felyn. *in dicto cap. cum tua num.* 7. *&* 8. vbi de communiori, cum alijs, quos refert, & sequitur Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.*193. *&* 194. *vers. retenta*; quod procedit etiam
140 quod primum dictum extraiudiciale emanasset parte præsente, Tindar. *de testib. lib.*2. *par.*1. *cap.*5. *nu.*1. Farinacc. *d. quæst.*66. *num.*195. *&* 198.

141 Fallit primò, si primum extraiudiciale dictum esset iuratum, & iuramentum esset formiter præstitum, quia vel non attenditur secundum dictum iudiciale, vel neutrum attenditur, vt ex pluribus tuetur Farin. *dicta quæst.* 66. *num.* 211. 214. *&* 215.

142 Fallit secundò, quando primum dictum extraiudiciale esset magis verisimile conjecturis, & præsumptionibus adminiculatum, Felyn. *in dicto cap. cum in tua, extr. de testib.* Aretin. & alij à Farin. *dicta quæst.*66. *num.*216.

Sed, quod etiam hoc casu neutri dicto standum sit, voluere Gabriel. *lib.* 7. *conclus.*31. *num.*17. Roland. *conf.*40. *num.*13. *lib.*1. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.*66. *num.*217. qui tamen ex Facchineo concludit standum esse in hoc arbitrio Iudicis; & *num. seqq.* declarat non attendi primum dictum extraiudiciale, esse magis verisimile, si secundum dictum esset emanatum ad correctionem dicti extraiudicialis, vel primum dictum esset dubitatiuum, vel incidenter prolatum, & secundum esset in tortura confirmatum, vt ibi *per eum.*

143 Fallit tertiò, quando dictum primum extraiudiciale tempore actus gesti emanatum fuisset in scriptura confirmatum, Aretin. Dec. Menoch. & alij à Farinacc. *loco cit. num.* 223. vbi *num.* 225. ex mente Aretin. intelligit, dummodo scriptura, vel subscriptio interueniat tempore actus gesti, secus si post.

144 Declara tamen, quod licet attendatur secundum

secundum iudiciale, negari tamen non poterit, quod hoc non remaneat debilitatum à primo extraiudiciali, itaut, nec Iudex ex eo dicto possit ferre sententiam,
145 nec deferre iuramentum in supplementum, nec sumere indicium ad torturam, vt pluribus relatis tenet Farinacc. *loco cit. num.* 226.
146 Sed an attendatur primum dictum iudiciale, an verò secundum extraiudiciale? Tu dic attendi primum dictum iudiciale, Bart. *l. eos num.3. ff. ad l. Cornel. de fals.* & ibi Marsil. *num.* 8. Abb. *dicto cap. Cum in tua num.9.* Felyn. *num.*6. Imol. *num.*6. Aretin. *num.* 14. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 200. quod procedit, quamuis testis profiteretur, se falsum in
147 iudicio deposuisse, Farinacc. *d. quæst.*66. *num.* 203. Secundò procedit, etiamquod
148 secundum extraiudiciale emanauerit in mortis articulo, vel in actu confessionis, vt post Aretin. Tindar. Simanch. & alios, voluit Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 204. & 205.
149 An autem talis inconstantia in articulo mortis præiudicet tertio? Dic nullo modo præiudicare ad tradita per Doctor. communiter *in l. si quis in graui*, §. *si quis moriens*, *ff. ad Sillan.* Clar. §. *fin. quæst.* 53. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 5. *num.* 18. cum alijs per Farinacc. *quæst.* 46. *num.*56. *vers. secundus casus*.
150 Quod intellige, si ius sit quæsitum parti, secus autem re integra, Grammat. *cons.* 72. Gabriel. *lib.*7. *conclus.* 32. *num.* 16. Farinacc. *dicta quæst.*46.
151 Secundò intellige in causa ciuili, secus in causa criminali, in qua testis etiam prin-
152 cipalis quoad se nocet Fisco, itaut prius inculpatus torqueri nequeat, Grammat. *vot.* 3. *num.* 15. & *vot.* 11. *num.* 11. Marsil. *cons.* 109. *num.* 30. Farinacc. *dicta quæst.*46. *num.* 68.
153 Dummodo tamen prius dictum esset nudum, solum, & sine alijs indicijs, & coniecturis, secus, si dicta inculpatio esset adminiculis, coniecturis, & præsumptionibus adminiculata, vt ex Marsil. Foller. Bursatt. Rimin., & Mascard. concludit Farinacc. *dicta quæst.*46. *num.*72. qui *nu.*73. subiungit, quod hoc non procedit, si adminicula sint leuia.
154 Aduerte tamen, quod inconstantia huiusmodi in criminalibus habet suum effectum, si exculpatio, sine reuocatio fiat loco, & tempore apto, nempe si facta sit in Confortatorio, & eo tempore, quo testis, seu socius criminis confessus est peccata sua Sacerdoti, Sanctissimamque acceperit Eucharistiam, secus autem si facta sit in carcere, vt benè Marsil. *in pract.* §. *restat num.* 12. 16. & 17. Bursat. *cons.*201. *nu.*148. *lib.*2. Farin. *d. quæst.*46. *n.*70. 71. & 74.

De Inconstantia in Iudicijs.

155 Sed quamuis huiusmodi inconstantia tertio non nocet tam in causa ciuili, quàm criminali, nocebit tamen testi, vel reo inconstanti, Boer. *decis.* 255. *ad fin.* Gabr. *dicta conclus.* 32. *num.*14. Farinacc. *dicta quæst.*46. *num.* 67.
156 Tertiò, procedit non solùm si lata sit sententia, sed etiam si ferenda sit, adhuc enim per secundum extraiudiciale dictum non tollitur primum, Felyn. *dicto cap. Cum in tua num.* 6. Arch. *num.*14. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.*66. *nu.*206. vbi *nu.*207. adducit contrarium tenentes, & concordat opiniones, vt hoc remittatur arbitrio Iudicis, qui attenta personæ, negocij, & temporis qualitate dijudicabit, quale di-
157 ctum sit attendendum. Si autem secundum dictum extraiudiciale habeat in se hasce qualitates, nempe verisimilitudinem depositionis, causam inconstantiæ, & fuerit factum in articulo mortis, tunc deberet attendi hoc, & non primum, Simanch. *de Catholic. instit. tit.* 64. *num.*58. & 59. Farinacc. *loco cit. num.* 210.
158 Cæterum omnis interpretatio sumenda, vt testis inconstans ad constantiam reducatur, secundùm Bart. *in l. non solum*, §. *Sed vt probari num.* 3. *ff. oper. nou. nunciat.* Butr. *in cap. Cum tu num.*4. & ibi Abb. *nu.*4. Felyn. *num.* 1. *extr. de testib.* Farinacc. *dicta quæst.*66. *num.* 317. de iure enim non præ-
159 sumitur testis inconstans, & varius, Bald. *l. de quibus in prima lectura, col. fin. de legibus*, Dec. *consil.* 100. Petra *de fideicommiss. quæst.* 12. *num.* 939. & propterea ad hunc
160 effectum verba sunt nedum impropriè, sed improprijssimè intelligenda, Rimin. sen. *cons.*53. *lib.*1. Petr. *d. quæst.*12. *num.*956. Farinacc. *loco cit. num.*318.
161 Imò facienda est concordia per subauditos intellectus, & sic per interpretationem suppletiuam, Alex. *cons.*43. *nu.*35. *lib.*4. Rimin. sen. *cons.*56. *num.*6. *lib.*1. cum alijs per Farinacc. *d. quæst.*66. *num.*319.
162 At, si inconstantia, & contrarietas esset manifesta, nullo pacto posset fieri concordia, vel conciliatio, Bald. *l. sed, etsi possessorij*, §. *Sed, etsi rerum*, *ff. de iureiur*, Cæsar de Grass. *decis.*73. *num.* 5. cum alijs per Farinacc. *dicta quæst.*66. *num.*320.
163 An autem testis concordatus euitet pœnam falsi solummodò, an verò etiam probet? variant Interpretes, vt patet ex adductis per Farinacc. *d. quæst.*66. *num.*322. *cum seq.* Tu dic, quod, quando testis potest reduci ad concordiam, non solùm euitat pœnam falsi, sed etiam probat, vt resoluit Rot. coram Put. *decis.* 28. *lib.*3. & ibi Addit. ex Felyn. & Loffred. *cons.*49.
164 Quod tamen intelligit Farin. si sumus in causa ciuili, non autem in causa criminali, *dicta quæst.* 66. *num.* 327. & 328. & in causa ciuili, si fiat concordia per intelle-

165 ctam repetitionem sermonis, secus si per actuum multiplicationem, vel per impropriationem verborum, vt ibi *num.* 328.
166 Primò ergo infer ex principali quæstione, quod si testis primo loco deposuit super facto affirmatiuè, demum super eodem interrogatus deponat se non recordari, quod iste testis non dicitur inconstans secundum Bartolum *in l. in exercendis, vers. quæro quid si testis, C. de fid. instrument.*
167 quia potest esse, quod quis hodie non recordetur de eo, de quo antea recordabatur, Alex. *conf.* 185. *num.* 4. *lib.* 7. vbi de teste, qui prius deposuit, quod sunt tot anni, quod Titius fuit confessus tale quid, postea interrogatus de tempore, & loco dicit, se non recordari, quomodo huiusmodi inconstantia concordetur, de quo Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 329. qui *nu.* 330. dicit, quod benè testis excusatur à contrarietate, sed non videtur, quod probet.
168 Secundò infert, quod si testis primo loco dixit se non recordari, deinde dicat se recordari, non erit inconstans, quia potest stare, quod quis demum recorde-
169 tur de eo, de quo prius non recordabatur, Felyn. *cap. Præterea ad finem, vers. quod autem dicitur, de testibus cog.* Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 331. Quod non procedit, si
170 dixisset, se recordari, postquam locutus est cum parte, quia tunc præsumitur subornatus, & non probat Felyn. Diaz. Corrad. Gabriel. & Bertazzol. à Farinaccio *d. quæst.* 66. *num.* 332. vbi *num.* 333. idem
171 dicit, quando testis nouæ memoriæ causam non allegat.
172 Tertiò infertur, quod testis, qui primò dubitatiuè, deinde assertiuè, & sine dubitatione deponit, non dicitur inconstans, sed probat, dummodo non in eo-
173 dem examine, sed in diuersis examinibus, vt post Tindar. Crot. Foller. Gabriel. dicit Farinaccius *loco cit. num.* 335.
174 Quartò infertur, quod testis, qui primò dixit, se credere, deinde se scire, non dicitur varius, neque inconstans, sed statur eius secundo dicto, quia possum ho-
175 die pro certo scire id, quod priùs tantùm credebam, Gloss. *in l. de tutela in verb. probata, C. de in integr. restit.* Soccin. *conf.* 92. *num.* 7. *lib.* 3. Farinaccius, qui alios *dicta quæst.* 66. *num.* 336. qui *num.* 337. 338. & 339. limitat procedere, dummodo te-
176 stis alleget causam nouæ certitudinis, vel simus in casu, quo licita est correctio, vel nisi testi de credulitate plenè credatur.
177 Idem dicendum est de teste, qui primò dixit, sibi videri, deinde se scire Tind. *testib. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Farinaccius qui alios *d. quæst. num.* 340.
178 Quid autem è contra, si testis primò dixit, se scire, deinde dixit se credere, an dicatur varius, & inconstans: Dic, quod non reputatur inconstans, sed probat, dummodo simus in eodem examine, vel
179 sumus in his, quæ nobis innotescunt per fidem, in quibus idem est scire, quod credere, vel tandem quando testis allegauit veram rationem suæ scientiæ, his enim casibus non euacuatur primum dictum, vt concordando opiniones, voluit Farin. *d. quæst.* 66. *num.* 344.
180 Quintò infertur, quod testis, qui primò dixit, se nescire, deinde dixit se credere, dicitur varius, & inconstans, & propterea nihil probat, Aretin. *conf.* 71. *num.* 1. Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 345.
181 Sextò infertur, quod testis, qui primò dixit, se credere, deinde, se non credere, vel è contra, nullo modo est varius, quia
182 hodie possum vnum credere, & cras aliud, Felyn. *d. cap. Per tuas n.* 1. *de testibus*, cum alijs per Farinaccium *dicta quæst.* 66. *num.* 346. qui tamen limitat tribus modis: Primò, vt non procedat in illis casibus, in quibus testi de credulitate deponenti
183 plenè creditur; Secundò si non sit licita correctio; Tertiò, si non alleget causam nouæ credulitatis, vt post Tindar. Crot. & Gabriellium ibidem Farinaccius *num.* 348. 349. 350.
184 Septimò infertur, quod testis, qui sui dicti rationem reddendo, primò dixit, quia vidit, secundò, quia audiuit, vel è contra, nullo modo est varius, neque inconstans, Ruin. *conf.* 54. *num.* 4. *lib.* 4. Petr. *de fideicom. quæst.* 12. *num.* 996. Marsil. *singul.* 418. Put. *decis.* 28. *num.* 1. & 3. *lib.* 3. Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 351. & 354.
185 Si tamen testis primò dixit, se scire, demum se audiuisse, licèt ab inconstantia liberetur, non tamen probat, quia dicitur testis de auditu, Ruin. *d. conf.* 54. *nu.* 4. Farinacc. *dicta quæst.* 66. *num.* 352. & 353.
186 Octauò infertur, quod testis, qui primò dixit, se scire, deinde se nescire, non dicitur varius, sed eius dicta concordantur, vt scilicet nesciat, nisi prout dixit, Dec. *conf.* 272. *num.* 2. Neuizan. *conf.* 48. *nu.* 7.
187 vbi de teste, qui primò dixit se esse fratrem producentis, demum dixit, non esse attinentem, nam debet intelligi, non esse attinentem, nisi vt supra dixit, Rimin. iun. *conf.* 344. *n.* 9. Rota *decis.* 141. *par.* 2. *diuers.* Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 355. vbi Loffred. & Tindar. contrarium sentientes reprobat.
188 Nonò infertur, quod testis, qui primò dixit nescire, demum scire, nullo modo est contrarius, quia potest esse, quod
189 hodie incipiam scire id, quod antea ignorabam, Aretin. Tindar. & alij à Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 357. vbi tamen adducit alios contrarium sentientes.
190 Hæc tamen illatio non procedit primò

si testis ad partis instantiam repeteretur, vel ex interuallo se corrigeret, quia præsumeretur à parte subornatus, Aretinus, Tindar. Crot. Gabriel. & alij à Farinaccio *d. quæst.* 66. *num.* 360.

191 Nec si testis probabilem scientiæ causam non alleget Bertazzol. *cons.* 359. *nu.* 10. *lib.* 2. Farinacc. *vbi supra num.* 363.

192 Nec si testis in prima depositione, in qua asserit, se nescire, dixerit etiam, se fuisse præsentem in illo actu, de quo nihil scire affirmat, quia tunc dicitur varius, inconstans, & contrarius, & ideo nihil probat Gabriel. Aretinus, & Loffred. à Farinaccio *d. quæst.* 66. *num.* 364.

193 Decimò infertur, quod testis, qui primò dixit, se hoc tantùm scire, vel hoc tantùm verùm esse, postea aliquid aliud addit, illudque etiam verum asserit, reputatur varius, & inconstans, ideo nihil probat, Capr. *cons.* 75. *num.* 4. Boss. *de public. process. num.* 35. cum alijs per Farinacc. *d. quæst.* 66. *num.* 366. Petr. *dicta quæst.* 12. *num.* 986. vbi declarat.

194 Vndecimò infertur, quod testis examinatus in Palatio Potestatis, qui dicit, aliquid factũ in Palatio Episcopi, deinde dicit, illud idem factum in hoc Palatio, non est varius, quia intelligitur eius dictum non de hoc Palatio Potestatis, sed de Palatio Episcopi, Bartol. *in l.* 1. *in principio num.* 3. *ff. de oper. nou. nunciat.* cum alijs per Farinaccium *d. quæst.* 66. *num.* 367.

195 Duodecimò infertur, quod testis, qui in principio sui examinis dixit, maleficium fuisse commissum præsentibus Titio, & Seio, dein interrogatus, qui fuerint præsentes, dicat, quod nullus fuit præsens, non est varius, quia debet intelligi, quod nullus fuit præsens præter Titium, & Seium, Alexand. *cons.* 185. *num.* 4. *lib.* 2. Caputaq. *decis.* 370. *num.* 8. *par.* 3. cum alijs per Farinaccium *d. quæst.* 66. *nu.* 368.

196 Decimotertiò infertur, quod si testis dicat, se vidisse Titium per certum tempus possidere, deinde dicat, quod aliquando fuit absens, non est varius, quia possessio absentis potest intelligi de ciuili, Rip. *l.* 1. *num.* 107. *ff. solut. matrim.* Petr. *de fideicom. quæst.* 12. *num.* 1156. vbi tamen, quod hoc non habet locum, si testis, reddendo causam scientiæ, dixerit, quia vidit eos colere, quia tunc intelligitur de possessione naturali, nisi tenuisset familiam suam in loco rei, de cuius possessione quæritur; Vel potest concordari iste testis, quod per illud tempus non semper, sed plerumque possedit ex Ripa idem Petr. *num.* 1189.

197 Decimoquartò infertur, quod si testis primò dicat, quod tale non fuit factum, quia ipse vidisset, & demum dicat fuisse factum, si illud, quod fuit factum, durauit per octo, vel decem dies, testis non dicitur inconstans, Rimin. iun. *cons.* 53. *num.* 12. *vol.* 1. Petr. *d. quæst.* 12. *num.* 970.

198 Decimoquintò infertur, quod testis, qui deposuit, Martinum esse debitorem Sempronij in centum, & causam scientiæ reddens deponit, quia tali die promisit 50. tali die 100. non est varius, quia intelligitur de 100. computatis 50. Abbas *cap. Cum tu num.* 3. & ibi Felyn. *col.* 4. *circa medium, de testibus* Petra *dicta quæst.* 12. *num.* 978.

199 Decimosextò infertur, quod testis, qui primò dixit, clausulam codicillarem fuisse expressam per testatorem, deinde per Notarium, non est varius, quia debet intelligi per Notarium dictante testatore, Neuizan. *cons.* 80. *num.* 26. Petra *d. qu.* 12. *num.* 988. & 989.

200 Decimoseptimò infertur, quod testis, qui primò dixit, quod Titius non fuit tentus, cognitus, nec reputatus pro filio legitimo Sempronij, sed fuisse, & esse suppositium, demum dicat, quod Sempronius tenebat Titium pro filio legitimo, non est varius, neque inconstans, quia primum dictum debet intelligi de tractatu coniunctorum, & secundum, quoad tractatum Sempronij, Dec. *cons.* 342. *num.* 4. Petra *d. quæst.* 12. *num.* 990.

201 Decimooctauò, quod testis, qui primò dixit, quod vidit designare ædificium, demum dixit, quod respiciebat ædificia, non est inconstans, Petr. *dicta quæst.* 12. *num.* 1000.

202 Decimononò infertur, quod testis, qui primò dixit, pecunias fuisse solutas patri, demum sibi solutas fuisse, non est varius, neque inconstans, quia intelligitur de ordine patris, latè Rimin. iun. *cons.* 344. *vol.* 3. vbi testem à pœna falsi solùm excusat, Petr. *d. quæst.* 12. *num.* 1009.

203 Vigesimò infertur, quod testis, qui primò dixit, quod antequam, appropinquarent ad fenestram, fuit permonitus à Titio, quod aduerteret ad verba, quæ dicturus erat, deinde dixit, quod Titius cæpit ipsum per manum, & duxit eum ad fenestram, esse varium, & inconstantem, itaut nullo modo possit conciliari, Ruin. *cons.* 149. *num.* 27. *ad finem volum.* 5. Petr. *d. quæst.* 12. *num.* 975. Quod tamen dictum apud me valdè redditur dubitabile, quia possunt insimul stare, quod & cæpit eum per brachium, ducendo ad fenestram, & dixerit ei, quod aduerteret ad verba, quæ dicturus erat.

204 Vigesimoprimò infertur, testis, qui primo loco dixit, quod in molendino quædam deficiebant, deinde dixit, quod gubernauit dictum molendinum, & omnia aderant ad illud pertinentia, est inconstans, neque à contrarietate

potest saluari, Petr. *d. quæst.* 12. *num.* 983.

205 Vigesimosecundò infertur, quod si testis primò dicat, venditionem factam fuisse, sed quod non cognoscebat emptorem, demum dicat, quod venditio fuit facta Titio, est varius, nec potest saluari ab inconstantia, Alex. *conf.* 183. *num.* 8. *vol.* 6. Petra *d. quæst.* 12. *num.* 985. Quæ tamen illatio apud me dubia est, quia potest concordari, quod non cognoscebat emptorem antequam illi fieret emptio, sed quod à die emptionis illud cognouit.

206 Vigesimotertiò, quod testis, qui primò dixit, quod tale prædium fuit venditum scutis centum, demum dixit scutis 150. varius est, & inconstans, Alex. *dicto conf.* 183. *num.* 10. *lib.* 6. Petr. *d. quæst.* 12. *num.* 987. Quæ tamen illatio potest pati difficultatem, quia in summa maiori scutorum 150. inest minor summa scutorum centum.

QVÆSTIO XXXV.

ARGVMENTVM.

An Testes testamentarij possint inconstantes dicere se non interfuisse testamentum.

SVMMARIVM.

1 *Testes testamentarij an, & quando deponere possint se, non interfuisse testamento, & num.* 9. *cum seqq. num.* 34. 57. 61. 68. 70. *cum seqq.*

2 *Testamentum, quas habere debeat qualitates, & num.* 60.

3 *Hæredi scripto in testamento, quando debeatur immissio.*

4 *Instrumentum testamenti à Notario rogatum facit probationem probatam.*

5 *Recognitio manus testatoris quando requiratur ad probationem testamenti, & num.* 88.

6 *Testes contra inducentem plenè probant.*

7 *Contradictor legitimus contra venientem ex posteriori testamento, quando dicatur possidens ex testamento priori, & num.* 58.

8 *Probationes contra testamentum quando non sint admittendæ.*

11 *Testes in testamento subscripti si afferant se ad subscribendam deceptos, an fidem mereantur.*

12 *Deceptio, & fraus quomodo excludantur, & num.* 56.

13 *Notarij sine magno lucro fraudes regulariter non committunt, & num.* 47.

14 *Deceptionis suspicio cessat in Curiali, & de ratione.*

15 *Testis quando, & quomodo possit declarare suam attestationem, & num.* 17. *&* 74. *cum seq.*

16 *Maximè ex interuallo.*

18 *Dictio* vt supra *repetitiua est omnium supra expressorum.*

19 *Testes contra testamentum, qui non admittantur, & num.* 23.

20 *Testes familiares, & domestici fidem non merentur.*

21 *Testes affectate deponentes non probant.*

22 *Falsitas testium fidem destruit.*

24 *Contrarietas in substantialibus tollit fidem testium.*

25 *Attestatio attendenda potissimum est contra partem, quæ illa in iudicio vsa fuit.*

26 *Testes quomodo debeant deponere de negatiua contra testamentum, & num. seq. ac num.* 67.

28 *Instrumentum attendendum est, quando potuit expediri aliter quàm testes dicant, & num.* 22.

29 *Testis varius plenè probat contra inducentem.*

30 *Consignatio schedulæ testamenti quando probari debeat.*

31 *Verba Notarij de testamento rogati dicuntur verba testatoris.*

33 *Testamentum aliqualiter vacillans an, & quando adhuc substineatur vigore clausulæ codicillaris, & num. seq.*

35 *Testibus, & Notario deponentibus pro testamento in concursu testium contrariorum multum deferri debet.*

36 *Notarijs duobus rogatis, vnus eorum computari potest inter testes.*

37 *Testes in codicillis admittuntur etiam non rogati, & quid si non se subscripserunt.*

38 *Clausula codicillaris an, & quando operetur quod consignatio, & stipulatio probetur etiam ex testibus non rogatis, & num.* 82. *&* 84.

39 *Solemnitas extrinseca testamenti probari potest, etiam per duos, vel tres testes non rogatos, neque in testamento descriptos.*

40 *Testamentum subscriptum à testatore facit euidentissimam, & indubitatam probationem.*

41 *Voluntas testandi, perfecta, & libera, ex quibus arguatur, vel excludatur, & num.* 54. *&* 78.

42 *Voluntas testatoris probata satis remanet ex testamento.*

PRO resolutione huius quæstionis erit distinguendum, quod aut testes sunt simpliciter descripti, sed non subscripti; aut sunt etiam subscripti. In primo casu admittitur eorum inconstantia; in secundo verò casu non audiuntur, nisi probent se fuisse deceptos; Et hæc est communis Doctorum opinio, tam Italorum, quàm Germanorum, Gallorum, & Hispanorum; prout

Ex Italis docent Surd. *cons.414. à nu.77. cum seqq.* Altograd. *cons.* 50. *à num.* 90. Francisc. à Ponte *cons.* 129. *à num.* 9. *to.* 2. Capon. *discept.* 370. *à num.* 50. *to.* 5. Rub. *de testam. in cap.* 42. *ferè per tot.* Antonius Capic. *decis.* 192. *num.* 5. & Prosper Petr. *ad d. Capic. decis.* 192.

Ex Germanis, Herman. Vulteus *in cons.* 15. *num.* 151. *to.* 1. *& in cons.* 30. *num.*213. *tom.* 2. Francisc. Tert. Cremens. *inter consilia* Kirchou *to.*3. *cons.*19. *num.*32. 34. *&* 70. *vers. secundò infertur, cum pluribus seqq.*

Ex Gallis sufficiat doctissimus Anton. Faber. *in suo Cod. Fabriano lib.* 9. *sub tit.* 13. *ad l. Cornel. de fals. defin.* 3.

Ex Hispanis, Couarruu. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *sub num.* 11. *vers. secunda conclusio in fin.* Valboa *ad cap.* 5. *de probat.* Valasc. *decis.* 183.

Sed quia similis quæstio agitatur in Rota inter D. Ducem Io. Baptistam Rospiliosum, & Bainlinum eius filium, & D. Augustinum Pallauicinum, placuit hic inserere duas elegantissimas Decisiones in causa *Romana, seu Ianuen. Testamenti*, emanatas coram R. P. D. Hieronymo Matthæio Rotæ Auditore, & Domus Pontificiæ Præfecto, quarum prima prodijt *sub die* 9. *Iunij* 1681. fauore Domini Augustini Pallauicini, & secunda recedens à prima consultis omnibus eiusdem Rotæ Auditoribus emanauit fauore Dominorum de Rospiliosis *sub die* 2. *Aprilis* 1683.

In qua *sub §. Hodie* fuit dictum, quod ad trutinam reuocatis omnibus auctoritatibus, eæ procedunt solùm in casu, quo secundum dictum testium esset omnino destructiuum primi, nec remaneret aliunde probatum, siue adminiculatum; secus verò quando posterior depositio iudicialis est declaratiua subscriptionis antecedentis, & aliunde probatur vera, siue adminiculatur; isto enim casu Domini crediderunt in controuersiam cadere non posse, quod testes etiam subscripti ex interuallo admittantur ad declarandam propriam subscriptionem; ad quod allegati fuerunt Innoc. Abb. Spad. Palm. Rub. *de testamen.* & aliàs Rotæ decisiones, vt videre est in *d. §. Hodie*.

Verum causa acriter discussa, vt apparet ex hisce duabus Rotæ decisionibus, composita tandem fuit laudabili concordia inita inter partes sub mense Ianuarij 1684.

DVm vixit bon. mem. Nicolaus Pallauicinus Ciuitellæ Princeps duo condidit Testamenta, & primum de anno 1670. in quo institutis hæredibus filijs masculis nascituris, substituit in eorum defectum clar. mem. D. Cardinalem Pallauicinum patruum, & secundum sub die 13. Augusti 1679. exarauit in quo eumdem D. Cardinalem nominauit, & post illius mortem eidem D. Augustinum Pallauicinum sibi coniunctum substituit cum erectione perpetuæ primogenituræ, & onere assumendi nomen.

Secuto de anno 1680. obitu eiusdem bon. mem. Cardinalis, qui præcedenter commissionem *iac. iac. ex l. diffamari*, obtinuerat mihi directam, cum factus esset locus substitutioni ad fauorem D. Augustini, D. Dux Io: Baptista Rospiliosus,

& Bainliuus eius filius, eiusdem D.Cardinalis hæres similem commissionem pariter mihi directam expediuerunt, prætendentes ex primo testamento eiusdem bon. mem. Principis Nicolai debitam eis fuisse successionem eiusdem D. Cardinalis, cuius hæredes in suo testamento, cum quo decessit fuerunt instituti,& cum causam primo loco sub die 23. Febr. 1680. proposuerim super remissoria, quam petebat dict. D. Cardinalis Pallauicinus, cuius vigore fuerunt examinati tam testes testamentarij, quàm extranei contra validitatem testamenti, vt in dicta decisione dicta die edita, demum sub die 26. Iunij 1680. & 24. Ianuarij 1681. repropositaa causa super negocio principali, an esset danda immissio nulla capta fuit resolutio, & sub die 21. eiusdem anni fuit dictum, vt videretur de bono iure etiam ad effectum immissionis, & tandem hodie constare de bono iure D. Augustini etiam ad effectum immissionis resolutum fuit.

Patens enim est bonum ius super quo ipse nititur, ex quo suam habet intentionem sufficienter fundatam in publico testamenti instrumento in omni sua parte perfecto, non abolito,non cancellato,non vitiato, & rogato à duobus Notarijs Vrbis in dorso schedulæ coram septem testibus subscriptis, in quo concurrunt omnia necessaria requisita pro validitate testa-
2 menti nuncupatiui implicita, iuxta inueteratum stylum huius Supremi Tribunalis, & cautelam *Clar.* communiter receptam *in §. Testamentum quæst. 4. sub numero 3.*
3 *vers. Sed pone*, sæpius à Rota comprobatum, & cuius vigore immissio hæredi scripto debetur in vim *l. fin.C. de edict.Diu. Adr. tollen.vt est decis. coram* Duran.180.*numero* 4. *& in recent. decis.*359.*nu.*13. *par.*11. *& decis.*109. *num.*1. *par.*17. *rec.*

Itaut ad inducendam concludentem probationem validitatis testamenti sufficeret publicum, & solemne instrumen-
4 tum ab ipso Notario rogatum, quod de per se facit probationem probatam, & rem claram reddit, & manifestam, argumento *l. in donat.* 31. *C. de donat.* Gloss. *in l. hæres palam in verb. Ante, circa finem, vers. Alij contr. ff. qui testam. fac. poss.* absque eo quod requiratur vlterior recognitio ma-
5 nus Testatoris, quia cũ super dorso ipsius schedulæ confectum fuerit publicum instrumentum, standum est fidei Notarii, eique in hac materia omninò deferendum venit, Crass. *in §. Testamentum quæst.*4.*vers. Sed pone*, Bart. *in l.*2. *num.*1. *vers. Sed si Notarius est rogatus, ff.quemadm. test.aper.* Costa *cons.*93. *num.*3. *&* 4. *lib.*1. Fulgos. *consil.*56. *num.*1. *vers. Sed Testator*, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*1. *tit.*7. *nu.*7.*circa med.* Add. ad Buratt. *decis.*475. *num.* 21. *vers. Tertius casus est*, Duran. *decis.* 178. *num.*6. *in recent. decis.*96. *num.*9. *par.* 5. *& decis.* 149. *num.*4. *parte* 17.

Idque eo clarius comprobatur ex subscriptione testamenti facta ab eodem Principe Nicolao Testatore, de qua vltra attestationes Antamori, & P. Pallauicini deponit de visu vnus ex testibus testamentarijs, & alij duo, nempè Caballonius iuxtà 19. Interrogatorium, & Sabbatinus
6 iuxtà 13. qui deponunt audiuisse testamentum ab eodem Principe fuisse subscriptum, & tanquam inducti à Dominis de Rospiliosis contra eosdem plenè probant, Dunozett. iun. *decis.*790.*numero* 13. Buratt. *decis.*668. *num* 4.*& decis.*208.*nu.*13. *par.*17. *recent.*

His concurrentibus existimabant nonnulli ex Dominis in alijs propositionibus consonum esse æquitati, & iustitiæ D. Augustino immissionem concedere in vim *l. fin. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen.* ac alijs
7 reluctantibus, sub iuridico motiuo, quod immissio denegari soleat, quandò illa petitur aduersus hæredem possidentem ex aliquo priori testamento, & cum Domini de Rospiliosis hodie reperiantur in possessionem in vim prioris testamenti conditi de anno 1670. dicuntur legitimi contradictores ad impediendum hanc immissionem, quam petit D. Augustinus, *vt in decis.* Seraph.253. & Caualer. *decis.*485. firmatum fuit, & idcircò inclinarunt Domini, quod videretur de bono iure,etiam ad effectum immissionis, & præsertim cum in vim Remissoriæ Rotalis iam fuerint examinati nonnulli testes,de quo bono iure, vt iam dictum est hodie constare resolutum fuit fauore dicti D. Augustini, eique dandam esse immissionem, quia illud ab eo concludenter probatur ex rogitu Notarij, & septem testium subscrip-
8 tione in dorso eiusdem schedulæ de consignatione supradicta, contra quos admittendæ non sunt probationes in contrarium, nisi sint liquidissimæ, & excludant omnem dubitandi rationem, Altograd. *cons.* 50. *num.* 38. *cum seqq. lib.* 1. Coccin. *decis.*2226. *num.*7. *& seq.* Rota *in recent. decis.*375. *num.*48. *par.*16. *& decis.*109. *nu.*46. *& seqq. par.* 17. *& in Senogalien. Testamenti* 15. *Februarij* 1677. *§. Et tamen, & §. Quia vltra quod,coram Reuerendiss. Bourlemont*,aliàs enim actum esset de testamentis, quia de facili aperiretur via prosternendi vltimas voluntates, *decis.* 395. *numero* 19. *par.* 17. *recent.*

Hinc nihil releuant exceptiones ab informantibus pro Domini de Rospiliosis adductæ ad prosternendam testamenti validitatem,restrictæ in tribus obiectis,quorum primum oritur ex deficientia solemnitatum, secundum ex defectu volunta-

tis, & tertium ex identitate schedulæ. Et quoad deficientiam solemnitatum deducitur probatio, quod tres testes testamentarij, nempè Vrbanus Fabrettus, Carolus Seralta, & Io: Baptista Sabbatinus deposuerunt, se non fuisse præsentes consignationi testamenti in principio rogitus, sed intrpiuisse cubiculum Principis quando Antamorus Notarius habens in manibus schedulam testamenti, dicebat perlegendo illa verba, *cassando, & annullando*, sed huiusmodi defectus non est attendendus, nec ex eo vitiatum remanet testamentum.

Siquidem cum prædicti tres, & nominati testes adhibiti fuerint à Notario in consignatione schedulæ, & in dorso illius se subscripserint, *fui presente alla consegna del presente testamento*, eorum depositio ex post in contrarium facta non est attendenda, quia deponunt contra propriam subscriptionem, etiam si huiusmodi depositio posterior sit iurata, cum præsumantur
9 subornati, & non obstante huiusmodi depositione plena fides est præstanda testamenti instrumento, *l. qui testam. §. vlt. vbi Doctor. ff. de testam.* Farinacc. *cons.*170. *num.*8. *lib.*2. & in his præcisis terminis testatur Capic. *decis.* 192. *num.* 4. *&* 7. Sess. *decis.* 119. *num.* 32. *& seq.* Rota *decis.* 263. *num.* 24. *& seq. par.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 581. *num.*35. *par.*4. *tom.*3. *& decis.* 353. *num.*20. *par.*13. *recent.*

Et hæc conclusio est tanti roboris, tantæque virtutis, vt etiam si omnes testes testamentarij contradicerent propriæ subscriptioni, adhuc præferendum esset testa-
10 mentum eorum dictis subscriptioni contrarijs, iuxtà doctrinam Ancharan. *in cap. Cum Ioann. num.* 12. *de fid. instrum.* quem sequitur Hodier. *controu.*19. *num.*10. *& seq.* vbi testatur ita fuisse iudicatum, Surdus *cons.*378. *num.*21. *in fin.* Rota *decis.*109. *numero* 19. *par.*17. *recent.* maximè ad euitandam eorum turpitudinem, vt ait Boss. *in tit. de fals. num.*10. *vers. Potest dici,* Rota *decis.*263. *num.*24. *&* 25. *par.*4. *tom.*2. *& dicta decis.*109. *num.*18. *&* 19. *par.*17. *recent.*

Non subsistente replicatione, quod testes se subscripserint ad dictamen Notarij, & quod fuerint ab ipso decepti, & malis artibus inducti ad se subscribendum, quoniam visa fuit insubsistens huiusmodi re-
11 plicatio, quia dum reperiuntur testes subscripti allegata deceptio debet aliunde probari, ex quo non creditur dictis testibus descriptis allegantibus se fuisse deceptos, Aretin. *in cap. Per tuas num.*33. *de probat.* Roder. *cons.*34. *num.*10. Capon. *discept.* 370. *num.*54. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.*192. *num.*2. Rota *decis.*263. *numero* 24. *&* 26. *par.*4. *tom.*2. *decis.* 66. *num.*8. *parte* 6. *& dicta decis.*353. *num.* 22. *&* 27. *par.*13. *& dicta decis.*109. *num.*20. *par.*17. *recent.*

In casu autem, de quo agitur, omnis suspicio deceptionis excluditur ex legalitate Notariorum, & præcipuè vnius ab ipsismet testibus commendata, ac etiam à Card. Pallauicino, qui erat illius Compater, & à Principe Testatore approbata, dum eius opera vsi fuerunt in conficien-
12 dis instrumentis, & insuper concurrit nobilitas, & absentia D. Augustini substituti, ex quibus exclusa remanet quælibet suspicio deceptionis, & fraudis, quæ in istis non cadit, Rota *coram Cels. decis.* 271. *numero* 13. *& dicta decis* 109. *num.* 42. *& seqq. par.* 17. *recent.* cessante præsertim magno
13 lucro, & vtilitate Notarij, sine qua fraudes regulariter non committuntur, Crau. *cons.* 75. *numero* 13. *& seq.* Menoch. *præsumpt.*20. *num.*48. *lib.*5. Thesaur. *decis.*171. Merlin. *decis.* 636. *vtrobique num.*7. potissi-
14 mum, quia alter ex eis est Curialis, in quo tanquam non ignaro litterarum cadere nequit deceptionis suspicio, Surdus *cons.*378. *num.*22. *in fin.*

Nihil penitus refragante altero, & citato obiecto, quod idem testes se declarare potuerint, quia omissis alijs destruit obiectum responsio, quod cum ipsi testes scripserint se fuisse præsentes eiusdem consignationi schedulæ testamentariæ, & postea deposuerint non fuisse præsentes eiusdem consignationi non dicuntur se declarasse, sed de directo destruere primum dictum, cum de natura declarationis sit, quod aliquo modo conueniat eidem primo dicto, non autem, quod illud
15 totaliter destruat, & contrarietas ex eorum dictis oriatur, Alciat. *regul.* 2. *præsumpt.* 29. *num.*5. *in fin.* Menoch. *de arbitr. lib.*2. *casu* 108. *num.* 11. *vers. Extenditur secundo*, Gabriel. *de malef. conclus.*7. *nu.*14.

Regulare enim est in testibus, quod non possint ex interuallo se corrigere, & se-
16 cundum dictum nunquam attenditur, quia præsumitur dolus, & subornatio, quando agitur de re substantiali, in qua se retractarent, *cap. Propterea de testibus cog. §. Et licet, Auth. de testib.* Gabriel. *de malef. conclus.*27. *num.*4. Farinacc. *de testib. qu.* 66. *num.* 228. Tepat. *var. sen. lib.* 2. *tit. de Test. in genere, vers. Tres testes,* Capon. *contr.*370. *num.*50. Grammat. *decis.*103. *nu.*146. Rota *decis.*19. *de testib. in nouis*.

Præsertim verò, quia verba illa, *fui presente alla consegna*, vti clara, & vulgari idiomate prolata, nullam admittunt contrariam interpretationem, in quibus proindè nulla cadere poterat declaratio, quā solum testes facere possunt in illis, quæ sunt ambigua, & à quorum dubietate, nisi per illorum declarationem extricari valet intellectus, Rota *decis.*351. *numero* 7. *&* 8. *par.* 6. *recent. & decis.* 140. *num.* 14. *parte* 7.

17 Tantoque certius, quia isti tres testes in secunda depositione dixerunt, se subscripsisse *per verità*, & Fabrettus ait: *Io mai mi sono sottoscritto, nè hò asserito vna cosa nella mia scrittura, che non sia stata vera*, & Sabbatinus pariter deposuit, *e mi sottoscrissi anche per la verità circa quello, che haueuo veduto dentro la Camera del Signor Prencipe*, & illa verba, *che haueuo veduto*, non possunt referri ad simplicem auditum verborum, *cassando, & annullando*, sed necessario intelligenda veniunt de re cadente sub sensu visus, qualis dicitur esse consignatio, cui se fuisse præsentes subscripserunt, vt ad propositum egregiè firmat Spad. *consil.* 90. *num.* 1. *lib.* 1.

18 Demum nullius est momenti, quod Seralta, & Sabbatinus se subscripserint *fui presente come sopra*, quia cum alij quinque testes immediatè supra dixerint *io fui presente alla consegna del detto Testamento*, per relatiuam dictionem *vt supra*, adiectam in subscriptione Seraltæ, & Sabbatini idem est, acsi subscripsissent fuisse præsentes consignationi, prout alij dixerunt, attento præsertim, quod dictio *vt supra* repetat omnia, quæ superius fuerunt expressè dicta, Curt. iun. *cons.* 266. *num.* 23. Barbos. *dict.* 441. *num.* 1. Rota *decis.* 179. *nu.* 12. *par.* 6. *& decis.* 147. *num.* 14. *&* 15. *par.* 9. *recent.*

Nullatenus pariter fuit admissum, quod ad coadiuuandum eorumdem trium testium testamentariorum absentiam tempore consignationis vltra eorum dicta es-
19 sent sufficientes, & validæ aliorum testium examinatorum depositiones, quia perpensum fuit illos pati quamplures, & validissimas exceptiones tam in personis, quàm in dictis, & cum isti testes inducantur ad effectum infringendi testamentum debitis solemnitatibus factum, iuxta receptissimam omnium sententiam deberent esse omni exceptione maiores, adeout omnis friuola, & minima exceptio sufficiat ad illos repellendos, iuxta Text. *in l. optimam, C. de contrah. & commit. stipul.* Specul. *de instrument. edit. tit.* 1. §. 2. *num.* 15. *&* 16. Alexan. *cons.* 43. *num.* 20. *lib.* 4. Carill. *decis.* 47. *num.* 3. *& decis.* 375. *num.* 45. *par.* 16. *& decis.* 272. *num.* 9. *par.* 17. *recent.*

20 In personis exceptiones, quas patiuntur euitari non possunt cum de tempore examinis essent domestici, vel salariati bonæ memoriæ Cardinalis Pallauicini, ex quo illorum fides destruitur ad Text. *in l.* 2. *C. de test.* Gloss. *in cap. in litteris, eodem tit.* Rota *decis.* 156. *num.* 4. *par.* 6. *& decis.* 331. *num.* 8. *par.* 13. & vlterius in illis cadit considerabilis affectatio, seu verius affectio, & signanter in Vrbano Fabretto, qui deponit: *Mi sarei applicato à consigliarlo, che*
21 *egli sostituisse il Sig. Prencipe di Gallicano, la sua Sign. Figlia, con li figli di detti Signori Eccellentissimi*; quo stante multo minus sunt admittendi ad probandum, Altograd. *cons.* 50. *num.* 126. *&* 163. Capon. *contr.* 370. *num.* 51. Ciriac. *controu.* 407. *num.* 198. Et vlterius tam Iacobus Tessera, quàm Lælius Auocatus dignoscuntur pariter affectati ex eo, quod primus ex eis deponit Principem non fuisse in recto sensu, & tamen recenset contrarium in interrogatorio 10. §. *& prosequendo litt. E, in eius examine, dato in primo Summario Dom. Augustini num.* 1. dum refert discursum Principis factum Notario, quem facere non poterat, nisi homo sanæ mentis; & secundus deponit, quod Princeps non erat in statu applicandi negocio leui, quodque Notarius dixerit P. Pallauicino, *che si era fatta vn' acciauattatura*, audientibus alijs testi-
22 bus, de quo tamen nullus ex illis deponit, imò Medici de eius perfecta mentis sanitate testati fuerunt: Vnde non solùm detegitur affectatio, sed etiam falsitas, quæ Testibus fidem destruit, Surd. *cons.* 414. *num.* 47. Ciriac. *contr.* 407. *num.* 207.

23 In dictis clariores redduntur exceptiones cum vnius depositio destruat alterius dictum, & sic inuicem contrariantur in substantialibus, & nullo modo coarctant negatiuam, & propterea non sunt apti ad probandam inualiditatem Testamenti, Bald. *in l.* 1. *C. de bon. possess. secundum Tab.* & ibi Alex. *num.* 8. Signorol. *cons.* 69. *nu.* 12. Surd. *cons.* 414. *num.* 48. *& seq.* Farinacc. *cons.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *coram Coccin. decis.* 2167. *num.* 13. *&* 20.

De contrarietate haud dubitari valet, si primo loco consideretur depositio Fabretti, qui dum Io. Bapt. Sabbatini absentiam probare intendit super quinto articulo asserit nec ipsum, nec Carolum Seraltam, neque Sabbatinum potuisse videre consignationem schedulæ Testamenti, & ta-
24 men dum Sabbatinus ingressus fuit cubiculum Principis ante ipsum Fabrettum, vt ipsemet Sabbatinus in examine deposuit super quinto articulo Fabrettus deponere non poterat, quod Sabbatinus non vidit, nec videre potuit consignationem Testamenti, dum post Sabbatinum ipse ingressus fuit, adeout negari non possit, quod hic non adsit manifesta contrarietas in re adeo substantiali, quæ tollit omnem fidem, Altograd. *cons.* 50. *num.* 130. Ciriac. *contr.* 407. *num.* 208.

Præsertim quia Carolus Seralta in duabus attestationibus datis à DD. de Rospiliosis *in Summario num.* 5. *& in hodierno Summario D. Augustini nu.* 2. deponit prima vice Patr. Pallauicinum vocasse in testes Franciscum Caballonum, & Sabbatinum illosque introduxisse, & postea vocasse ipsum Seraltam, & Fabrettum, & cum non sit controuersum, quod Caballonus viderit

viderit consignationem schedulæ factam à Principe, dum de illa deponit cum qualitate, quod dixerit verbum *stamento*, consequens est, quod etiam Sabbatinus omnia viderit, ex quo dictus testis, vt supra in-
25 troductus fuit cum Caballono in cubiculum Principis, & idcircò de præsentia Sabbatini dubitari nequit, ex quo etiam ipse examinatus deponit se subscripsisse *per verità di quello, che haueua veduto*, & præcipuè quia Carolus Seralta in depositione exaduerso producta, vt supra deposuit, & hæc attestatio venit potissimè attendenda contra partem, quæ illa in iudicio vsa fuit, Farin. *de test. quæst.*62. *nu.*243. Adden. ad Gregor. *decis.* 215. *num.*9. *vers. si tamen*, Rota *coram Bich. decis.*214. *num.*18.

Neque absentiam Sabbatini in actu consignationis probant Caballonus, & Lælius Auocatus, dum nec verbum quidem dicunt de eo tempore de absentia ipsius, & illam nec Iacobus Tessera probat, quia in suo examine dato in *præterito Summario* D. Augustini *lit. Q, & R*, apertè deponit nescire vbi stabat dictus Sabbatinus, & an potuerit videre ea, quæ agebantur in camera Principis Testatoris, & sic ista est contrarietas cum alijs testibus.

Vis autem, quæ fit in absentia Vrbani Fabretti, & Caroli Seraltæ tempore consignationis testamenti multo minus videtur probata, ex quo totum id, quod fiebat in cubiculo Principis videri poterat in alio antecedenti cubiculo, vt fatentur Caballonus, Iacobus Tessera, & Io. Baptista Sabbatinus, *præsenti Summario nu.*3. Testes autem, qui deponunt aliquem non fuisse
26 præsentem consignationi, debent coarctare negatiuam, & remouere actum à sensu, & ità deponere, quod prædicti Fabrettus, & Seralta non fuerint præsentes, & quod neque in alio cubiculo videre poterant consignationem, quin ipsi scirent secùs huiusmodi negatiuam non coarctantes nihil probant, nec vacillare faciunt Testamentum, Andreol. *contr.*223. Hodiern. *contr.*25. *nu.*52. Capon. *contr.*370. *num.*53. Gratian. *cap.*843. *nu.*14. Thomat. *decis.*50. *num.*350. Coccin. *dicta decis.*2167. *num.*13. & 21. & *decis.*2226. *num.*11.

Cumque agatur de probanda negatiua præsentiæ Testium in actu, qui cadit sub sensu oculorum, & auditus non sufficit, quod contrarij testes deponant Seraltam, & Fabrettum non vidisse consignationem, ex quo tunc temporis, quo fuerunt in-
27 gressi cameram Principis Testamentum inerat manibus Notarij, qui rogitum inceperat, sed necesse est probare, quod non solùm non erant in dicta camera, sed etiam quod non aderant in loco, vbi consignationem prædictam videre poterant, coarctando negatiuam, & excludendo quamcumque possibilitatem, quam testes contrarij non probant, neque coarctant dum omnes fatentur nescire, quo in loco reperirentur Fabrettus, & Seralta tempore consignationis testamenti, Surd. *cons.*414. *num.*49. Thomat. *dicta decis.* 50. *num.* 350. Rota *coram Bich. decis.* 238. *num.* 18. & *in recent. decis.*149. *num.*4. & 5. *par.*5. & *decis.* 247. *num.*11. *par.*17. *recent.* Hic autem non
28 excluditur quin consignatio videri potuerit à camera audientiæ, & illius ianua, prout præsumuntur, vidisse attenta illorum subscriptione, ob quam fuisse præsentes eidem consignationi præsumendum est. Et hoc etiam comprobatur ex publico instrumento, cui standum est, quando res aliter potuit expediri, quam testes dicant, Surd. *cons.*414. *num.*33. Altograd. *cons.*50. *num.*62. & 118. *lib.*1. Eugen. *cons.*90. *num.*70.

Accedit depositio P. Pallauicini, cum quo contrarij testes dicunt fuisse ingressos Fabrettum, & Seraltam, in qua depositione medio iuramento, asserit se fuisse præsentem consignationi testamenti, & implicitæ nominationi hæredis à principio vsque ad finem, & Principem dixisse, *questo è il mio Testamento, vt in præterito Summario num.* 2. & idem deponunt duo testes Testamentarij P. Bonfilius Confessarius, & Dominicus Gagliardus, *eodem Summario num.*3. Ideò dum P. Pallauicinus vidit consignationem, & audiuit implicitam hæredis nuncupationem, illam quoque videre, & audire potuerunt Fabrettus, & Seralta cum illo ingressi, imò viderunt, dum subscripserunt, quod fuerunt præsentes consignationi, & licet huiusmodi depositiones factæ sint ad perpetuam rei memoriam, tamen pro substinen-
29 do testamento probant, maximè quia præsentia dicti Patris Pallauicini educitur etiam ex depositione Io. Baptistæ Sabbatini, qui deponens se fuisse præsentem rogitui, & quod Notarius dicebat, *che quello era il Testamento del Sig. Prencipe, e che voleua valesse sopra di ogn'altro*, subdit, & *alla detta stipulatione vi si trouò anche il P. Pallauicino*, & hic testis plenè probat, licet vnicus contra ipsos DD. de Rospiliosis, à quibus inductus fuit, Rota *decis.*208. *num.*12. *par.*17. *recent.*

Imò admisso etiam, quod prædicti testes Fabrettus, & Seralta non vidissent consignare dictum testamentum adhuc dici, non potest ex hoc capite resultare nullitatem eiusdem testamenti. Quoniam in hac
30 materia procedendum est cum distinctione, quod quando potest dubitari de identitate schedulæ, tali casu si ea sit præsens probari debet consignatio facta à Testatore, & in his terminis intelligendæ sunt

decisiones, quæ exaduerso allegantur, nempe 467. *par.* 14. *& decis.* 72. *par.* 15. *recent.*

Secùs verò quando de identitate nulla cadit dubitatio, vt est casus, de quo agitur, vt infra ostendam, tunc enim non est opus, quod testes videant consignationem ex inconcussa ratione, quod potest quis testari per relationem ad schedulam penès tertium existentem, vt in puncto notant Buttiglier *disert. for. cap.* 1. *num.* 8. *& seq.* Tor. *de pact. fut. success. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 201. Hodiern. *contrau.* 25. *per tot.* Grat. *cap.* 843. *num.* 14. 20. *&* 21. Boer. *decis.* 14. *num.* 20. *vers. nec requiritur,* Sola *in comment. ad Decr. Sabaud. tit. de vlt. volunt. gloss.* 1. *num.* 16. Rota *decis.* 362. *num.* 11. *par.* 11. *& decis.* 200. *num.* 6. *par.* 18. *recent.*

Hinc passim admittunt Doctor. quod consignatio proprijs manibus non est de forma, vt de schedula existente penès Guardianum Sancti Francisci, est casus figuratus à Bartol. *in l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstr.* quem secuta fuit Rota *decis.* 200. *num.* 6. *&* 7. *par.* 18. *recent.* vbi allegantur plures decisiones, & signanter coram Duran. *decis.* 180. *num.* 2. Otthobon. *decis.* 181. *num.* 9. *&* 10. *& in recent. decis.* 581. *num.* 12. *&* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 226. *num.* 4. *decis.* 359. *num.* 11. *& decis.* 366. *pariter nu.* 11. *par.* 11.

Et hoc bene verificatur in præsenti, dum quamuis probatum fuisset, quod testes superuenerunt, dum dicebatur *cassando, & annullando*, tamen quia in eodem rogitu adsunt alia verba, videlicet, *cassans omne aliud Testamentum, hactenus ab Excellentia Sua factum per acta cuiusuis Notarij, volens, & mandans hoc cæteris alijs præferri debere*, probatum remanet, quod audierunt Te-
31 statorem dicentem illud esse suum testamentum, quia verba Notarij dicuntur verba Testatoris, Gratian. *disc.* 711. *nu.* 69. Menoch. *præsumpt.* 100. *num.* 24. *lib.* 4. maximè quia in ipsa schedula à Testatore subscripta leguntur verba omnino similia illis prolatis in rogitu à Notario, ideo de eius ordine dicta censentur, *l. adeo, ff. de acquir. rer. dom.* R. P. D. de Luca *de credit. disc.* 37. *num.* 10.

Non obstante, quod non probetur Testatorem ore proprio talia verba protulis-
32 se, quia, cum testes contrarij non probent illa non fuisse ab eodem Testatore prolata coarctando negatiuam, quod dictus Testator dicta verba non protulerit post eorum aduentum standum est rogitui, seu instrumento, ac fidei Notarij, vt egregiè respondit Rota *decis.* 200. *num.* 4. *& seq. par.* 18. *recent.*

33 Et in omnem casum testamentum substineretur vigore clausulę codicillaris contentæ tam in corpore schedulæ, quàm in rogitu Notarij, *l. fin.* §. *si quis, circa med. C. de Codicill.* Bartol. *in l.* 1. *ff. de iur. Codicill.* Grass. §. *Codicilli num.* 25. Surd. *cons.* 414. *in fin.*

Non obstat, quod etiam in codicillis requirantur saltem quinque testes, & tamen demptis tribus, qui, vt supra deponunt se non interfuisse consignationi schedulæ, remanent quatuor tantum, quia alijs quatuor testibus testamentarijs, quorum præsentia non controuertitur addendus est Sabbatinus pariter testamentarius, de cuius absentia, seu non præsentia deponit solus Tessera testis non testamentarius, adeout tanquam vnicus non probet ex vulgatis, & vlterius deponit dubitatiuè, ibi, *ne sò se lui possa hauer veduto tutto ciò, che si faceua dentro la Camera prima, che io lo vedessi entrare*, & propterea cum ex ista depositione non remaneat coarctata negatiua, nec probatur dicti testis absentia ex *supra allegatis*.

Nihil refragante in hoc casu obiecto, quod vacillante testamento, & consequenter fide Notarij, per aliquorum testium contradictionem clausula codicillaris nihil operatur, ex quo tota scriptura
34 testamenti redditur suspecta, quoniam vltraquod hæc conclusio, quod aliquorum contradictio faciat vacillare fidem testamenti non est ita tuta, & absoluta, vt in iudicando veniat sequenda, sicuti firmauit Surd *cons.* 358. *sub nu.* 25. *cum seq.* Tollitur difficultas ex quo non agitur de testibus simpliciter descriptis, in quibus terminis loquuntur Soccin. sen. cæterique alij, qui exaduerso in contrarium allegantur, sed de subscriptis, & qui in subscriptione asserunt se fuisse præsentes consignationi, quare etiam si omnes contradicerent nihil probarent, ex quo standum est priori subscriptioni, & non contrariæ depositioni posteriori, & ferè omnia testamenta corruerent, si postquam testes
35 se subscripserunt in testamento esset in eorum arbitrio dicere, quod non fuerint præsentes, & præsertim quia alij testes, & Notarij deposuerunt pro testamento, qui sunt alijs præferendi, & Notario hoc attestanti multum deferri consueuit, Ciriac. *contr.* 407. *num.* 78. *& seq.* Rota *decis.* 638. *num.* 8. *par.* 1. *diuers. & decis.* 137. *nu.* 5. *par.* 14. *recent. & in Senogallien. Testamenti* 1. *Iulij* 1676. *coram R.P.D. Bourlemont,* §. *adeout.*

Iuncto etiam, quod cum duo interfuerint Notarij, vnus ex istis sine difficultate,
36 potuit computari inter testes, iuxta doctrinam Bellamer. *cons.* 42. *num.* 12. & Fulgos. *cons.* 79. *num.* 2. vbi quod si sunt duo Notarij rogati insolidum, tunc benè potest vnus Notarius computari inter testes, quorum opinionem secutus fuit Cardin. Tusc. *conclus.* 122. *verb. testam. num.* 5. Iason.

*conſ.*124.*num.*4. Altograd. *contr.*98.*num.*37. *& ſeq.* vbi communiter firmant, quod iſte Notarius æquipollet duobus teſtibus, ſicuti etiam habenda eſt aliqua conſideratio alterius Notarij, qui metu excommunicationis etiam viua voce pro teſtamento depoſuit, qui etiam ſi non admittatur ad probandum teſtamentum, admittitur tamen ad illud coadiuuandum, Fulgoſ.*dicto conſ.*79. *num.*2. *verſ.quoniam*, Alex. *conſ.*93. *num.* 12. *lib.* 5. Hodiern. *contr.* 19. *num.* 16. Altograd. *conſ.*50. *num.*87.

Et præter Notarium interfuerunt alij teſtes non teſtamentarij, nempe Iacobus Teſſera, & Lælius Auocatus, & P.Pallauicinus, vt ipſimet contrarij teſtes depoſuerunt, & proinde non quinque tantùm, ſed
37 multò plures adfuerunt in dicta conſignatione, qui ſuperabundarent, etiamſi non eſſent rogati, cum in codicillis admittantur etiam teſtes fortuiti, & qui non fuerunt rogati, nec ſe ſubſcripſerunt, per Text. *expreſſum in l. fin. C. de Codicill.* Surd. *conſ.*158.*num.*21. *& conſ.*414.*num.*33. Mart. *ſucceſs. legal. par.*4. *quæſt.*20. *artic.* 2. *num.*1. Barri *de ſucceſs. lib.*1. *tit. de Codicill. verſ. in omni*, Magon. *deciſ.Lucen.*32. *num.*27. Rota *coram Priol. deciſ.*209.*num.*8.

38 Attenta præſertim clauſula codicillari, quæ operatur, quod conſignatio, & ſtipulatio probetur etiam ex his teſtibus non rogatis, Surd. *d.conſ.*414. *num.*33. Maſcard. *de probat. concluſ.*1360. *num.* 6. Bart. *de ſucceſs.lib.*1. *nu.*3. *verſ.ità non rogantur*, Vrceol. *conſult.*38. *nu.*13. Caſtill. *contr. lib.*4.*cap.*20. *num.*8. *&* 9. Capic.Latr. *conſult.*15.*num.*34. Boer. *deciſ.* 34. *num.* 9. Rota *coram* Priol. *deciſ.*109. *num.* 8.

Et cum hic agatur de ſolemnitate merè extrinſeca præſentiæ teſtium probari poteſt etiam per duos, vel tres teſtes non
39 rogatos, neque in teſtamento deſcriptos, & præſertim quando ſuppletio, prout hic, fit per teſtes ab ipſa parte examinatos, Bartol. *in l. hæred. palam num.* 5. §. *in Teſtamentis, ff.de hæred. inſtitut.* Caſtill. *d. cap.*20. *numero* 8. *&* 9. Capic. *dicta conſultat.* 15. *num.* 34.

Sublato itaque defectu ſolemnitatum, penitus quoque ceſſat alterum obiectum reſpectu voluntatis ipſius D. Principis, quæ clarè reſultat ex eius ſpeciali, & indiuidua ſubſcriptione eiuſdem teſtamenti, ibi: *Io Nicolò Pallauicino teſto,e diſpongo*, &
40 ex hoc inducitur ſufficientiſſima probatio veri teſtamenti, itaut dicatur facere euidentiſſimam, & indubitatam probationem, iuxta diſtinctionem Bartol. *in l. Diuus, §.idem Senatus num.*2. *ff.ad l.Cornel.de falſ.* Clar. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 14. *ſub num.*4. Maſcard. *de probat. concluſ.*1358. *ſub num.* 65. Graſs. *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 16. *num.* 6.

Propterea Spada in contrarium allegat *conſ.* 92. *to.* 1. non facit ad caſum, de quo agitur, ex quo ibi apertè conſtabat de voluntate teſtatoris ſimpliciter codicillandi, & etiam apparebat generalis teſtatoris ſubſcriptio indifferens ad teſtamentum, & ad codicillum, & contra *conſ. Spad.* & caſum ab ipſo narratum fuit à Rota in contrarium iudicatum in *deciſ.* 581. *par.* 4. *to.* 3. *recent.*

41 Certius, quod voluntas bo. mem. Principis Nicolai fuerit propenſa erga D. Auguſtinum, & quod illum hæredem inſtituere voluerit clarè manifeſtat epiſtola eiuſdem Principis, cum alia ſcripta à R. P. D. de Marinis, datæ in *Summario num.*4. & regulando ſuum teſtamentum, prout confecerat bo. me. Cardinalis patruus, in quo pariter ſubſtituerat D. Auguſtinum, quæ omnia videntur valde propria ad inducendam liberam, & perfectam voluntatem teſtandi, Altograd. *dicto conſil.* 50. *num.*148. *cum plur. ſeqq.* Menoch. *præſ.* 20. *num.*5. *&* 46. *lib.*8. Palm. *alleg.*68.*nu.*30.

Hoc etiam patet ex depoſitionibus contrariorum teſtium, & Franciſcus Caballonus in eius examine *litt. E*, depoſuit Principem conſignaſſe teſtamentum Notario, & dixiſſe verbum *ſtamento*, & prius mouiſſe labia, licet non intellexerit, quid dixerit, & idem teſtis poſtquam audiuerat à Lælio Auocato, quod Antamorus faciebat teſtamentum Principis,ita retulit Cardinali Pallauicino, qui nihil reſpondit, vt in examine *littera E*; & Lælius Auocatus
42 in ſuo examine *littera A*, deponit audiuiſſe à familia dict.Cardinalis, quod Antamorus faciebat teſtamentum d. Principis, & iſtud teſtamentum duabus vicibus fuit à Principe conſignatum., vt fatentur Teſſera, & Auocatus, cum quibus concordant iuratæ atteſtationes Notariorum PP. Bonfilij, & Pallauicini, ac Dominici Gagliardi Medici aſſiſtentis, deponentium fuiſſe vocatum ad conficiendum, teſtamentum, ac reſpectiuè fuiſſe conſignatum à Principe, dicente: *queſto è il mio teſtamento, vt in primo Summario num.*2. quæ exuberant ad comprobandam voluntatem Teſtatoris, quæ alioqùin ab ipſo teſtamento remanet ſatis probata, vt poſt alios firmat Altograd. *dicto conſ.*50. *num.*10. *&* 11. *lib.* 1.

43 Tandem identitas ſchedulæ fruſtra fuit impugnata, dùm conſignata apparet Notario, de cuius fide, & legalitate conſtat per teſtes, & lex ipſa in eo confidit, ideoque præualere debet cuiuſuis imaginariæ ſuppoſitionis, & fraudis poſſibilitati, Decian. *conſ.*24. *num.*20. *lib.* 5. Alex. *conſ.*105. *num.* 2. *verſ. reſpondeo lib.* 2. Duran. *dicta deciſ.*180. *num.*3. Bich. *deciſ.*513.*num.*12.

Præcipuè verò, quia dicta ſchedula

consistit in duobus foliis, quæ fuit à Testatore subscripta, & postea eidem Notario coram septem testibus consignata cum
44 rogitu ipsius,& subscriptione eorumdem testium, & subscriptio Testatoris legitur in folio continente institutionem hæredis, & sic substantiam testamenti, ex quo nullo modo ambigi potest, quod Notarius supponere voluerit folium intermedium continens tantum legata, Soccin. sen. *in l. si ità scripsero num. 3. vers. tamen*, Antonel. *cons. 25. num. 23. & 24.*

Multumque confert ad excludendam omnem præsumptionem suppositionis, quod agitur de persona electa à testatore ad seruandam schedulam testamenti, & ob id licet reperiretur penès tertiam personam, puta penès Guardianum S. Francisci, iuxta superius allegatum exemplum à Bartol. traditum *in d. l. si ità scripsero, ff. de condit. & demonstr.* non dubitatur de identitate, nec cadere potest hæsitatio circa possibilitatem suppositionis illius ex eo, quod agitur de persona electa, & confidenti, Castren. *in l. hæredes palam num. 3. ff. de test.* Vasq. *de success. creat. lib. 2. §. 17. num. 53.* Rota *coram* Bich. *decis. 513. num. 13. & in recent. decis. 362. num. 20. par. 11.*

[Idque procedit licet Notarius postquam legit testamentum Principis ab eius cubiculo decessit, vt alia sibi demandata describeret, quia dum postmodum Princeps testamentum subscripsit, præsumi debet, quod illud denuo viderit, & legerit, Ioseph. Vel. *dissert. 26. num. 37.* Rub. *de test. cap. 26. num. 248.* Rota *coram* Priol. *decis. 146. num. 17. & in recent. decis. 263. num. 16. to. 2. par. 4. & decis. 581. num. 16. 17. & 21. ead. par. 4. to. 3.*

Sine difficultate ex quo ad excludendam omnem possibilitatem suppositionis adsunt plures hæredes vocati, & ex illorum absentia non præsumitur Notarium
45 voluisse falsitatem committere, cum ipsius fides generaliter approbetur à lege, & specialiter admissa fuerit à testatore, & ab ipsomet Cardinali Pallauicino, ex quo ambo in conficiendis testamentis illius opera vsi sunt, Bart. *in l. 1. §. si quis neget num. 12. ff. quemad. test. aper.* Surd. *cons. 414. num. 97.* Rota *decis. 581. in fine par. 4. tom. 3. recent. & in Spoletana testamenti 14. Aprilis 1679. §. penultimo, coram R.P.D. Rondinino*, attenta maximè breuitate temporis, in qua nonpotuit vnico contextu, & de repente excogitari, & committi falsitas construendi aliud testamentum, cum tamen S. Rota tempus septem dierum putauerit nimis breue ad perficiendam similem falsitatem, maximè ad corrumpendum Antamorium, & Bellum æquè virum probum, qui insolidum se rogarunt de huiusmodi testamento, vt ponderauit Rot. *in decis. 2177. num. 24. coram Coccin.* & agitur de
46 dispositione verisimili, & bene regulata fauore consanguinei, & coniuncti, & in dorso testamenti fuerunt subscripti testes cum particulari expressione consignationis, quæ non erat necessaria, iuxta opinionem Bartol. *in d. l. si ità scripsero*, & exinde ista indiuidualis subscriptio videtur cautela super cautelam ne dum respectu identitatis, sed ad effectum, vt testes subscripti nequeant amplius impugnare instrumentum, nec eius certitudinem, & vlterius Notarius addidit cautelam Fulgos. *cons. 56.* dum adnotauit rogitum non in folio inuoluente, sed in ipsamet schedula testamenti, ex quibus excluditur omnis possi-
47 bilitas suppositionis alterius schedulæ illiusque falsitatis, quæ vt plurimum vafre, & callide, & solummodo ob aliquod notabile emolumentum perpetrari solet, Crauett. *cons. 75. num. 13.* Menoch. *præsumpt. 20. num. 48. lib. 5.* Merlin. *decis. 636. num. 7.*

His omnibus firmatis non aduersantur doctrinæ in contrarium relatæ, quia Paris. *cons. 19. num. 26. lib. 3.* reprobatur à Rota *decis. 3. §. non obstat, penès* Fenzon. *ad Statut. Vrb.* & respondit Mehan. Leod. *obser. 406.* Menoch. verò *cons. 313.* loquitur de sche-
48 dula non scripta, neque subscripta à Testatore; & licet dicat, quod à sola fide Notarij pendere non debet testamentum, tamen sub *num. 6.* admittit contrarium procedere si concurrat alia circumstantia, quæ coadiuuet fidem Notarij, & multo magis si schedula contineat subscriptionem Testatoris, vel testium in dorso foliorum, & nullo modo percutere videntur casum, de quo agitur, sicuti minus obstant, Couuarr. *in cap. cum tibi, sub num. 5.* Gratian. *cap. 973.* Mantic. Andreol. Altograd. & Ciriac. ex quo isti solùm firmant,
49 quod debeat indubitanter constare de identitate schedulæ, & ista indubitata identitas sufficit, quod sit moralis, & quod probetur ex subscriptione Testatoris, vel ex rogitu Notarij, vel ex vtroque simul, prout adamussim concurrere latissimè fuit supra demonstratum, vt firmauit Rota *coram* Bich. *d. decis. 513. num. 20. & seq.*

50 Libratis denique coniecturis, hincinde cumulatis, tam pro subsistentia, quàm pro inualiditate testamenti præponderare visæ fuerunt illæ adductæ ab informantibus pro D. Augustino, ad effectum substinendi testamentum, cum ad illud infringendum debeant esse omnino vrgentes, & desumptæ à lege, non autem ab homine, Caputaq. *decis. 3. num. 4. par. 2. & decis. 422. num. 5. par. 1. & decis. 581. nu. 39. & 40. par. 4. to. 3. recent.*

Parum idcirco releuare videtur, quod

Princeps volebat facere codicillos, non autem teſtamentum, quia hoc non probatur in facto, niſi de auditu à D. Cardinali Pallauicino, cui ſicuti non eſſet credendum, ità nec fides præſtanda eſt teſtibus, qui ab ipſo audiuerunt; imò etiam ſi verum eſſet, quod Princeps dixiſſet velle condere codicillos, potuit tamen mutare voluntatem, & loco illorum condere teſtamentum, prout fecit, & ex ſupra deductis pleniſſimè conſtat, ex quo ambulatoria eſt hominum voluntas vſque ad mortem, Canaler. *deciſ. 394. num. 3. & in recent. d.deciſ.581.num.41.par.4.to.3. & dicta deciſ.200. num.13. & 14. par.18.recent.*

Prout non vrget, quod Antamorus cæperit ſcribere, & poſt locutionem cum P. Pallauicino habitam folium lacerauit, cum hoc non probetur, niſi à Iacobo Teſ-
51 ſera vnico teſte; & quando etiam concludentiſſimè probaretur, non exinde argui debet defectus voluntatis, cum quotidiè practicari ſolet, quod de vno negocio antequam redigatur ad concluſionem plures conficiantur minutæ, & in ipſo teſtamento, vt plurimum apparent quamplures cancellaturæ, & lineaturæ, quæ nullatenus diſpoſitionem vitiant, Otthob. *deciſ.244. & deciſ.295. par.11.recent.*

Eodem modo diluitur obiectum, quod teſtamentum fuerit ſcriptum in diuerſa camera, quod nullo modo obſtare viſum
52 fuit, ex quo per Teſtatorem ſubſcriptum reperitur, qui proinde præſumitur illud vidiſſe, & legiſſe, Iaſon *in l.ſi ita ſtipulauero 126. §.Griſogonus num.14. verſ. aduerte, ff. de verb.obligat.* Palm. *allegat.68. num.21.* Rota *dicta deciſ. 581. num.16. & 17. par.4. tom.3. recent.*

Ceſſat etiam obiectum, quod Princeps erat ſemimortuus, & non poterat ordinare teſtamentum cum primogenitura, continente multiplicatas ſubſtitutiones, quia Medici faſſi fuerunt immediatè poſt conditum teſtamentum ipſum reperiiſſe in perfecta ſenſus ſanitate, & Iacobus Teſſera contrarium deponens, conuincitur de falſitate, dum narrat diſcurſum habitum à D. Principe cum Antamoro, ibi: *Signor Antamoro il mio teſtamento è fatto, vorrei riconoſcere la mia famiglia abbondantemente, lei ſi contenti di fare vn'abozzò, che io dirò poi quello hauerà da fare*, & ex his verbis
53 nullo pacto deduci poteſt aliqua ſenſuum diminutio, & quando etiam illa adfuiſſet, non exinde fuiſſet prohibitus teſtari, dum leges permittunt factionem teſtamenti, etiam laborantibus in extremis, Palm. *d. allegat.68. nu.18. & 19.* Manſius *conſult.42. num.4. & ſeq.* Ciriac. *contr.407. num.112. & contr.548. nu.26. & 27.* Rot. *in d.Senogallien. Teſtamenti 1. Iulij 1676. §.tanto magis, coram R.P. D. Bourlemont.*

Penitus etiam corruit aliud obiectum; quod Notarius per breue tempus manſerit in Camera Principis, qui proinde nec legere, nec audire potuit teſtamentum, ex quo Iacobus Teſſera depoſuit introduxiſſe Notarium in Cameram Principis hora decima, & teſtamentũ fuiſſe rogatum hora duodecima, vt dixit in examine ſuper decimo interrogatorio; & Lælius Auocatus depoſuit dictum Notarium vidiſſe hora vndecima; & per conſequens euidenter conſtat ſpatio vnius horæ cum dimidia Notarium cum Principe ſtetiſſe, intra quod temporis ſpatium poterat videri, ac legi non vnum, ſed plura teſtamenta, & indubitatum eſt, & in iure admittitur, quod ſubſtantia totius diſpoſitionis potuit breuiſſimi temporis interuallo audiri, & approbari ab eodem teſtatore, Rota *dicta deciſ.263. num.17. par.4. to.2. recent.*

Similique ratione reiicitur illud, quod dicitur diſpoſitionem eſſe irrationabilem, dum ſororibus, & agnatis modica legata
54 reliquit, quia ex teſtamenti lectura contrarium conuincitur, & eo magis, quia in primo teſtamento nulla fuit habita ratio ſororum, & agnatorum, & in hoc ſecundo fuit inſtituta primogenitura, cum voto conſeruandi agnationem, ex quo præſumi debet Teſtatorem magis dilexiſſe ſe ipſum, quàm ipſummet Auguſtinum vocatum, qui ſi fraudem committere voluiſſet liberam, & ſimplicem inſtitutionem fieri curaſſet, Pen. *deciſ. 478. num. 6. iuxta Venetam impreſſionem.*

Porrò, nec aliud obiectum ſubſtinetur, quod Antamorus Notarius dixerit P. Pallauicino, *Io non vorrei patirne*, quia hoc in facto non ſubſiſtit, & ſimplices atteſtationes ad perpetuam rei memoriam lite pen-
55 dente extortæ, nihil probant, & præſertim, quia loquuntur per verba dubitatiua, ibi: *E mi parue anco di ſentire, che diceſſe male di carcere*, & non percutiunt fuiſſe illa verba prolata occaſione teſtamenti, & per conſequens nihil probant, vel quia teſtes deponunt dubitatiuè, Altograd. *dicto conſ.50. num.199. & ſeqq.* Rota *coram* Card. Celſ. *deciſ.166. num. 7. & 11.* vel quia depoſitio non percutiens teſtamentum dicitur dubia, & nihil probans, ad Text. *in cap. in præſentia, de probat.* Rota *coram* Coccin. *deciſ.2118. num.9.*

Quibus reiectis valde vrgent alia copioſa adminicula adducta ad demonſtrandam legalitatem teſtamenti, conſiſtentia in dilectione D. Principis erga D. Auguſtinum, in expreſſionibus ad illius fauorem publicè factis, quod illum vellet relinquere hæredem, in teſtamento primo ipſiuſmet bo. mem. Cardinalis, in quo D. Principi defuncto ſubſtituebatur D. Auguſtinus, in legalitate Notariorum, ac ſpirituali affini-

tate Antamori cum d. D. Cardinali, & in seruitijs semper præstitis ab eodem Antamoro eidem D. Cardinali dum vixit in consignatione, & rogitu testamenti ianuis apertis, & coram dignissimis viris condito, & in prudenti dispositione in eo ordinata, & in subscriptione D. Testatoris, & in dorso rogitus Notarij adiecta subscriptione testium, in qualitate D. Augustini, nobilitate, & virtutibus exornati, in absentia eiusdem, in reuelationibus iuratis ob metum excommunicationis editis per tot qualificatos viros, nempe Physicos, Curiales, & Notarios, & PP. Bonfilium, &
56 Pallauicinum conspicuæ nobilitatis, ex quibus omnibus excluditur quælibet suspicio fraudis, Altogr. *dicto cons.* 50. *lib.* 1. *num.* 154. Ciriac. *controu.* 407. *num.* 269. *& seqq.* Conciol. *allegat.* 68. *num.* 2. Menoch. *præsumpt.* 20. *num.* 5. *&* 46. *lib.* 5. Farinacc. *de falsit. quæst.* 153. *numero* 147. Surdus *dicto cons.* 414. *num.* 41. Fontanel. *decis.* 443. *numero* 11. Rota *coram* Coccin. *decis.* 2177. *numero* 24. *& coram* Bich. *decis.* 458. *numero* 12. *& seqq. & in recent. decis.* 588. *nu.* 19. *par.* 5. *& decis.* 109. *num.* 42. *& seq. par.* 17.

Sublatis ex his omnibus difficultatibus contra validitatem testamenti excitatis reiecta fuit, quoque exceptio, quod isti quinque testes, de quorum præsentia non fuit dubitatum, veniant formiter examinandi, quia consideratum fuit hoc solummodo practicari in testibus non subscriptis, & sine Notarij interuentu stipulatis, non autem cum illis, qui se subscripserunt in testamento à Notario rogato, quodque
57 videtur in iure comprobatum ea potissimum ratione, quia testes non subscripti præsumitur, quod dicturi sint idem, quod reliqui testes, quod non cadit in testibus subscriptis, cum ad dignoscendum vtrum ipsi fuerint præsentes instrumento opus non sit alia eorum depositione, cum iam ista habeatur ex subscriptione, & sic præsumptio cedit veritati, nec à testibus descriptis ad subscriptos valet illatio, Rub. *de test. cap.* 42. *num.* 355.

Atque hinc ex supra deductis firmum remanet constare de bono iure D. Augustini, & illi dandam esse immissionem, ex quo eamdem petiit in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll* ex testamento non abolito, non cancellato, non vitiato, & omnes testes testamentarij examinati cum se subscripserint à tergo schedulæ, non valerent contrarium deponere, & alij extranei quamplures exceptiones patiuntur, tam in personis, quàm in dictis, & in omnem casum testamentum substinetur virtute clausulæ codicillaris non obstante, quod Domini de Rospigliosis possideant in vim
58 prioris testamenti, ex quo dicunt habere parem titulum, quia non valent impedire immissionem D. Augustino illam petenti ex posteriori testamento, ex quo primum reuocatum fuit per secundum, §. *posteriore instit. quibus mod. test. infirm. l. si quis priore, ff. ad Trebel.* potissimum attentis clausulis reuocatoriis in testamento eiusdem D. Principis vltimo loco condito, ibi, *reuocando, & annullando*, ex quo titulus reducitur ad non titulum, Rot. *post* Merlinum *de legit. decis.* 151. *num.* 53. Peutingerius *decis.* 100. *num.* 2. Bich. *decis.* 349. *num.* 4. Arguel. *decis.* 110. *num.* 20. Dunoz. iun. *decis.* 793. *num.* 9. Otthob. *decis.* 180. *nu.* 4. *&* 5. *in recent. decis.* 526. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 210. *num.* 9. *&* 10. *par.* 13. *& decis.* 131. *num.* 5. *& decis.* 175. *num.* 9. *par.* 14.

Et ità post quartam propositionem vtraque parte acriter informante tam in voce, quàm in scriptis in hac causa grauissima, & à Dominis maturè discussa, fuit resolutum, &c.

VEritatem rerum vt plurimùm mentibus humanis inuenire propter varias, & intricatas Iurisperitorum opiniones arduum est; Et tamen cum sit vnica, tandem reperitur, & quanto fortius impugnatur, eo clarius elucescit; Quapropter quæstio, quam proposui sub die 9. Iunij 1681. Dominis disceptandam suam resolutionem consecuta fuit fauore D. Augustini, nempè *constare de illius bono iure etiam ad effectum immissionis*. Et cum demum ad instantiam DD. de Rospigliosijs in iudicium vocatorum sub diebus 16. Ianuarij, 11. Martij, & 15. Iunij anni elapsi, & demum 27. Ianuarij præsentis anni causam repropos͡uerim, omnibus Dominis consultis, nulla capta fuit resolutio, & inuolutis magis alta consideratione cunctis fundamentis hinc inde deductis; tandem ea, quæ in tot reiteratis propositionibus DD. apparuerunt spinosis difficultatibus intricata ob acutissimas scribentium consultationes, hodie veritate detecta, non fuit ab ipsis in dubium reuocatum, quod non esset recedendum à decisis.

Quamobrem cum hodie dilucidatum remaneat factum vnà cum circumstantijs testamenti factionem concomitantibus, cessare visa fuit omnis hæsitatio circa eiusdem testamenti validitatem, & Dominis apparuit ex illis rem esse claram, & manifestam, itaut rectè, iustèque dixerint indubitatam esse eiusdem testamenti inualiditatem.

Binas tabulas testamentarias exarauit bon. mem. Princeps Nicolaus Pallauicinus: primas de anno 1670. in optima valetudine constitutus, in quibus in defectum filiorum substituit bon. mem. Cardinalem Pallauicinum Patruum: & se-

cundas de anno 1679. dum vltimum vitæ respirium erat emissurus, vocato Notario, dixit, quod volebat conficere Codicillos ad effectum larga manu remunerandi suam familiam, & petijt licentiam ab eodem Cardinali, dum suum testamentum iam prius condiderat, *vt in præterito Summario Domini de Rospiliosis num.* 1. & eiectis per Notarium à cubiculo, vbi ipse infirmus iacebat, tam bon. mem. Cardinali, quàm Iacobo Tessera, istum idem Princeps reuocauit, *vt in dicto Summario num.* 2. Et statim ac Notarius cæpit scribere, superuenit Pater Pallauicinus, & alloquendo cum secreto, & ad aures, laceratis folijs iam scriptis, ambo discesserunt ab eodem cubiculo Principis, & accesserunt ad alia cubicula, vt dicitur, *alli stantiolini*, & ibi testamentum scripserunt, *dicto Summ. num.* 3. *&* 4. *ante litt. A, & B*, & hoc idem comprobat Notarius in sua reuelatione data *in Summario D. Augustini Pallauicini nu.* 2. *& DD. de Rospiliosijs nu.* 5.

Scripto testamento, Notarius vnà cum eodem Patre Pallauicino iterum ingressi sunt cubiculum Principis, & ibi commorati sunt tantisper, *vt in Summario num.* 4. *litt. A, & D*, & postea redierunt iterum ad parua cubicula pro addendis nonnullis legatis, itaut infra istud tempus nec Princeps, nec Notarius, nec alius legere potuerint testamentum, de quo agitur, *vt in Summ. num.* 5. & constat ex reuelatione eiusdem Notarij.

Interim dum ista peragebantur, Notarius timens, ne quid sibi sinistri accideret, dixit in regressu ad parua cubicula Patri Pallauicino: *Mà, Padre mio, io non vorrei, che da questa cosa me ne venisse qualche male di carcere*; Et hoc testantur duo Religiosi Strictioris Obseruantiæ, quorum alter iam obijt facta dicta attestatione, vt *in dicto Summario num.* 4. Et deinde cum aliam secretam allocutionem habuerint, *vt in d. Summ. num.* 4. Notarius sigillauit folia tementi in dictis paruis cubiculis extra conspectum Principis, *d. Sum. nu.* 4. *litt. B, & D.*

Quibus peractis, Notarius iterum ingressus fuit cubiculum Principis, qui in extremis laborabat, & P. Pallauicinus dixit Notario: *Signor Antamoro, non habbiamo tempo da perdere, dicto Summ. num.* 7. Sumptoque inuolucro chartarum de illius manibus, dixit Principi: *Signor Prencipe, Signor Prencipe, bisogna far il rogito*: & accommodando illud in dextera Principis, proprijs manibus eleuata, & substentata, quibus subductis dextera Principis cecidit super lecto vnà cum dicto inuolucro chartarum, & Notarius nulla præcedente expressa, & determinata voluntate Principis, ex quo comprehendi potuisset scientia illius comprehensa in dicto inuolucro chartarum, cæpit legere assertum rogitum, de quo deponunt quatuor testes, *Summ. num.* 7. *&* 8. *litt. B.*

Cum verò non adessent ibi in cubiculo testes sufficientes pro valida confectione, & stipulatione testamenti, Pater Pallauicinus se contulit extra cubiculum ad quærendum alios testes, *Summ. num.* 9. *&* 10. Cumque in quarta Anticamera inuenisset Ioannem Baptistam Sabbatinum, eidem mandauit, vt ingrederetur cubiculum Principis, in quo vidit Notarium habentem in manibus inuolucrum chartarum, & prosequentem stipulationem antea cæptam, & postea secum duxit alios duos, nempe Carolum Seraltam, & Vrbanum Fabrettum, qui pedes imposuerunt in cubiculo Principis, quando Notarius proferebat verba illa: *Cassando, & annullando ogn' altro testamento, Summ. num.* 8. 9. *&* 10.

Confecto hoc modo testamento, & fine imposito rogitui, omnes relicto cubiculo, accesserunt ad aliud proximum, vt dicitur, *dell' audienza*, vbi dictante Notario, testibus interrogantibus modum, & formam, quibus se subscribere debebant, fuit iuxta præcisa verba dictata à Notario bona fide subscriptum testamentum à nonnullis testibus: *Fui presente alla consegna del presente testamento*, à duobus verò Seralta, & Sabbatino: *Fui presente come sopra, Summario num.* 11. & fatetur Notarius in sua reuelatione, *vt in Summ. D. Augustini nu.* 2. *& DD. de Rospiliosijs num.* 5.

Ex huiusmodi facti serie depositionibus testium testamentariorum extraneorum, & Notarij, qui rogitum fecit adamussim iustificata, *ex datis in Summ. DD. de Rospiliosijs*, hodie magis exactè examinatis omnibus circumstantijs, vltra quod cessant coniecturæ, quæ in decisione, quæ reuidetur *in §. Libratis denique*, fuerunt consideratæ præponderare coniecturis, quæ ab informantibus pro Domino Augustino adductæ fuerunt ad effectum substinendi testamentum, manifestè apparet, nullam adesse præordinationem, nullam deliberatam testandi voluntatem, nullam hæredis denominationem ore proprio Testatoris, nullam adesse testamenti cognitionem, sed illud fuisse conditum ad dictamen alterius, quorum vnum ex his sufficeret ad inualidandam testamenti factionem, iuxta Text. *in l. hæredes palam, ff. qui testam. facere possint, & in l. hac consultissima, & in l. iubemus, in princ. C. de testam.*

59 præcipuè quando nuncupatio hæredis explicita, siue implicita fieri debet ab ipso Testatore ore proprio, cum verba solius Notarij non sufficiant, sed prolata à Notario interrogante per Testatorem coram testibus debent probari, iuxta Text. *in dicta l. iubemus, §. Oportet enim, C. de te-*

stam. Surd. *conf.* 414. *numero* 53. Farinacc. *conf.*97. *nu.*1. *lib.* 1. Clar. *in* §. *Testamentum quæst.*37. *per tot.* Ciriac. *controu.* 549. *nu.*72. *& sequen.* Castill. *contron. iur. lib.*4. *cap.*27. *num* 54. *& seq.* Rota *coram* Bich. *decis.*458. *num.*3. *cum seqq. & decis.* 353. *num.* 34. *cum seq. par.* 13. *recent.*

Et ex his corruunt illa duo fundamenta, quæ primo loco in decisione, quæ reuidetur, firmata fuerunt circa validitatem testamenti, de quo agitur. Primum nempe, quod in eo interuenerint omnes solemnitates de iure requisitæ, illudque fuerit à Notario in publicam formam re-
60 dactum, & non sit abolitum, non cancellatum, non vitiatum, & in dorso schedulæ reperiantur subscripti septem testes, & manu, & sigillo ipsius Testatoris reperiatur munitum, & sic cum concurrant omnia necessaria requisita pro validitate testamenti nuncupatiui nuncupatione implicita, substineri debeat, vt *in* §. *Patens enim*, *in* §. *Itaut*, *& in* §. *Idque, cum auctoritatibus ibidem allegatis*. Alterum, quod testes adhibiti à Notario in consignatione sche-
61 dulæ, cum se subscripserint in dorso illius, non possent aliam declarationem facere, nec eorum dictum retractare, & proinde fides sit præstanda testamenti instrumento, iuxta Text. *in l. qui Testamentum*, §. *vltimo*, vbi Doctor. *ff. de Testam. cum alijs auctoritatibus in eadem decisione allegatis in* §. *Siquidem*.

Veruntamen his duobus fundamentis non obstantibus ex iis, quæ hodie magis exactè repetita fuerunt, consideratum fuit non posse amplius dubitari de vitio lethali, quo laborat testamentum, dum requisitis necessarijs carere visum fuit, cuius nullitas ex defectu solemnitatum desumitur ex eo, quod tres ex testibus in
62 illo subscriptis non fuerunt præsentes implicitæ nominationi hæredis, quæ fit per consignationem schedulæ clausæ in manibus Notarij cum expressione, quod in ea continetur suum testamentum, vt ex facto supra deducto apertè demonstratum fuit; Et tamen comprobati iuris est, quod pro forma, & solemnitate substantiali testamenti insimul, & copulatiuè requiruntur septem testes, iuxta dispositionem Text. *in l. hac consultissima*, *C. de testam. & in l. si vnus, C. eodem*, Fagnan. *in cap. cum esses num.* 37. *de testam.* Magdalen. *de numero Testium cap.*4. *num.*2. *& seq. & cap.*5. *num.*1. Rub. *de testam. cap.*37. *num.*25. *& seq.* Mart. *de success. legal. par.*4. *quæst.*1. *art.* 8. *num.* 3. *& seqq.* Clar. *in* §. *Testamentum quæst.* 56. *num.*2. Grass. *in dicto* §. *Testamentum qu.* 54. *pariter num.*2.

Imò data, & comprobata præcisa Testatoris voluntate condendi testamentum, si tamen illud sine solemnitatibus exarauit, nullius momenti erit, ex quo solemnitas testium adeò cum ipsa voluntate defuncti vnita est, vt vna simul formam substantialem constituant; & si vnus solus deficiat ex dicto numero septenario à lege constituto, testamentum ipso iure annullatur, ex dispositione Textus *in dicta l. si vnus*, *C. de testam.* Fagnan. *in dicto cap. cum esses num.* 37. *eodem tit.* Et hanc esse communem opinionem, tradunt Bartol. *in l. nemo potest*, *de legat.*1. Alexan. *in l.*1. *col.* 2. *ff. de condict. indebit.* Dec. *in l.*2. *col.*3. *C. de bon. poss. secund. tabul.* Clar. *in dicto* §. *Testamentum quæst.* 56. *num.* 2. Mart. *de success. legal. par.*4. *quæst.*1. *art.*8. *num.*2. *& seq.*

63 Itaut requiratur præsentia eorumdem testium in tota, & integra testamenti factione, & in iure non admittitur, quod testes sint præsentes vni, & alij alteri parti testamenti, sed omnes debent præsentiam præstare vsque ab initio insimul, & coniunctim toti testamento, Textus sunt expressi *in l. qui testamento*, §. *veteres*, *& in l. casus*, *& in l. cum antiquitas, C. de test.* ibique Bald. *sub num.* 5. *vers. sic nota*, Soccin. sen. *conf.*229. *nu.*6. *lib.*2. Spin. *de testam. glos.*31. *num.*23. Mart. *de success. legal. par.*4. *quæst.*2. *art.*1. *num.*2. *& seq.*

Eoque magis ista solemnitas testium adhiberi debet nuncupationi hæredis, siue explicitæ in testamento nuncupatiuo explicito, siue implicitæ in testamento nuncupatiuo implicito, adeout si vnus nuncupationi præsens non est, non dicitur præsens esse testamento, quia in dicta nuncupatione, seu hæredis institutione implicita consistit substantia, & fundamentum testamenti, ac proinde testator consignare debet cedulam Notario, vel ad illam se referre implicitè hæredem suum nuncupando, præsentibus, & audientibus septem testibus, quibus saltem necesse est, quod testator scripturam ostendat testibus, & coram ipsis dicat, in illa contineri suam vltimam voluntatem, seu testamentum, & omnes testes audire debent nomen hæredis, saltem per relationem, iuxta Text. *in l. hæredes palam*, *ff. de hæred. instit. & in l. iubemus*, *& in l. hac consultissima*, *C. de test.* Soccin. sen. *conf.* 229. *num.* 5. *vers. secundo loco lib.* 2. Spad. *conf.* 90. *num.* 5. *& conf.*92. *num.*19. *lib.*1. Mans. *de testam. tit. & quæst.*1. *num.*109. *& seq.* Escagn. *eodem tract. cap.*17. *& cap.*18. *per tot. & signanter num.*35. Mart. Medic. *decis.*96. *num.*4. *cum seqq.* Rota *decis.*215. *num.*3. *vers. nam est quidem*, *cum seq. par.* 11. *recent. & in Romana Testamenti* 19. *Ianuarij* 1682. §. *Nec obstare visum fuit, &* §. *seq. vers. vis enim, coram R.P.D. Emerix.*

Testamentum autem, de quo agitur, & super quo cadit controuersia ex defectu solemnitatum substineri nequit, ex quo tres ex septem testibus necessarijs pro illius vali-

lius validitate, & in eo ſubſcriptis non fuerunt præſentes implicitæ nuncupationi hæredis, quod ſatis ſuperque iuſtificatum remanet, nedùm ex depoſitionibus ipſorum teſtium teſtamentariorum iudicialiter deponentium ſe non fuiſſe præſentes, ſed etiam quia abſentia duorum, nempe Fabretti, & Seraltæ aliunde remanet concludentiſſimè probata etiam per negatiuam coarctatam ex alijs quinque teſtibus formiter examinatis, vt conſtat *ex Summario DD. de Roſpilioſijs num.* 8. 9. *&* 10.
64 & reſultat ex facti ſerie ſupra narrata, & licet atteſtatio facta à Seralta ſit extraiudicialis, quia tamen eſt iurata, & geminata; & altera facta fuit in articulo mortis, & immediatè ante ſuſceptionem Sanctiſſimi Viatici, *Summario num.*8. haberi debet, ac ſi fuiſſet iudicialis, ac plenè probat Valenzuel. *conſil.* 202. *num.* 95. *& ſeq. iuncto numer.*106. Rota *coram Coccin. deciſ.* 2207. *num.*7. *& coram Arguell. deciſ.*63.*num.*50. *& in recent. deciſ.* 168. *num.* 7. *& deciſ.* 787. *num.* 25. *par.* 18. & abſentia Fabretti vltra propriam depoſitionem iudicialem, comprobata remanet ex depoſitionibus iudicialibus Sacerdotis Caballoni, & Sabbatini, Lælij Auocati, & Iacobi Teſſari formiter examinatorum, & ex atteſtationibus Seraltæ, & Blanchini, *Summario d. nu.*8. 9. *&* 10. quæ etiamſi ſint extraiudiciales, cum
65 tamen ſint adminiculatæ ex dictis depoſitionibus aliorum teſtium, admitti debent ac ſi eſſent iudiciales, & plenè probant, ad Text. *in l. Inſtrumenta*, vbi Bart. *num.*1. *C. de probat.* Caputaquen. *deciſ.*234. *par.*1. *& coram Duran. deciſ.*416. *ſub num.* 8. *& coram Bich. deciſ.*423. *num.*4.

Nec de abſentia Sabbatini dubitari valet, etiamſi ea acriter impugnetur, & patet manifeſtè illum non interfuiſſe aſſertæ nuncupationi, non ſolùm ex propria illius iudiciali depoſitione, de qua *in Summario num.* 10. ſed etiam abundè iuſtificata remanet ex aliorum depoſitionibus, nempe Teſſari formiter examinati; & ex atteſtatione iurata Blanchini, & inſuper Lælij Auocati teſtantis Patrem Pallauicinum à cubiculo Principis diſceſſiſſe, poſtquam Notarius folia reaſſumpſerat de lecto eiuſdem Principis, & rogitum inceperat, vt apparet *ex eodem Summario num.* 9. *&* 10. & ad comprobandam abſentiam dictorum trium teſtium adeſt reuelatio Notarij Antamori, qui teſtamentum rogauit, & ſinceram, & candidam facti veritatem reuelare profeſſus eſt ob metum excommunicationis promulgatæ ad inſtantiam eiuſdem D. Auguſtini; Ille namque in ſua reuelatione enumerat quatuor teſtes dumtaxat, qui conſignationi eiuſdem teſtamenti præſentes fuerunt, & artificioſè ſub ſilentio inuoluit alios tres teſtes ſupranominatos, nempe Seraltam, Fabrettum, & Sabbatinum, dum auſus non fuit illorum
66 præſentiam teſtari, & licet ex interuallo deinde quatuor poſt dies ad inſtantiam partis per viam declarationis, & ſuppletionis addiderit per alios teſtes ſupranominatos, ſcilicet Fabrettum, Sabbatinum, & Seraltam fuiſſe ſuppletum numerum, nihilominus iſta vltima depoſitio reijci debet, & venit attendenda prima, quia concordat cum tot depoſitionibus teſtiū, non autem ſecunda, quæ emanata præſumitur ad ſubornationem Partis, & præcipuè quando ex illa nulla elici poteſt certa, & veriſimilis veritas, dùm in pluribus de mendacio redarguitur à teſtibus, qui formiter examinati fuerunt, Soccin. *ſen. conſ.*255. *num.*1. *verſ. primo quia lib.*2.

Certior, & imperturbabilis inſuper redditur abſentia Sabbatini ex valida eiuſdem Teſſari depoſitione, in qua profitendo ſe veritatem dicere deponit prima vice vidiſſe Sabbatinum ingredientem cubiculum Principis, poſtquam ab eo diſceſſerat Pater Pallauicinus, *vt in alio Summario Dominorum de Roſpilioſijs num.* 3. ex qua dilucidè patet ad ſenſum probatum remanere Sabbatinum vtpotè ingreſſum cubiculum Principis poſt diſceſſum ab eo P. Pallauicini, nec interfuiſſe, nec intereſſe potuiſſe aſſertæ conſignationi, & nuncupationi ſecutæ ante egreſſum à dicto cubiculo eiuſdem Religioſi, & eò euidentiùs hoc certum probatum remanere videtur, quia idem teſtis ſubiungit ſe non vidiſſe toto tempore rogitus aliquam perſonam ſtantem in portis cubiculi Principis, *eodem Summario num.* 4. Conſonum enim eſt ex hac depoſitione reſultare negatiuam coarctatam exiſtentiæ in certo loco, quæ optimè, ſufficienterque firmata remanet per ſolam depoſitionem non viſus in cer-
67 to loco, & certo tempore, ex quo in ſe virtualiter includit affirmatiuam viſus in caſu exiſtentiæ, ex qua negatiua coarctata reſultat, Bald. *in cap. tertio loco num.*11. *de probation.* Dec. *in cap. quoniam contra n.* 66. *eodem tit. de probat.* Butr. *in cap. bonæ, il primo num.* 57. *verſ. primo anno, quo legi*, ibique Bellamer. *num.*57. *verſ. decimò circa idem*, & Abb. *num.*13. *de elect.* Paccian. *de probat. lib.*1. *cap.*37. *num.*25. *& ſeq.* Farinac. *de teſtib. quæſt.* 65. *num.* 215. *cum ſeq. iuncto num.* 219.

68 Propterea cum iſti teſtes in teſtamento neceſſarij, & qui ſe ſubſcripſerunt in dorſo ſchedulæ contradicant veritati illius, negando, ſe fuiſſent præſentes, teſtamentum dicitur laborare vitio nullitatis, & tranſire nequit ſine ſuſpicione falſitatis, & per conſequens nullam meretur executionem, iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. Innocent. Abb. cæterique Canoniſtæ *in*

cap. cum Ioannes, de fid. instrum. ibique Imol. *sub num. 9. in fine, iuncto num. 21.*

Sine autem hæsitatione hoc locum sibi vindicat in casu, de quo agitur, quia plurium testium necessariorum absentia vltra propriam illorum contradictionem, aliunde concludentissimè probata remanet ex alijs pluribus testibus, siue testamentarijs, siue extraneis, & idcircò testamentum vti inualidum ex defectu solemnitatum necessariarum nullius redditur roboris, & fidei, iuxta Textum *in l. 1. §. si quis neget*, ibique Bartol. *num. 2. ff. quemad. Testam. aper.* Innocent. Bellamer. Hostien. Abb. Felyn. cæterique Canonistæ *in cap. cum Ioannes, de fide instrum.* ibique egregiè Imol. *sub nu. 20. vers. secundo casu*, Spad. *dicto cons. 90. sub num. 1. vers. præsertim*, Bertrand. *cons. 120. num. 1. vol. 2. par. poster.* Menoch. *de arbitr. cas. 105. num. 37. 38. & seq.* Ciriac. *contr. 289. num. 28. & 29.* Farinacc. *de fals. quæst. 158. nu. 4. & 20. & seq. iuncto n. 162.* Staiban. iun. *resol. 68. num. 11. & seq.* Rota *decis. 543. sub nu. 8. & seq. coram* Buratt. *& decis. 251. nu. 1. par. 1. recent.*

Exceptiones verò contra Testes adductæ, & in quibus informantes pro D. Augustino mordicùs insistebant, pariter nullius releuantiæ visæ fuerunt, illasque prostratas remanere tam circa personas, quàm circa dicta; Nam exceptiones personales, vel sunt admodum leues, vel penitus insubsistentes, ex quo familiaritas tam in Lælio Auocato, quàm in Sacerdote Caballono, & Iacobo Tessera, & Fabretto, non subsistit, vel non remanet iustificata, quod de tempore examinis inseruirent, siue etiam quia de tempore examinis familiares esse desierant: Exceptiones verò reales pariter reputatę fuerunt insufficientes ad illos repellendos ab ipsorum depositione, quia non versamur circa substantialia, & optimè eorum dicta conciliantur per informantes pro DD. de Rospiliosijs *in folio ad partes dato*, & ex his, & alijs rationibus in eo adductis exclusa remanet omnis affectio, de qua maculati esse di-
69 cuntur, & insuper cessat omnis contrarietas, & falsitas contra Lælium Auocatum, ex quo vnus testis plus altero deponere valet per ea, quæ tradit Iason *in l. cum antiquitas 28. num. 10. C. de testamen.* Alex. *cons. 10. num. 5. lib. 5.* Corn. *cons. 202. num. 2. lib. 4.* Ciriac. *controu. 407. num. 153.* Rota *coram Bich. decis. 20. num. 10.*

Quouerò ad aliam conclusionem firmatam *in præterita decisione in §. siquidem,* cum prædicti tres nominati testes testamenta-
70 rij, nempe Seralta, Fabrettus, & Sabbatinus se subscripserint in dorso schedulæ his præcisis verbis: *Fui presente alla consegna del presente Testamento, e fui presente come sopra*, non potuerint se retractare, & eorum depositio in contrarium postea facta non sit attendenda, dum deponunt contra propriam subscriptionem, etiamsi ista depositio posterior sit iurata, iuxta Text. *in l. qui Testam. §. vltimò*, vbi Doct. *ff. de Testam.* cum alijs auctoritatibus ibidem adductis, quæ hanc conclusionem firmant.

Hodie ad trutinam reuocatis omnibus auctoritatibus superiùs deductis, DD. in contrariam sententiam venerunt, & di-
71 stinguendo conclusionem supra generaliter firmatam dixerunt procedere solùm in casu, quo secundum dictum testium esset omnino destructiuum primi, & secundum non remaneret aliunde probatum, siue adminiculatum; secus verò quando posterior depositio iudicialis est declaratiua subscriptionis antecedentis, & aliunde probatur vera, siue adminiculatur, *vt superius iam fuit dictum*; Isto enim casu in controuersiam cadere nequit, & omni luce meridiana clarius redditur, quod testes etiam subscripti ex interuallo admittantur ad declarandam subscriptionem, & hoc iustum, & licitum esse eis facere, postquam se subscripserunt, tradunt Innocent. *in cap. præterea num. 3. & num. 13. vers. Sed si non corrigit,* Abb. *num. 12. vers. Si verò vult dicere de testib. cogen.* Spad. *dicto cons. 90. num. 2. & cons. 92. num. 25. vers. cum igitur lib. 1.* Hieron. Palm. *alleg. 65. num. 50.* Rub. *de testamen. cap. 41. num. 359.* Rota *decis. 538. sub num. 26. vers. Tum etiam quia par. 18. recent.*

72 Vrget vlteriùs consideratio fundata in distinctione, quam magistraliter facit, Imol. *in cap. cum Ioannes sub num. 20. de fid. instrum.* quod scilicet testis subscriptus non facit vacillare fidem Instrumenti, quando est vnicus de numero non necessario, & alij testes subscripti sunt mortui, vel ipsorum copia haberi non potest; At quia, prout in casu præsenti, testes reprobatorij sunt plures, & de numero necessario; isto enim casu absolutè concludit, quod testes subscripti possunt deponere se non interfuisse, & eorum depositio facit omnimodè vacillare fidem Instrumenti, nisi illud ab alijs testibus fuerit comprobatum reddendo inuerisimile, & falsum dictum aliorum testium, vt ipse Imol. optimè distinguendo tradit *sub numer. 20. iuncto num. 21. & seqq.*

73 In conflictu autem harum duarum depositionum prouenientium ex eodem fonte ad euellendam radicitus omnem difficultatem semper attendi debet secunda depositio iurata, & declaratiua, quæ aliunde probata, & adminiculata certa remanet, & præferenda omnibus alijs adminiculis carentibus, Alexan. *cons. 222. num. 13. lib. 2.* Spad. *dicto cons. 90. num. 1.*

versus finem, Buratt. *decis.543. num. 8. vers. Et idem, cum duobus seqq.*

Vis enim hodie tota restringitur ad hoc, vt habeat locum conclusio, an assistat factum iuxta illud, quod supra ex Doctorum auctoritatibus firmatum fuit, nempe an depositio dictorum trium testium sit destructiua, seu potius declaratiua propriæ confessionis, & in hoc casu declaratiuam Domini esse existimarunt, & per
74 consequens procedere conclusionem supra firmatam, & à Rota, & ab Informantibus pro D. Augustino admissam, quod testis, quamuis subscriptus possit etiam ex interuallo propriam subscriptionem declarare, *vt præter auctoritates supra allegatas*, fuit etiam in eadem causa firmatum in *eadem decisione edita super examine testium sub die 23. Februarij 1680. §. Nec visa fuit Dominis, & in Romana Testamenti 19. Ianuarij 1682. §. Eodem modo, coram R.P.D.Emerix*; ex quo euidenter liquet, quod dicti testes non deponunt, se non fuisse vllo modo, & tempore præsentes, sed simpliciter declarant, quid intellexerint sub nomine consignationis testamenti, & in qua parte consignationis præsentes fuerint; Et proinde si illi deponunt, quod præsentes fuerunt rogitui dumtaxat à Notario facto, non contrariantur, nec deponunt contra propriam subscriptionem, in qua dixerunt *Fui presente alla consegna del Testamento*, sed declarant, se intellexisse de illa consignatione vocali rogata, & stipulata per Notarium, non autem de illa consignatione reali per Testatorem facta, vt distinguendo tradit Spad. *dicto consf.90.num.4. lib. 1.*

Eoque magis declaratio ista admitti debet, quia testium credulitas redargui non potest de inuerisimili, ex quo verba illa *Fui presente alla consegna del Testamento*, sunt clara, & moderno idiomate relata; Etenim credere potuerunt, quod rogitus Notarij, & stipulatio verbalis habeat vim veræ consignationis, & sit realis, & successiua consignatio, vel saltem pars essentialis consignationis, & sine dubio ista credulitas in illis supponi debet, ex quo ità etiam crediderunt, & pluries in hac causa dixerunt in suis informationibus scribentes pro D. Augustino, *Summario Dominorum de Rospiliosijs num. 12.* & testes subscripserunt ad dictamen Notarij, qui dictauit formulam subscriptionis, & legere neglexit testibus rogitum ab illis subscriptum, nec contenta in folijs eis manifestauit, vt deponunt ipsi testes, & Franciscus Caballonus, & Lælius Anocatus, & patet etiam ex reuelationibus Notariorum, *dicto Summario num. 5. & 8. littera C, iuncto num.11. & 20.* Et idcircò testes subscriptum approbare non potuerunt, etiāsi verum sit, quod per subscriptionem inducatur approbatio scripturæ, quia regula ista non procedit in testamentis quoties testes contenta in scriptura non audiuerunt, nec legerunt, vt in proposito respondit Rota *coram* Buratt. *dicta decis. 543. num.5. vers. secundo quatenus.*

Auctoritates in præterita decisione allegatæ ad sustinendam contrariam opinionem non merentur attendi, ex quo
75 illæ, quæ allegantur non loquuntur de declaratione, vel quando declaratio aliunde probatur, & adminiculatur, & multo minus quando constat testes subscripsisse scripturam non lectam, solo Notario dictante, sub cuius fide possunt dicere remansisse decepti, & non vnus, sed plures Testes contradicunt, vt ex eorum lectura euidenter patet, & nulla auctoritas illorum applicatur casui, de quo agitur, quia, vt dixi, testes remanserunt decepti, vt ex euidenti probatione id confirmatur, dum constat, se subscripsisse ad dictamen Notarij, nec legerunt scripturam, nec eisdem fuit lecta per Notarium, aut explicatus tenor eiusdem scripturæ, dum dicto Notario plenam fidem præstiterunt, atque hinc intrat alia iuris conclusio, quod testis subscriptus semper admittitur ad testificandum contra propriam subscriptionem, quando ostendit, & probat se fuisse, aut remansisse deceptum, Bart. *in l.1. §. Si quis neget num. 11. ff quemadm. Testament. aper.* Io. de Amic. *cons. 13. num.11. & 12. & cons.44. num. 12. & cons. 137. num. 28. & seqq.* Ruin. *cons.103.nu.6.lib.2.& cons.22. nu. 8. lib. 4.* Spad. *dicto cons. 90. nu. 2. lib.1.* Guidop. *decis.503.nu.3.* Rota *coram* Buratt. *dicta decis.543. num. 7. & seqq.*

76 His firmatis, vanum est dicere, testamentum posse coadiuuari ex testibus exaduerso adductis, tam vnius viri Religiosi, quàm aliarum duarum personarum, quia cum istæ sint extraiudiciales, nullum probationis gradum constituere valent, & testamentum iuuari non potest per testes non descriptos, quia isti non sunt rogati, prout ad hunc effectum requiritur per Textum *in cap.relatum, de testam. & in dicta l.hanc consultissima in princ. & in Auth.rogati, C. eod. & in l.hæres palam, §.in Testamentis, ff. eod.* & in terminis respondit Soccin.sen. *cons.92. sub num.4. vers.tum quia licet lib.3.*

Minusque testamentum sustineri valet ex alijs testibus testamentarijs subscriptis, ex quo in ipsorum subscriptionibus non testantur de præsentia aliorum, sed solùm de propria, ideoque donec examinentur, non dicuntur stare pro testamento, & probare præsentiam aliorum, de quorum subscriptionibus non testantur, Pancirol. *cons. 58. num.17.* Crauett. *cons. 56. num.15. vers. tertiò respondeo,* Mart. *de success. legal.*

par. 4. quæst. 2. art. 1. num. 2. Mart. Medic. *decis. 96. num. 25.* Et multò minus testamentum coadiuuari potest ex reuelationibus extraiudicialibus duorum Notariorum, vt
77 firmatur *in decisione*, quæ reuidetur §. *Iuncto etiam*, quia sunt extraiudiciales, tum etiam quia quando non agitur de probando contractu, seu testamento per testes, sed de substinendo instrumento testamenti, aut alterius dispositionis, in tali casu cum agatur de ipsius Notarij honore, & reputatione, & sic de interesse præciso ipsius Notarij, non admittitur, nec illius depositio attenditur, iuxta distinctionem, quam communiter sequuntur Doctores, de qua Bart. *in l. hanc consultissima*, §. *Præcipuè num. 3.* Bald. *num. 16. vers. vbi testes*, Salicet. *num. 7. vers. aut Notarius, C. qui testamen. facer. poss.* Bald. *cons. 444. num. 2. lib. 5.* Ancharan. *cons. 423. num. 3. vers. quando certus*, Aretin. *cons. 104. n. 29.* Alex. *cons. 141. num. 9. lib. 1. & cons. 153. num. 17. lib. 2.* Rimin. iun. *cons. 160. num. 32.* Simon de Petr. *cons. 55. num. 12. vers. & Serantonio*, Pancirol. *cons. 140. num. 8. vers. nec potest*, Peregrin. *cons. 41. num. 8. lib. 6.* Rocc. *respons. 20. nu. 13. & seqq. lib. 2.* Mart. *de success. legal. par. 4. quæst. 2. art. 1. num. 8. & seq.* Rota *coram* Puteo *decis. 372. vers. Notarius lib. 1. in correctis*.

Postquam *in decisione*, quæ reuidetur, firmatum fuit, testamentum esse validum, ex quo in eo interuenerunt omnes solemnitates de iure requisitæ *in §. sublato itaque cum duobus seqq.* pariter conclusum fuit non posse dubitari de voluntate Principis testandi, resultante ex eius speciali, & indiuidua subscriptione, vti nec etiam de identitate schedulæ, dum fuit consignata eidem Notario, qui de illa se rogauit, *vt in §. Tandem identitas schedulæ, cum pluribus seqq.* At nec illam, nec istam substineri ex rationibus ab informantibus pro DD. de Rospiliosijs hodie adductis in hac noua repropositione visum fuit.

Voluntas enim testandi in b. m. Principe excluditur ex eo, quia idem iam testamentum condiderat, & Notarium acce-
78 dere mandauit solùm ad effectum condendi codicillos pro remuneranda familia, *vt in Summario num. 1.* & hoc idem Notarius executioni demandare volebat, dum constat ipsum incæpisse scribere, sed demùm ad instantiam P. Pallauicini scripta lacerauit, & recedendo ab eodem cubiculo, vbi Princeps morti proximus degebat, transiuit vna cum eodem Religioso ad cubicula remota, *vt in Summario num. 3.* quæ facta dicuntur absque voluntate Principis, sine qua testamentum corruere dicitur, dum ipse Princeps suam voluntatem patefecit Notario circa confectionem codicillorum, non autem testamenti; Et hoc sufficit ad hoc, vt testamentum ex defectu voluntatis dicatur nullum, & irritum, vt in præcisis terminis tradunt Manen. *cons. 9. num. 90. & in sæpè citato consil.* Spad. 92. *num. 3. lib. 1.*

Præterquamquod defectus voluntatis Testatoris valdè considerabilis redditur, quod nullibi doceri potest de præordinata voluntate Principis hæredem substituendi D. Augustinum, quinimò potiùs contrarium desumitur ex eo, quod in suo priori testamento illum non solùm non substituit, sed nec etiam nominauit, quamuis Cardinalis Pallauicinus eius patruus ei D. Augustinum substituisset, addito quod in ipsomet tempore vltimi testamenti Princeps nolebat testari; & sic nouum hæredem instituere, sed dumtaxat codicillari, & exinde ex testamento postea condito deduci non potest certitudo voluntatis, quia illud scriptum non fuit in præsentia Testatoris, neque ad ipsius dictamen, sed absentibus Principe, & testibus scriptum probatur ab ipso Notario in alieno cubiculo ad dictamen P. Pallauicini, quod indubitantes excludit testatoris voluntatem cum tamen ad hoc, vt constet de præcisa voluntate testatoris, ad effectum substinendi testamentum debeat ab ipso testatore dictari, vel ipso audiente ab allo legi coram testibus, quia voluntas, seu dispositio non debet ab alieno pendere arbitrio, vt disponit Textus *in l. 1. ff. de testam. & in l. illa institutio, ff. de hæred. instit.* & in nostris terminis tradit Mart. Medic. *decis. 96. num. 7. vers. imò, cum seq.* Manfrel. *in obseruat.* ad Capic. latr. *dicta decis. 140. num. 7. vers. consideratum, cum seq.* Rota *coram* Coccin. *decis. 2000. num. 7. cum seq. & decis. 360. num. 3. par. 13. recent.*

Exclusa ex his penitus voluntate in Principe testandi, fortiùs ex sequentibus exclusa remanet identitas schedulæ, dum fundamentum *decisionis in §. Tandem, cum pluribus §§. seqq.* Dominis non placuit,
79 quod constet de illius identitate, ex quo consignata appareat Notario, de cuius fide, & legalitate constare dicitur per testes, & in eo testatorem confidisse. Quoniam attenta tota facti serie, & ex his, quæ iam dicta fuerunt circa deficientiam voluntatis D. Principis, dum testamentum fuit in alio cubiculo sigillatum, & à testibus subscriptis in dictis paruis cubiculis, dispositio testatoris diuersificare, vel aliter poni, quàm ipse voluerit, sine difficultate potuerit, stantibus præsertim reiteratis regressibus ad parua cubicula, quæ non excludunt possibilitatem suppositionis, cum tamen pro validitate testamenti requiratur, vt excludatur penitùs possibilitas suppositionis, quæ nec saluatur per quamcumque Notarij legalitatem ex Bartol. *in*

l. si ità scripsero, ff. de condit. & demonstr. Couuar. *in cap. cum tibi sub num. 5. vers. & probatur, & vers. satis tamen, de testam.* Paris. *cons. 19. num. 26. & seq. lib. 3.* Menoch. *cons. 313. num. 47.* Altograd. *cons. 96. nu. 14. vers. tamen hæc verissima sunt, iuncto num. 15. & seq. lib. 2.* Gratian. *discept. 973. num. 44. & seqq.* Altograd. *controu. 50. num. 33. & seqq.* Andreol. *controu. 346. num. 24. & 25.* Rota *coram* Priol. *decis. 315. per tot. & decis. 149. num. 2. par. 17. recent.*

Possibilitas autem suppositionis schedulæ probatur non solùm ex eo, quia asserta schedula vix per momentum temporis permansit in manibus Principis, *vt in Summario num. 7.* & ex reuelatione Notarij *num. 5.* constat, quod Princeps non legit, verùm etiam quia post prætensam lecturam à Notario factam ipse Notarius cum assertis folijs iterùm, atque iterùm rediit ad parua cubicula, *vt in Summario num. 4. litt. A, & D, ac num. 5.* Idque etiam comprobatur ex reuelatione Notarij, asserentis post lecturam foliorum non semel, sed bis discessisse è conspectu Testatoris, & rediisse ad cubiculum, vbi scriptum fuerat testamentum. Et idcircò cum ibi potuerit folia mutare, penitùs exclusa remanet certa, & indubitata identitas omninò necessaria pro validitate testamenti, vt in specie considerat Paris. *cons. 19. nu. 26. vers. vnde cum asserta scriptura lib. 3.* Spad. *cons. 92. in fine principij nu. 1. lib. 1.* Altograd. *cons. 96. num. 14. & seq. lib. 2.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. num. 7.* & hanc esse veriorem, & receptiorem sententiam firmauit Rota *coram* Priolo *dicta decis. 315. & decis. 149. par. 17. recent. per tot. & in Romana testamenti 19. Ianuarij 1682. §. Nec obstare, coram R. P. D. Emerix.*

Accedit ad hanc suppositionis possibilitatem inducendam grauitas morbi, qua præmebatur Princeps, adeout impossibile dignoscatur, quod tam breui temporis interuallo confici potuerit scriptura continens tam longam dispositionem, cum successiua primogenitura, & multiplicatis substitutionibus, & ex inusitato modo, qui fuit seruatus in confectione testamenti, dum ex cubiculo fuerunt eiecti Cardinalis patruus, & Iacobus Tessera, & remansit solus Pater Pallauicinus vnà cum Notario, qui scripsit, & sigillauit testamentum extra cubiculum Principis, & ipse Notarius timuit de carcere, pluresque interfuerunt secretæ allocutiones inter Notarium, & Religiosum, qui pluries connocauit testes, & accelerauit testamenti factionem, & se iactauit testamentum ipsum condidisse, & non Principem, *Summario dicto num. 15.* vt in his terminis considerat Menoch. *cons. 45. num. 25. & 26.*

Hinc nullius momenti visa fuit subscriptio Testatoris post hæc patrata: Licet enim regulariter subscriptio Testatoris multum conferat ad excludendam suppositionem schedulæ; Attamen huiusmodi præsumptio applicari non debet casui, de quo agitur, cum procedat in suis puris terminis, non autem quando subscriptio, vt hic, est de falso suspecta ex relatione duorum Peritorum, & fuit semper negata, *vt in Summario num. 17.* nec exaduerso recognita, vt omnino requirebatur, non
80 obstante rogitu Notarii, ex quo dictus ronitus non cadit super subscriptione, nec dicit, quod Princeps asseruerit folia fuisse sua manu subscripta, quo casu necessaria est omnino recognitio, vt distinguendo tradit Bald. *in l. captatorias nu. 10. vers. quia est approbata, C. de testam. milit.* Adden. ad Buratt. *decis. 475. num 21.* Alexan. *cons. 76. num. 12. vers. nisi testator asseruisset lib. 3. & cons. 176. ante num. 3. vers. primo quod illa assertio,* Lana *cons. 1. num. 41. vers. sic probatur, post tractat. de formul. testam.* Capon. *controu. 48. num. 28.* Rota *decis. 96. num. 5. cum duobus seqq. par. 5. recent.* Et quod tollit omnem difficultatem est, quod dicta subscriptio facta fuit ab infirmo morti proximo, & laborante imbecillitate oculorum, itaut præsumptio, quæ oritur ex subscriptione, nempe quod censeatur testatorem testamentum legisse antequam subscriberet, exclusa remaneat ex impossibilitate contraria, & ex eodem facto, dum Notarius testatur, illud non fuisse à testatore lectum, & in omnem casum, vt superiùs dictum est, hæc omnia reddunt Iudicis animum valdè dubium de voluntate testatoris, ac non certum de identitate schedulæ, quod operatur, vt faciliùs inclinet ad fidem præstandam potiùs testibus reprobantibus, & contradicentibus, quàm comprobantibus testamentum, quibus stantibus, sola subscriptio non probat, quod Princeps habuerit notitiam contentorum in folijs, Spad. *dicto cons. 92. in princ. num. 1. & 15. cum seq. lib. 1.* Rub. *de Testam. cap. 26. nu. 224. & seq.* Gratian. *discetp. 973. num. 54.* Rota *decis. 360. nu. 10. & decis. 404. num. 13. par. 13. recent.*

Attenta maximè antecedenti declaratione facta à Principe, quod volebat condere codicillos, cum iam suum testamentum confecerit, & proinde ex huiusmodi subscriptione à Principe facta tempore, quo ipse morti proximus in lecto iacebat, credere potuit se subscribere codicillos, ad quos conficiendos paulò ante Notarium vocauerat, vt in his terminis considerat Spad. *dicto consil. 92. numer. 15. & sequen.*

Sublatis igitur de medio omnibus fundamentis in decisione, quæ reuidetur, adductis tam circa validitatem testamenti,

voluntatis, & identitatis schedulæ, multo magis corruere videntur ea, quæ in ea-
81 dem decisione firmata fuerunt *in §. Et in omnem casum,* vbi dicitur saltem testamentum substineri vigore clausulæ codicillaris contentæ tam in corpore schedulæ, quàm in rogitu Notarij, iuxta Textum *in l. si quis, circa med. C. de Codicill.* Et quamuis vigore dictæ clausulæ codicillaris testamenta substineri valeant; Conclusio tamen non procedit, quando in eo non adsunt quinque testes, qui in codicillis, & in omni alia vltima voluntate excepto testamento requiruntur, iuxta Textum *in l. fin. C. de Codicill.* Soccin. sen. *conf.28.nu.6. vers. aut vult se fundare lib. 3.* Turrett. *de Clauf. Codicill. quæst.103. per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art.43.num.2. vers. nam, & Codicillis.*

In casu autem, de quo agitur, exceptis Seralta, Fabretto, & Sabbatino, vt supra dictum est, qui declararunt, se non interfuisse toti rogitui Notarij, & quorum absentia ex alijs testibus, vt supra dictum est, probata remanet; & proinde nec vti codicilli testamentum substineri valet *ex allegatis*. Imò quando etiam diceretur, vt exaduerso prætenditur, quod solus Fabret-
82 tus, & Seralta fuerint absentes, adhuc in vim clausulæ codicillaris testamentum non substineretur, cum regulare, & incontrouertibile sit in iure, quod quando vnus, vel duo ex septem testibus subscriptis negant se interfuisse testamento, & probant suam absentiam, testamentum tanquam suspectum, vel falsum, respectu testium, qui non interfuerunt, nullam facit fidem etiam quoad clausulam codicillarem, & omnia alia contenta in afferto testamento, vt in indiuidualibus terminis firmant Soccin. sen. *dicto conf. 28. num. 7. lib. 3.* Alciat. *conf.124. num. 4. & seq. lib. 9.* Iason *conf.13. num. 5. lib. 3.* secundùm impressionem Francfurten., aliàs *conf. 152.* secundùm Venetam, Crot. *consil. 121. num.40. cum seqq.* Mandell. *conf.271. nu.24. & seq.* & ibi Adden. *littera O*, Simon. de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib.2. interpret.1. resolut.11. nu. 3. in fine, cum sequen. fol.171.* Turrett. *de Clauf. Codicill. quæst.106. per tot.* Barri *de success. lib. 10. tit. 16. num. 7. vers. certe non obtinet*, Rub. *de testamen. cap. 40. num. 261. & sequen.* Actolin. *resolut. 26. num. 133.*

Penitus verò irreleuans perpensum fuit obiectum, quod duo ex septem testibus in afferto testamento descriptis sint supranumerarij respectu codicillorum, quibus etiam reiectis, sufficiant illi quinque, qui remanent ad hoc, vt testamentum respectu codicillorum substineri valeat, quoniam animaduertebant Domini, quod aut contradictio testium supranumerariorum aliunde non iustificatur; & tunc quia dicuntur singulares in suo dicto non præiudicant instrumenti validitati fundatæ in sufficienti numero testium; Secùs verò procedit, quando absentia testium supranumerariorum aliunde probatur ex alijs testibus, vel instrumentarijs, vel extraneis, & tunc instrumentum remanet falsum, & nullam fidem meretur, quamuis testes negantes propriam præsentiam sint supra numerum, & alij plures, & centum testes in eodem instrumento descripti remanerent propter falsam assertionem Notarij, dum posuit, & scripsit pro præsentibus testes, qui verè non interfuerunt, & hæc videtur esse communis Doctorum opinio, quam communiter tradunt Canonistæ, vt testatur Io. Sichard. *in l. in exercendis num.11. vers. tertiò ampliatur conclusio,* ibique Salycet. *num.5. vers. secus inquit, C. de fid. instrum.* Bellamer. *in dicto cap. cum Ioannes num.39. vers. si autem aliquis, & num.40.* Innocent. *num.5. vers. esto quod centum remaneant,* Io. Andr. *num.8. vers. & hoc mihi placet,* Hostien. *num.7. in princ. & num.9. vers. si autem aliqui,* Abb. *num. 14. vers. secundo casu subdistingue,* Butr. *num.29. vers. secundus casus, & vers. venio ad secundum, cum duobus seqq.* Bellencin. *num. 163. in princ.* Felyn. *num.48.* Henric. Boich. *ibidem in §. Porrò sub num.11. & num. seq.* Bertrand. *conf.220. num.1. vol.2. par. post.* Suarez *conf.1. num.49. vers. vnde concludit,* Gait. *de credit. cap. 3. tit. 1. num. 632. & seqq.* Farinacc. *de fals. quæst.158. num. 161.* Foller *in praxi crimin. par. 1. secundæ par. rubr. item quod commisit falsitatem, verb. fiscus num. 64. vers. secunda conclusio est fol.203.* Ibaniz. *in addit. ad* Couarr. *lib.2. cap.13. num.123.* Corrad. *in prax. rubr. de instrument. num.19. in 3. ampliat,* Rota *coram* Rojas *decis.474. sub num. 6.*

In nihilo aduersante responsione pro D. Augustino adducta, & semper repetita, quod Doctores isti loquantur de testibus descriptis, non autem de subscriptis, quia in vtroque casu militat ratio per eosdem Doctores adducta, nempe falsæ assertionis factæ per Notarium, quotiescunque testium contradicentium absentia non probatur ex sola depositione ipsorummet testium subscriptorum, sed etiam ex alijs, vt supra probatum est.

De absentia autem Seraltæ, & Fabretti dubitari nequit, dum illa habetur non solùm ex eorum expressa depositione, verùm etiam ex alijs quinque testibus, vt supra dictum fuit, concludenter probata remanet, & proinde locum habet supra firmata conclusio, quam Doctores tenent in casu supra expresso, & idcirco quousque non redarguantur de mendacio per alios testes instrumentarios, vel non instrumentarios, semper instrumentum re-

manet inualidum, & reprobatum, Bald. *in l. in exercendis num. 30. vers. tamen Instrumentum*, ibique Salycet. *num.6. C. de fid. Instrum.* Innocent. *in cap. cum Ioannes num. 3. vers. & in tantum*, Hostien. *num. 6. in fine, vers. & in tantum, iuncto num.7.* Imol. *nu.20. in fine, vers. Si autem simpliciter*, Felyn. 51. *vers. secundò intellige*, Butr. *num.29. circa med.* Henric. Boich. *ibidem dicto §. Porrò sub num. 11. vers. in primo casu, de fid. instrum.* Rub. *de Testam. cap. 40. num.270. & seq. & 301. cum seq.* & alii proximè *allegati*.

Nihil refert, quod dicitur, Notarium non operatum fuisse cum dolo, & malitia, nec falsitatem dolosam commisisse, quoniam compertum est in iure sufficere falsitatem re ipsa sine malitia, & dolo com-
83 missam, vt instrumentum in totum falsum, & nullius fidei reputetur, cum huiusmodi falsitas respiciat substantialia ipsius instrumenti, & absentia fuerit aliunde probata, Innocent. *in cap. Fraternitatis numer. 1. vers. si autem super his*, Hostien. *nu.6. in fine, vers. & est ratio*, Io. Andr. *nu.1. col.1. post med. vers. & est ratio*, Ancharan. *num.2. vers. tunc siue scienter, siue ignoranter*, Butr. *num. 4. vers. quia non debet ponere*, Soccin. *num.14.* Anan. *num. 3. vers. aut illa falsitas, iuncto num.10. vers. istud ponderat, de haret.* Bartol. *in l. si ex falsis num.12. vers. aut propter alium*, Alexan. *num.10. propè finem, vers. & istam opinionem, iuncto num.14. C. de transact.* Corn. *cons.304. num.5. lib.1.* Farinacc. *in fragmen. par.2. verb. instrumentum nu. 386.* Rota *coram* Coccin. *decis. 1369. num. 90. cum tribus seqq.*

Multoque minus coadiuuari possunt codicilli, vel ex reuelationibus Notariorum, vel ex aliis testibus ibidem adstantibus, & in dicto testamento non descriptis, quoniam, vt considerabant Domini, in codicillis, & in omnibus aliis instrumentis, & vltimis voluntatibus excepto testamento, debent omnes vno, eodemque tempore adhiberi, & inscribi iuxta litteralem Textum *in dicta l. fin. C. de Codicill.*, Bald. *cons.108. num.2. lib.3.* Berlich. *concl.2. num. 3. par. 3.* Grass. *de success. §. Codicillus num. 4.* Rota *coram* Pamphil. *decis. 668. num. 2. & decis. 697. num.1. & coram* Emin. Otthob. *decis. 145. num. 28. & coram* Priol. *decis. 209. num.8.*

Vnde clausula codicillaris nihil operatur in casu, de quo agitur, dum adest defectus voluntatis, & de illa dubitari ne-
84 quit, dum nuncupatio hæredis facta non fuit per testatorem coram septem testibus, sicuti nec etiam consignatio eiusdem testamenti facta fuit coram eisdem testibus ab eodem D. Principe, qui debebat dicere illud esse suum testamentum, quod proinde tanquam non in forma probanti, nec substineri valet iure codicillorum, vt in puncto firmauit Rota *decis. 54. num.15. par.10. & decis.72. num.12. par.15. recent.*

Cæterum pro corroboranda conclusione, quod testamentum, de quo agitur, substineri debeat in vim clausulæ codicillaris, adductæ fuerunt quamplures auctoritates *in decisione*, quæ reuidetur, sed non merentur attendi, dum loquuntur in casu longè diuerso, & nulla ex illis percutit casum, in quo absentia testium negantium, se interfuisse testamento, fuerit per alios testes probata, & nonnullæ aliæ loquuntur in casu, quo testes contradicentes fuerunt reprobati ab aliis testibus pro testamento examinatis, & Ias. *in cons. 124. lib.1.* est sibi contrarius *in d. cons.13. lib. 3.* secundùm impressionem Francfurtensem, & secundùm Venetam *cons. 252.* & fuit reprobatus ab Alciat. *in cons. 129. lib. 9.* & à Rub. *de testam. dicto cap. 40. num. 265.* & Surd. *cons. 414.* non loquitur, quando instrumentum testamenti ex contradictione vnius, vel plurium testium impugnatur indirectè, & redditur suspectum, sed quando testamentum impugnatur ex quo testes non audiuerant, Cephal. *cons. 546. num. 55. & seq.* loquitur in testamento ad nutum, & signis facto ab homine obtusi, & crassi ingenii, Boss. *in tit. de falsis nu.48.* retorquetur, dum se remittit ad Soccin. sen. *dicto cons. 28.*

Et ità post quintam propositionem vtraque Parte informante resolutum fuit.

QVÆSTIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

An qui produxit testes, possit inconstans eos reprobare.

SVMMARIVM.

1 *Testes inducens non potest eorum personas inconstans reprobare.*
2 *Quid in diuerso iudicio, & num. 6.*
3 *Vel si aliàs iisdem testes sint inhabiles, & de iure non admissibiles.*
4 *Et an id procedat tam in iudicio ciuili, quàm criminali.*
5 *Fiscus non potest reprobare testes ab ipso exa-*

parte num. 12. *extr. de teſtib.* Clar. §. *fin. numero* 24. cum aliis per Gilken. *dicta l. ſi quis*
13 *teſtib. num.* 28. Quod tamen non procedit, ſi in alia cauſa contra ipſum producantur, quia tunc poterit eos reprobare, Cyn. *d. l. num.* 7. Alber. *num.* 3. Salyc. *numero* 10. Gilken. *num.* 29.

14 Nonò, procedit non ſolum quoad examen futurum, ſed etiam quoad præteritum, vt benè, diſputato ter articulo, reſoluit Rota *coram* Seraph. *deciſ.* 295. *per tot.* vbi benè comprobat, & reſpondet contrariis, Gratian. *diſcept.* 151. *à numero* 25. Barboſ. *d. l. ſi quis teſt. nu.* 9. Quod tamen
15 intelligi debet reſpectu expreſſæ approbationis, quæ reſultat ex productione, ſecus in tacita proueniente per non oppoſitionem, vt ex Salyc. Gratian. *loco cit. num.* 28. Barboſ. *dicta l. ſi quis teſt. num.* 10.

10 Inconſtantia tamen non erit reprobata, quoad exceptiones ſuperuenientes poſt teſtium inductionem, *d. l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.* ibi, *niſi oſtenderit inimicitias inter ſe, & illos poſtea emerſas fuiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt*, & ibi Gloſs. Bart. Bald. Salyc. Cyn. Odofred. Caſtren. Sichard. & alij à Farin. *d. quæſt.* 62. *nu.* 240. addo Gilken. *d. l. ſi quis teſtibus nu.* 12. & 13.

18 Secundò, licita erit inconſtantia, ſi Producens teſtes, illorum inhabilitates callebat, ſecus verò, ſi illas ignorabat, Doctor. omnes *d. l. ſi quis teſtib.* Boer. *deciſ.* 245. cum
19 aliis per Farin. *d. q.* 62. *n.* 244. vbi *n.* 245. dicit hoc caſu, ignorantiam probari iuramento.

20 Tertiò, licita erit inconſtantia, ſi Producens poſt productionem repererit eos ſubornatos, *dicta l. ſi quis teſtib.* ibi, *ſed, ſi liquidis probationibus, datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit, etiam allegationem integram ei ſeruari præcipimus*, & ibi Gloſs. *in verb. Oſtenderit*, Alber. *num.* 2. vbi ampliat, etiamquod ſubornatio ſit facta præmio, vel prece, Bald. *in princ.* Cyn. *num.* 13. Fulgoſ. *num.* 3. Odofred. *num.* 1. Salyc. *numero* 24. Caſtren. *num.* 9. cum aliis per Farinac. *dicta quæſt.* 62. *num.* 246. addo Gilken. *dicta l. ſi quis teſtib. num.* 19. Et hoc habet locum,
21 etiamquod teſtis falſa non depoſuerit, vt aduertit poſt Farinacc. *de teſtib. quæſt.* 57. *num.* 38. Gilken. *loco cit. num.* 20.

22 Quartò, licita erit inconſtantia, quando inter Producentem, & Aduerſarium militat diuerſa ratio, verb. gr. produxi contra te fratrem, vel conſanguineum tuum,
23 tu vis iterum contra me eundem fratrem tuum producere, vtique hoc caſu illum potero reprobare, quia ratio affectionis, ob quam poſſum eum impugnare, quando à te producitur, non militat, quando ego illum produxi contra te, vt voluit Caſtrenſ. *dicta l. ſi quis teſtib. num.* 2. Campeg. *de teſtib. regul.* 292. 4. *fall.* Maſcard. *de probat. concl.* 1215. *n.* 10. cum aliis per Farin. *d. quæſt.* 62. *num.* 248. Gilken. *loco cit. nu.* 25.

24 Quintò, licita erit inconſtantia, ſi teſtis patiatur aliquas exceptiones reſpicientes
25 eius intereſſe, quia tunc non eſt teſtis, ſed Pars, Malet. *de teſtib. par.* 4. *num.* 56. Hector Æmil. *de teſtib. par.* 1. *verb. Teſtis approbatus num.* 17. cum aliis per Farinacc. *d. quæſt.* 62. *num.* 249.

26 Sextò, licita eſt inconſtantia, quando Pars, contra quam fuit à me productus teſtis, illum reprobauit, quia tunc ego poſſum illum reprobare, Cyn. *dicta l. ſi quis teſtib. num.* 9. Caſtren. *num.* 7. Angel. *num.* 1. Boer. *dicta deciſ.* 245. *num.* 5. cum aliis per Farinacc. *dicta quæſt.* 62. *num.* 254. & 255. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 45. *num.* 16. Gilken. *d. l. ſi quis teſtib. num.* 27.

27 Quod tamen intelligendum eſt, ſi Pars producens oppoſitioni acquieuerit, nec voluerit vti iiſdem teſtibus, Nell. *de teſtib. num.* 58. Maſcard. *dicta concluſ.* 1235. *num.* 7. Farinacc. *d. quæſt.* 62. *num.* 257. addo Corn. Crauett. Innoc. Gilken. *loco cit. num.* 27. *verſ. Adſcribunt tamen*, qui dicit hanc declarationem ſibi duram videri.

28 Secundò, declara procedere, ſi oppoſitio facta à Parte ſit ſpecialis, non autem generalis, Boer. *dicto deciſ.* 245. *numero* 6. Laurent. *deciſ. Auenionen.* 116. *num.* 3. Farin. *dicta quæſt.* 62. *num.* 258.

29 Tertiò, declara procedere, ſi oppoſitio ſit contra perſonam, non autem contra dicta Teſtium, Felyn. *cap. Examinata num.* 3. *de Iudic.* Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1215. *num.* 8. Farinacc. *dicta quæſt.* 62. *numero* 259. Gilken. *loco cit. num.* 27. *verſ. Quod ſi verò.*

30 Quo verò ad dicta, licita ſemper erit inconſtantia, quia per productionem teſtium eorum dicta non cenſentur approbata, *dicta l. ſi quis teſtibus*, & ibi Odofred. *num.* 1. Cyn. *num.* 12. Bart. *in prin.* Fulgoſ. *num.* 2. Angel. *num.* 1. Caſtren. *nu.* 5. Salyc. *num.* 3. Sicard. *num.* 3. Pariſ. *num.* 60. Donell. *num.* 5. Maſcard. *d. concluſ.* 1235. *mihi* 1240. *num.* 26. cum aliis per Farinac. *dicta qu.* 62. *num.* 241. addo Gilken. *dicta l. ſi quis teſtib. nu.* 21. Honded. *conſ.* 84. *nu.* 49. *lib.* 2. Adden. *ad deciſ.* 215. Greg. XV. *num.* 9. *verſ.* 2.

31 Quæ tamen concluſio non procedit, ſi vltra inductionem teſtium, quis produceret etiam eorum dicta, tunc enim ceſſaret inconſtantia, etiamquod teſtis eſſet vnicus, Crauett. *de antiq. temp. par.* 1. *ſect. quæritur etiam in hac materia nu.* 14. Burſatt. *conſ.* 89. *nu.* 11. *lib.* 1. cum aliis per Farin. *d. qu.* 62. *nu.* 243. Adden. *ad deciſ.* Greg. XV. 215. *eod. num.* 9. & propterea cauendum eſt à Gilken. *dicta l. ſi quis teſtibus num.* 22. qui cõtrarium ſubſtinet, hanc enim limitationem ſequitur Rota *in Bonon. Tutelæ* 1. *Iunij* 1615. *coram* Card. Veroſpio ſen. Adden. *vbi ſupra*, Grat. *diſcept.* 753. *num.* 15.

QVÆSTIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

De inconstantia in Iudicibus tam delegatis, quàm Ordinarijs; qua occasione discutiuntur variæ, ac vtiles quæstiones, quæ videri possunt in Summario; & præcipuè tractatur illa, an Iudex in conflictu opinionum, adhærere teneatur opinioni probabiliori.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, qui in alijs inconstantiam puniunt, non debent ipsi esse inconstantes.*
2 *Delegatio recipienda est à Iudice etiam inuito.*
3 *Delegatione acceptata non potest Iudex delegatus sine iusta causa se illa exonerare.*
4 *Delegatus à Principe potest subdelegare.*
5 *Delegatus in causa delegata censetur maior quolibet ordinario.*
6 *Iudex ordinarius potest delegare.*
7 *Iudex delegatus à Principe subdelegare potest siue delegetur ex officio, & motu proprio, siue de consensu partium.*
8 *Quid si velit subdelegare sine causa.*
9 *Quid inuitis partibus.*
10 *Iudex delegatus à Principe potest subdelegare, quamuis habeat Collegam, qui velit procedere.*
11 *Quid si subdelegare nolit totam causam, sed modicum reseruata sibi iurisdictione.*
12 *Iudex delegatus à Principe ad Vniuersitatem causarum eo facilius potest subdelegare.*
13 *Iudex delegatus ad vniuersitatem causarum reputatur quasi ordinarius.*
14 *Iudex subdelegatus à delegato Principis cum facultate subdelegandi an possit subdelegare.*
15 *Iudex delegatus à Principe subdelegare non potest quando fuit electa industria eius personæ.*
16 *Quid si delegatus non sit à Principe Supremo.*
17 *Industria personæ Iudicis in dubio non censetur electa ad impediendam subdelegationem.*
18 *Electa an censeatur, quando commissa esset causa grauis, & ardua, & num. 20.*
19 *Quid in causa Matrimonij.*
21 *Causa magna, & ardua, quæ sit, relinquitur arbitrio Iudicis.*
22 *Matrimonialis causa inter arduas connumeratur.*
23 *Quid de causa hæresis.*
24 *Electa dicitur industria personæ, quando causa fuit commissa Iudicis fidei, & diligentiæ.*
25 *Quid si fuit ordinatum, quod delegatus ipse procedat, vt cum verbis* per te, *vel* per vos.
26 *Quid si expressè addatur dictio* ipsum, *vt* per te ipsum.
27 *Quid si legantur verba* confisi de tua prudentia, & dexteritate.
28 *Vel si nominata esset persona executoris.*
29 *Vel si in delegatione legantur verba* discretioni tuæ mandamus.
30 *Quid de verbis* conscientiam tuam oneramus.
31 *Electa præsumitur persona Iudicis quando in delegatione leguntur dictiones, & clausulæ personalissimæ.*
32 *Officiales omnes tenentur per seipsos inseruire, nec possunt inseruire per alium.*
33 *Officiales à loco administrationis recedere non possunt.*
34 *Quid si recederent per noctem, vel causa recreationis.*
35 *Officiales recedentes à loco administrationis priuantur salario.*
36 *Et an priuentur officio.*
37 *Inquisitores hæreticæ prauitatis tenentur deseruire per seipsos, nec possunt per substitutos.*
38 *Officialis stante consuetudine potest deseruire per substitutum.*
39 *Officialis potest ad tempus deseruire per substitutum stante licentia Principis.*
40 *Officialis in casu infirmitatis potest deseruire per substitutum.*
41 *Et quomodo ad hunc effectũ probetur infirmitas.*
42 *Lex multum præsumit pro Iudice.*
43 *Officialis recessurus pro seruitio Principis durante absentia potest alium substituere.*
44 *Quid si à Principe habeat facultatem substituendi.*
45 *Officialis substituens an de excessibus substituti teneatur.*
46 *Iudex delegatus à Principe in causa de sui natura non delegabili non potest alium subdelegare.*
47 *Causa meri, vel mixti Imperij de iure ciuili non est delegabilis.*
48 *Specialia duo concurrere non debent circa idem.*
49 *Causa meri, & mixti imperij an possit à delegato Principis subdelegari.*
50 *Quid de iure Canonico.*
51 *Delegatus ad actum nudi ministerij, puta ambasiatam non potest subdelegare.*

ceptam, quando pro communi vrget aliqua lex, vel consuetudo approbata, vel melior ratio.

449 *Trebellianica an prohiberi possit filijs primi gradus.*

450 *Quid in Statu Ecclesiastico.*

451 *Rotæ auctoritas extra Statum Ecclesiasticum est probabilis, non autem necessaria pro decisione causarum.*

452 *Rota est omnium Tribunalium Orbis Auriga, & Magistra.*

453 *Couarruuias apud Hispanos spectatur tanquam iurium Coriphæus.*

454 *Manutentio ciuiliter possidenti an concedatur contra eum, qui naturaliter possidet.*

455 *A Decreto Auditoris Nuncij Hispaniarum datur appellatio ad Rotam.*

456 *Inter opiniones, quæ vtrinque communes appellantur Iudex æquiorem, & humaniorem sequi debet, & sic Rota seruat.*

457 *Mater hæres instituta in vita sua, an debeat imputare fructus in legitimam.*

458 *Legitima parentibus debetur de iure naturæ.*

459 *Rota in conflictu opinionum non tam mouetur ex numero Doctorum, quàm ex firmioribus rationibus.*

460 *Hypotheca competit pro legatis conditionalibus à die obitus Testatoris, non à die purificatæ conditionis.*

461 *Emphyteuta non satisfacit facultati nominandi per solam successionem ab intestato.*

462 *Nepos tenetur alere patruum.*

463 *Inter opiniones varias, æquè probabiles, an possit Iudex inconstans modo adhærere vni, modo alteri, & numeris 467. & 470.*

464 *Opiniones æquè probabiles sunt æquè tutæ.*

465 *Iudex an possit opinionem æquè probabilem ad libitum sequi absque peccato.*

466 *Iudicem habere amicum, vbi disputatur de opinionibus æquè probabilibus, bonum est.*

468 *Iudici in re dubia non licet pro amico iudicare.*

469 *Et quomodo iudicare debeat.*

471 *Intellectus potest successiuis temporibus nunc adhæreri vni opinioni, & paulò post illa relicta adhærere oppositæ.*

472 *Facto ex vtraque parte æquè probato, Iudex non potest totum vni parti adiudicare, & quomodo possit, ac debeat partes componere.*

473 *Et an possit quoad rem indiuiduam vti sorte.*

474 *Iudicium sortis appellatur iudicium rusticorum.*

475 *Solus Papa, vel Princeps potest compellere partes ad concordiam.*

476 *Iudex potest suadere, non autem compellere partes ad concordiam.*

477 *Et an possit etiam eas compellere ad concordiam, quando ex ipsarum discordia adesset timor scandali.*

478 *Concordiæ quibus in casibus olim locus fuerit.*

479 *Iudex non potest sequi modo vnam, modo alteram opinionem æquè probabilem, quando exinde oriretur scandalum.*

480 *Alias peccaret.*

481 *Et an teneretur ad restitutionem.*

482 *Iudex in concursu opinionum æqualium quando debeat iudicare pro causa priuilegiata.*

483 *Et quæ ad hunc effectum dicantur causæ priuilegiatæ.*

484 *Fauore causæ priuilegiatæ licet Iudici recedere à communi opinione.*

485 *Sententiæ ad sui fauorem latæ renunciari potest.*

486 *Minor potest si velit non vti sententia restitutionis in integrum.*

487 *Nec cogitur pretium restituere, & rem emptam reddere.*

488 *Sententia ad sui fauorem lata nemo cogitur vti.*

489 *Quid si sententia fundetur in dispositione iuris communis.*

490 *Vendere vni plusquam alteri, nemo cogitur de iure.*

491 *Sententiæ obtentæ super iure retractus potest renunciari.*

492 *Termino concesso de iure speciali potest impetrans renunciare.*

493 *Quid de concesso à iure communi.*

494 *Emptor renunciare non potest sententiæ obtentæ in ædilitia actione.*

495 *Sententia lata in actione ædilitia tribuit venditori actionem ad factum.*

496 *Aequalitas in iudicijs seruanda est.*

1 INCONSTANTIA in Iudicibus est reprobata, quia ipsi eam in alijs puniunt, *l. in causæ*, §.1. *ff. de Procurat. cap.* 2. *de rescript. lib.* 6. Clement. 1. *de renunciationib.* Hippolyt. *singul.* 166. Vincent. *in l. in ratione, in princ.* §. *fin. ff. ad leg. falcid.* Rebuff. *in l. quod iussit, in princ. num.* 1. *ff. de re iudic.* Vbert. *de modo, & ratione citandi par.* 5. *formula* 13. *vers. variatio.*

Primò videndum est, quando licita, vel illicita sit inconstantia in Iudice Delegato, demùm quando in Iudice Ordinario.

2 Et statuenda est conclusio, etiam inuitum, quem cogi ad suscipiendam iudicialem delegationem, *cap. sanè, il secondo, cap. Pastoralis*, & ibi Gloss. *in verb. renitente, de offic. deleg. l. vnica, C. qui pro sua iurisdictione, l. munerum la seconda*, §. *iudicandi quoque necessitas, ff. de muner. & honor. l. Prætor*, §. *qui autem, ff. de vacat. & excus. mun. l. sancimus, la prima, C. de Aduocat. diuers. Iud.* & ibi

Gloss. & Doctor. Rota *decis.* 12. *num.* 1. *de Præbendis in nouis*, Cassador. *decis. vnic. de verb. significat. num.* 4. vbi de officio Collectoris Monet. *de decimis quæst.* 5. *num.* 191. *& de Conseruat. cap.* 10. *numer.* 341. Barbos. *l. cum Prætor*, §. 1. *numer.* 161. *ff. de iudic.*

3 Suscepta ergò delegatione non potest Iudex Delegatus inconstans sine iusta causa se exonerare ipsa delegatione, *dicto cap. Pastoralis*, ibi, *dummodò ipse exonerare se ipsum malitiosè non quærat*, *cap. Si pro debilitate, de offic. deleg.* Monet. *de conseruat. dicta quæst.* 10. *numero* 341. Barbos. *loco citato num.* 161.

4 Sed an saltem possit vices suas subdelegare? Distinguendum est in Delegato à Principe, & in Delegato ab inferiori à Principe: Priori casu licita est inconstantia, quia Delegatus à Principe hoc habet à lege priuilegium, vt vices suas alteri delegare possit, Abb. *in cap. Pastoralis, in* 1. *notab.* & ibi Felyn. *in princ. l. à Iudice, C. de iudic.* Iacob. Niger *in l.* 1. *ff. de offic. eius*, Syntagm. *comm. opin. to.*4. *cap.*28. *in princ.* Peregrin. *de iurisd. ordin. & deleg. ad rubr. lib.*1. *num.*6. *fol. mihi* 16. Menoch. *de arbitr. quæst.* 54. *& cons.* 17. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Germon. *lib.* 1. *animaduer. cap.* 8. Quintanaduennas *de iurisd. & imper. cap.* 6. *nu.* 13. *& cap.* 11. *per tot.* Peregrin. *de citat. real. lib.*1. *cap.*1. *num.* 424. Solozan. *de iur. Ind. cap.*4. *num.*36. *lib.* 2. Capuc. *in praxi par.*2. *cap.* 1. *num.* 163. Fagnan. *in* 2. *par. princip. decretal. cap. quoniam, de offic. deleg. nu.* 1. *&* 9. Coccin. *decis.* 1496. *num.* 2. *& decis.* 1749. *num.* 6. Ratio est, quia in causa delegata
5 ipse Delegatus censetur maior quilibet ordinario, *l. fin.* §. *penult. ff. de damn. infect. cap. sanè, il secondo, de offic. deleg. cap. Pastoralis, de offic. ordin.* Gratian. *cap.* 111. *nu.* 65. Fagnan. *super dicto cap. sanè, il secondo, nu.* 1.
6 Si ergò ordinarius potest delegare, multo fortiùs delegatus Principis, Felyn. *in dicto verb. Delegatus Papæ*, quæ tamen ratio non placet Petro Barbosæ *in l. cum Prætor*, §. 1. *num.* 387. *cum seq.*

7 Quæ conclusio habet locum, siue Princeps ex officio, vel motu proprio, siue de consensu partium dederit Delegatum, *cap. fin. de offic. deleg. in princip.* & ibi Abb. *num.* 1. & cæteri Canonistæ, quos adducit Barbos. *dicto cap. fin. in princip.* Iason *d. l. à Iudice num.* 11. Fagnan. *dicto cap. quoniam, de offic. delegat. num.* 1.

Secundò habet locum, siue adsit iusta
8 causa delegandi, siue nulla, Gloss. *in dicto cap. Pastoralis*, *verb. exoneratus, de offic. deleg.* Felyn. *in repert. in verb. deleg. Papæ*, *vers. secundò extende*, Dec. *in cap. si pro debilitate num.* 9. *ff. de offic. deleg.* vbi latè Ias. *num.* 11. *vers.* 2.

9 Tertiò habet locum huiusmodi subdelegatio etiam inuitis partibus, Felyn. *loco citato, vers.* 3. *Extende*, Iason *dicta l. à Iudice num.* 11. *vers.* 3.

10 Quartò habet locum, non solùm quando vnus solus datus est delegatus, sed etiamsi habet Collegam, qui velit per se procedere, hoc enim non obstante poterit procedere ad subdelegationem, *cap. Quamuis, de off. delegati*, & ibi Doctores allegati à Barbosa *d. cap. Quamuis*, Felynus *loco citato vers.* 4. Iason *loco citato num.* 11. *vers.* 4.

11 Quintò habet locum, siue velit delegare totam causam, siue modicam, & etiam reseruare sibi solam sententiam, *cap. Super quæst. de offic. deleg. cap. si delegatus, de offic. deleg. in* 6. & ibi Barbosa *num.* 16.

12 Sextò, habet locum multò magis, si Delegatus esset ad vniuersitatem causa-
13 rum, quia reputatur quasi Ordinarius, & propterea subdelegare potest, *l.* 1. §. *Ab eo, ff. quis, & à quo*, & ibi Gloss. *verb. Non ipse, & verb. Ab eo*, Gloss. *in d. l. à Iudice*, *verb. Non habet*, *C. de Iudic. & in cap. Cum causam, verb. Delegatus*, Hostien. *cap. fin. de off. Ordin.* alios tam Canonistas, quàm Iuristas, Summistas, & Theologos adducit more suo Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disputat.* 31. *num.* 2. Fragos. *de regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 4. *numero* 129. vbi reprobat Dec. *in cap. Cum causam num.* 7. *de appellationibus*, & Curtium iuniorem *in l. More maiorum num.* 67. *ff. de iurisdict. omn. Iudic.* contrarium sentientes.

14 Dic primò, licitam esse inconstantiam in Delegato immediatè à Principe, secus autem in illius Subdelegato, quia licet ille possit subdelegare, hic autem non, etiam quod haberet à Delegante facultatum subdelegandi, quam illi concedere non potest, Gloss. *in cap. Super quæst.* §. *Porrò, verb. Transferre, de off. Deleg.* vbi Abb. *eod.* §. *num.* 2. cum aliis per Sanchez *loco citato num.* 9. Peregr. *ad rubr. de off. & potest. Iud. Deleg. num.* 12. Cauendum est propterea à Ias. *in l. à Iudice*, *C. de Iudic.* qui *numero* 9. dicit, fortasse hanc facultatem inesse in Delegato Principis, quia contra eum est communis opinio, vt benè post multos idem Sanchez *loco cit.*

15 Dic secundò, illicitam esse inconstantiam, quando esset electa industria personæ, tunc enim Delegatus à Principe subdelegare non potest, *cap. fin.* §. *Is autem, de off. Deleg.* & ibi Gloss. & Doctor. *cap. Is cui eodem tit. in* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 54. *num.* 8. Capic. *decis.* 151. *numero* 5. Monaldus *cons.* 143. *num.* 12. Honded. *consil.* 55. *num.* 79. *lib.* 1. cum alijs per Barbos. *ad dicto cap. fin.* §. *Is autem, de off. & potest. Iud. Deleg.* Rota *decis.* 234. *num.* 1. *parte* 1. *& decis.* 38. *à num.* 24. *par.* 6. *recent.* Coccin. *decis.* 1153. *num.* 3.

16 Quæ conclusio procedit, quamuis iste sic Delegatus esset Delegatus à Principe supremæ potestatis, Cochier. *ad reg. Cancell.47. num.7.* Rota *decis.462. num.5. par.2. recent.* Barbos. *loco citato,* Fragos. *de regim. Reipub. d. disput.10. lib.4. num.124.*

17 Electa autem industria personæ non censetur in dubio ad impediendam subdelegationem, ex *dicto cap. fin.* Peregrin. *loco cit. num.8.* Barbos. *dicto cap. fin. num.4.* Gratian. *discept.644. num.23. & 24.*

18 Sed tunc, quando commissa esset grauis, & ardua causa, Abb. *dicto cap. fin. nu.6.* Felyn. *num.4.* Bald. *consil.123. num.5. & 6. vers. tertium est magnitudo negocij lib. 5.* Crauett. *cons.302. num.3.* Capic. *dicta decis.151. num.6.* cum alijs per eundem Barbos. *dicto cap. fin. num.5. & de potest. Episc. par.3. alle-*

19 *gat. 84. num. 12.* vbi de causa matrimon. Rota *dicta decis. 38 num.44. & d. decis.234. num.3. par.1. recent.*

Et quamuis Abb. *dicto §. is autem num.6.* & alij, quos refert Petr. Barbos. *in dicta l. cum Prætor, §.1. num.463. ff. de iudic.* voluerint ex sola grauitate causæ non censeri electam industriam personæ, nisi aliunde de hoc constet.

20 Nihilominus verior sententia est, quod magnitudo negocij per se sola sufficiat, vt dicatur electa industria personæ, Innoc. *cap. cum Apostolica num. 2. de offic. delegat.* Bald. *dicto cons.123. num.5. & 6. lib.5.* Rota *dicta decis. 234. num. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 68. num.15. & cas. 205. num.1. & præsumpt.92. num. 43. lib. 6.* Quod videtur probari expressè *in dicto cap. fin. §. is autem*, vbi tantummodo sit mentio de negocijs grauibus, nempe de prouisionibus Ecclesiarum, earumque Ministris, vt censeatur denegata subdelegatio, & ibi Innocent. Rota *dicta decis. 38. num. 45. & 46. par. 6. recent.*

21 An verò negocium sit magnum, & arduum, relinquitur arbitrio Iudicis, Imol. *in cap. fin. nu.12. de donat. in cap. Sedes nu.65. & 72. de rescript.* cum alijs per Menoch.

22 *d. cas. 205. num. 3.* vbi, quod causa matrimonialis inter ardua negocia connume-

23 ratur, *cap. vlt. de Procurat. in 6.* Item causa hæresis, *cap. litteras, de præsumpt.*

24 Vel, si fidei, & diligentiæ commissum fuerit negocium, Innocent. *dicto cap. cum Apostolica num.2. de offic. delegat.* & ibi Bald. *num.6.* Imol. *nu.7.* Menoch. *dicta quæst. 68. num.11.* Rota *dicta decis.234. num.2.*

25 Item, si fuerit dictum, quod delegatus per se cognoscat, nempe *per te*, vel *per vos*, Foller. ad Marant. *de ordin. Iudic. par.4. distinct.5. nu.27.* Caualcan. *decis.46. nu.384. par.2.* Ricc. *decis.88. par.1. num.1. vers. tertio quando*, Barbos. *dicto cap. fin. num.8. vers.4.*

26 vbi subiungit, quod minus dubitationis habet, si addatur dictio *ipsum*, nempe *per te ipsum*, Abb. *dicto cap. fin. num.1.* Felyn. *num.3.* Ricc. *dicta decis.88. num.1.* Menoch. *præsumpt.21. nu.9. lib. 2.* cum alijs per eundem Barbos. *loco cit.*

27 Pariter, si dictum sit in rescripto, *confisi de tua prudentia, & dexteritate,* Honded. *cons. 55. num.77. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 594. num. 34.* Rauden. *respons. 26. num.181.* Ricc. *dicta decis.88. nu.1.* Barbos. *dicto cap. fin. num.9.*

28 Item, si dictum esset, *personaliter exequaris*, Menoch. *dicta quæst. 21. num.13. & 14.* Mascard. *loco cit. num.4.* Gonzal. *ad reg. Cancell. 8. gloss.43. num. 23.* Barbosa *ibidem num. 10.*

29 Pariter si diceretur, *discretioni tuæ mandamus*, Mascard. *dicta conclus. 594. numer.5.* Antonin. *var. lib.1. resolut.89. num.2.* Marta *claus.199. nu.8. par.1.* Barbos. *loco cit. nu.11.* Rota *decis. 628. num.7. par.3. recent.*

30 Item, si dictum esset, *conscientiam oneramus*, Abb. *dicto cap. fin. num. 7.* Felyn. *num. 2.* Iason *dicta l. à Iudice num.11. vers. quintò limita, C. de iudic.* Menoch. *d. quæst.21. num.12. & de arbitr. quæst.68. lib.1. num.12.* cum alijs per Barbos. *dicto cap. fin. num.12.* quibus addo Fragos. *de regim. Reipub. par.1. lib.4. disput. 10. num.124.*

Et quamuis Nauarr. Rodriquez, Ricc. & Genuen. *in prax. allegati* à Barbosa contrarium teneant, quod hoc etiam casu licita sit subdelegatio, non recedas tamen ab opinione supradicta, quam tenet Rota *dicta decis.628. num.7. in fin. par.3. recent.*

31 Censetur denique electa industria personæ, si in commissione dictiones, & clausulæ sint personalissimæ, Castren. *cons.177. & 221. lib.2.* Rota *in Romana Vineæ 19. Nouembris 1629. coram R. P. D. Terracinen. & coram eod. decis.68. num.5. par.7. recent.*

32 Ex supradictis de industria personæ electa infertur, quod officiales omnes personaliter seruire tenentur, nec inconstantes recepto officio possunt per alium deseruire, Auth. *vt nullus Iudex, in Rubr. l. inter Artifices,* vbi Bartol. *ff. de solut. l. nullus la terza, C. de decur. lib.10.* vbi Gloss. *in verb. decoratus*, allegat iura Capic. *dicta decis.151. nu.1.* latè Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 29. à num.1.* Gabriel. Berart. *in speculo visitationis cap.16. num.48.* Menoch. *de præsumpt. lib.2. dicta præsumpt. 21.* Giurb. *cons. 36. à num.1.* Fulu. Constant. *in l. nullus, C. de decur. lib.10.* Amaya *ibidem num.1.*

33 In tantum, quod nec etiam à loco administrationis recedere possunt, Bald. *l. illud, ff. de offic. Præsid.* Paris. de Put. *de sindicat. in verb. licentia offic.* Mastrill. *loco cit. num. 6.* Berart. *loco cit. num.50.* etiamsi per

34 noctem vellent recedere, vel recreationis causa, Afflict. *in Constit. Regni Statuimus notab.6.* Vincent. de Franch. *decis.455.* Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 6. numer. 258.*

35 Berart. *loco cit. num.* 50. Et si, absque licentia superioris recedant, indistinctè priuantur salario, *l.* 3. §. *qui militiæ, ff. de re milit.*
36 Imò, & officio, Cagnol. *in l. diem functo num.* 212. *ff. de offic. Assess.* Viu. *decis.* 356. *num.* 2. Berart. *loco cit. num.* 51. *&* 52. Ideo in Regno Neapolitano Iudices Vicariæ, & alij, quos numerat Mastrill. *d. cap.* 29. *lib.* 1. *à num.* 8. per substitutum deseruire non possunt.
37 Pariter hæreticæ prauitatis Inquisitores per se, non autem per substitutos deseruire possunt, Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 41. *num.* 35. Mastrill. *loco cit. num.* 18.
38 Si tamen consuetudine introductum sit, vt officiales substituant, hoc illis erit permittendum, Bartol. *in l. nemo est, qui nesciat, ff. de duob. reis,* idem Bart. & Bald. *in l. obseruare, ff. de offic. Pro-consf.* Afflict. *decis.* 22. Capic. *dicta decis.* 151. *num.* 2. cum alijs per Mastrill. *loco cit. num.* 20. qui *num.* 24. su-
39 biungit, in Regno Officiales posse ad mentem per totum annum, idque de licentia Principis substituere.
40 Pariter in casu infirmitatis poterit Officialis per substitutum deseruire, *l.* 2. *C. de offic. eius, qui vic. ger. l.* 1. *ff. de offic. eius,* vbi Alexan. Angel. *in auth. vt elect. apud pop. collat.* 6. Mastrill. cum alijs *loco citato num.* 25. Amaya *loco cit. num.* 3.
41 Et in hoc casu statur assertioni Officialis substituentis, Gloss. *in cap. Pastoralis, in verb. exonerare, de offic. delegat.* Bald. *in cap. de causis, eod. tit. & in l. Imperium num.* 9. *ff. de iurisdict. omnium Iudicum,* Alexan. *l.* 1. *num.* 55. & ibi Dec. *num.* 66. vbi de communi, *ff. de offic. eius,* cum alijs per Mastrill.
42 *loco cit. num.* 26. & est ratio, quia lex multum præsumit pro Iudice, Bald. *in rubr. de offic. delegat.* Iason *l. donat. in fin. C. de collat.*
43 Item, si pro seruitio Principis sit recessurus, durante absentia poterit alterum substituere, Mastrill. *loco cit. nu.* 28. Amaya *dicta l. nullus num.* 30.
44 Vel, si habeat facultatem in priuilegio officij, vel licentiam extra illud substituendi à Principe, ad Text. *in l. nullus, C. de decur. lib.* 10. Mastrill. *dicto loco num.* 29. Amaya *loco cit. num.* 29.
45 An autem substituens teneatur de excessibus substituti? vide apud eundem Amaya *dicta l. nullus.*
46 Redeundo ad primam quæstionem, tertiò dic, illicitam esse inconstantiam, quando tractatur de causis, quæ de sui
47 natura non sunt delegabiles, prout sunt de iure ciuili causæ meri, vel mixti imperij, *l.* 1. *in princ. ff. de offic. eius,* tunc enim delegatus Principis non potest subdelega-
48 re, ne duo specialia circa idem concurrant, Alex. *in l.* 1. *ff. de offic. eius num.* 2. cum alijs, quos adducit Ias. *in dicta l. à Iudice num.* 11. *vers. quartò limita.*
49 Contrariam tamen opinionem, quod causæ meri, & mixti imperij possint à delegato Principis subdelegari, voluere per Text. *in l. vnic. in fin. C. qui pro suo iurisd.* & in Clement. 1. §. 1. *ad fin. de Haret.* Bart. *l.* 1. *num.* 10. *ff. de offic. eius,* & ibi Ias. *num.* 3. Rimin. *num.* 30. Dec. *num.* 84. Curt. iun. *num.* 74. Ias. *dicta l. à Iudice num.* 11. *C. de iudic.* Corn. *cons.* 34. *num.* 10. *lib.* 1. Guidopap. *decis.* 624. cum alijs latè congestis per Petr. Barbos. *dicta l. cum Prator,* §. 1. *ff. de iudic. à num.* 509.
50 Quæ opinio multò magis procedit de iure Canonico, ex cuius dispositione causis meri, & mixti imperij delegari posse, voluit Gloss. *cap. quod sedem, de offic. Ordin.* Gloss. *fin. in cap. in Archiepiscop. de raptor.* Gloss. *in cap. peruenit* 95. *distint.* Alex. *l.* 3. *num.* 6. & ibi Iason. *nu.* 28. Curt. iun. *nu.* 27. Purpurat. *num.* 492. *de offic. eius,* cum alijs, quos congerit Petr. Barbos. *loco cit. num.* 517. Ideò cauendum est ab Imol. Felyn. Alciat. & Couarr. *locis relatis ab eodem* Petr. Barbos. *num.* 519. qui contrarium tenent.
51 Quartò dic, illicitam esse inconstantiam, quando Princeps delegaret actum nudi ministerij, puta ambasiatam, vt dicit Iason *in dicta l. à Iudice num.* 11. *vers.* 12. *limit.* per multa iura, quæ ibi allegat, Rota *d. decis.* 38. *num.* 24. *par.* 6. *recent.*
52 Si autem circa nudum ministerium aliquid implendum esset, quod sonaret in merum factum, vtique posset alteri committere, *cap. ex litteris, de offic. delegat. cap.* 2. *de dolo,* Rot. *dicta decis.* 38. *num.* 31.
53 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam, quando Princeps delegaret ea, quæ
54 sunt sibi reseruata in signum supremæ potestatis, quæ enumerat Bald. *in l.* 1. *C. de iur. aur. anul. & in l. rescripsit,* vbi Ias. *C. de precib. Imper. offer.* quia ex grauitate negocij censetur electa industria personæ, Ias. *dicta l. à Iudice num.* 11. *vers.* 13. *limita,* vbi
55 ponit exemplum in legitimatione, Petr. Barbos. *in dicta l. cum Prator,* §. 1. *num.* 313. 314. *&* 315.
56 Dic sextò, cessare inconstantiam, si delegatus fuisset recusatus tanquam suspe-
57 ctus, quia opposita recusatione illius iurisdictionis exercitium est suspensum, *cap. Iudex, de offic. delegat. in* 6. Vant. *ex defectu Iudic. delegat. num.* 33. Hoc tamen intelli-
58 ge, nisi adsit consensus recusatoris, quia tunc non solùm proposita, sed etiam pro-
59 bata causa suspicionis licita est subdele-
60 gatio, Gloss. *vlt. in cap. cum speciali, in princ.* & Glos. *penult. in cap.* 2. *requiris,* §. *vlt. de appellat.* Franc. *dicto cap. Iudex not.* 2. Anchar. *num.* 4. Gemin. *num.* 3. cum alijs per Barbos. *dicto cap. Iudex num.* 4.
61 Cæterum, si super recusatione iam es-

ſet per arbitros pronunciatum, quia recu-
62 ſatus Iudex eſſe deſijt, & iuriſdictionem amiſit, neque de conſenſu recuſatoris, neque etiam de conſenſu vtriuſque partis
63 poterit ſubdelegare, quoniam partes conferre iuriſdictionem non poſſunt ei, qui nulla ratione eſt Iudex, Abb. *in dicto cap. cum ſpeciali num.* 4. Molin. *de inſtit. & iur. tract.* 5. *diſput.* 23. *num.* 14. Barboſ. *dicto cap. Iudex num.* 7.

64 Si autem ſuſpicio tanquam friuola reiecta eſſet, non impediretur ſubdelegare, Franc. *dicto cap. Iudex num.* 7.

65 Delegatus verò ab inferiore à Principe non poteſt inconſtans alium ſubdelegare, *cap. ſuper quæſt. §. Si verò, de offic. delegat. cap. cum cauſ. de appellat. l. à Iudice, C. de iudic. l. more maiorum, ff. de iuriſd. omnium Iudicum,* Peregrin. *ad rubr. de offic. & poteſt. Iud. deleg. num.* 6. Felyn. *in dicto cap. ſuper quæſt. §. Si*
66 *verò num.* 16. Quod amplia etiamſi in iſto delegato concurreret aliquid poteſtatis datæ à Principe, vt eſt caſus *in d. §. ſi verò,* Felyn. *ibidem num.* 16. *verſ. & iſta ſit regula.*

67 Primò, limita in delegato Pro-conſulis, Gloſs. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* Felyn. *in dicto §. ſi verò num.* 16. *verſ. fallit primò*, vbi aſſi-
68 gnat tres rationes huius limitationis, quarum melior eſt, quia Pro-conſul in Prouincia, in qua eſt datus, redactus eſt ad inſtar Principis, *l. nec quiſquam, ff. de offic. Pro-conſul.*

69 Secundò, fallit in delegato Legati à latere, quia poteſt ſubdelegare, Bald. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* Abb. *in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Angel. *in dicta l. cum Prætor, §. 1. ff. de Iudic.* Felyn. *dicto §. Si verò nu.* 16.
70 *verſ. ſecundò fallit*; tum quia Pro-conſuli æquiparatur, *cap.* 2. *de offic. delegat. in* 6.
71 tum quia in Prouincia eſt omnibus maior poſt Papam, *cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6.
72 tum denique, quia æquiparatur Præfecto Prætorio, Gloſs. *in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* Felyn. *vbi ſupra.*

73 Contrarium voluere Archidiac. Io. Andr. & Bonaccin. *in dicto cap.* 2. & Roman. *in l. & quia, ff. de iuriſdict. omnium Iudic.*
74 ea ratione, quod delegatus Legati à latere non æquiparatur Legato Pro-conſulis, quod voluit latè Couuarr. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 10. quem ſequitur Zoeſ. *ad tit. de offic. delegat. num.* 6.

75 Sed non recedas à communi opinione, pro qua eſt Textus *in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Felyn. *loco cit. num.* 17. & hanc ſequitur, & benè probat Gambar. *de poteſt. Legati à latere lib.* 8. *de poteſt. Legat. in Iudicialibus à num.* 140.

76 Tertiò fallit in Delegato ad Vniuerſitatem cauſarum, hoc eſt in Vicario Epiſ-
77 copi foraneo dato in vna parte Diœceſis, de quo in Clement. 2. *in verbo Foraneo, de reſcriptis*, & hanc opinionem tenet Gloſs. *in cap. cum cauſam, in verb. Delegatus, in fin. de appellat.* Bartol. *in l.* 1. *ff. qui, & à quo, & in l. more, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum, & in dicta l. à Iudice*, Felyn. *in dicto §. Si verò num.* 17. *verſ. tertiò fallit*, Fagnan. *in dicto cap. cum cauſam, de appellat. num.* 3.

78 Quod tamen intellige dummodò vnam cauſam ſolùm ſubdeleget, ſecus tamen, ſi Vniuerſitatem cauſarum, quia non poteſt, Argum. *l. penult.* & ibi *not. ff. de offic. Præſid.* Fragoſ. *de regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 4. *diſput.* 10. *num.* 131. Felyn. *loco cit. num.* 17. *verſ. limita quarto.*

79 Quartò fallit in Delegato inferioris dato cum poteſtate expreſſa ſubdelegandi, vt, ſi Epiſcopus committat cauſam, & dicat *expedias per te, vel per alium*, Gloſs. *fin. in cap. is, cui ab Apoſtolica, de offic. deleg. lib.* 6. Abb. *in dicto cap. cum Bertoldus, & in dicto §. Si verò, in princ.* Rota *deciſ.* 108. *in nou. aliàs* 14. *de offic. delegat.* cum alijs per Felyn. *loco cit. num.* 18. Quod tamen pro-
80 cedit, niſi daret poteſtatem ſubdelegandi nomine ipſius ſubdelegati, Angel. *in l. & quia, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum*, Felyn. *loco cit. num.* 18. *verſ. niſi.*

81 Quintò fallit in Delegato inferioris ſubdelegante vnum articulum non iuriſdictionalem, Abb. *in dicto cap. cum Bertoldus, de re iudic. num.* 19. *verſ. quæro*, Felyn. *dicto §. Si verò num.* 19. *verſ. Fallit quintò.*

82 Fallit ſextò, niſi conſuetudo aliter diſponat, Text. eſt cum Gloſs. *in l. cum Prætor, §.* 1. *ff. de Iudic.* de quo exclamat ibi Angel. dicens, eſſe meliorem Textum de corpore iuris, Felyn. *dicto §. Si verò nu.* 19. *verſ. ſextò fallit.*

83 Fallit ſeptimò, niſi lis eſſet conteſtata coram Delegato inferioris, Gloſs. *in l. legatus, ff. de offic. Pro-conſul.* cum alijs per Felyn. *loco cit. verſ. vlt.*

84 Dic tamen generaliter, quod quotieſcunque eſt licita ſubdelegatio, non poteſt fieri extrà locum delegationis, etiam de conſenſu partium, Io. Andr. *in cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcriptis in* 6. & ibi Gemin. Felyn. *in cap. cum olim, de except. nu.* 3. *verſ. dum dicit Abb.*

85 Nec poteſt fieri alijs perſonis, quàm expreſſis *in dicto cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in* 6. Io. Andr. Gemin. & Felyn. *loco cit.*

86 Sed quia dictum eſt *ſupra*, non poſſe Delegatum, acceptata delegatione, inconſtantem eſſe, & renunciare delegationi; niſi ex iuſta cauſa, videndum eſt, quænam ſint iuſtæ cauſæ in caſu, de quo agitur.

87 Et primò, iuſta cauſa erit debilitas corporis grauis, quæ cauſet impotentiam ad laborem, per Text. *in dicto cap. ſi pro debilitate, l. ſi Logicis, ff. de Iudic. cap. quærebatur, de iureiur. l. quæſitum, ff. de re Iudic.* Gloſs. *in cap. communis filius*, 23. *diſtinct.* Felyn. *dicto*

cap. si pro debilitate num. 3. Dec. *in princip.* vbi, quod debilitas est, quando officium membri impeditur, Menoch. *de arbitr. cas.*60. *num.*15. *ad fin. & num.*20. *ad fin.*

88 Secunda causa erit ægritudo, quæ in casu, de quo agitur, non differt à debilitate, *cap. si quis testium, de testib.* cum alijs per Dec. *dicto cap. si pro debilitate num.* 2. Felyn. *num.*3.

89 Tertia causa erit conualescentia, cum debilitate, ex *dicta l. si quis testium, ff. de testib. l.* 2. *§. si quis in iudicio, ff. si quis caut.*
90 per quam legem dicit Bartol. *in l. prægnantis, ff. de pœnis*, quod illa, quæ peperit post quadraginta dies non potest torqueri, de quo Farin. *de indic. & tortur. quæst.* 41. *num.* 79. Felyn. *dicto cap. si pro debilitate num.* 3.

91 Quarta causa est necessitas, vt in Textu *in dicto cap. si pro debilitate*, Guidopap. *ibid. num.*1. Felyn. *num.*4. qui dicit, quod neces-
92 sitas debet esse talis, in qua immineat periculum, secus si facilè posset expediri.

93 Quinta causa erit alia similis, *vt in dict.* Textu, vbi Gloss. *in verb. alia*, exemplifi-
94 cat, si Delegatus debet ire ad Regem.

An autem credatur Delegato dicenti, se impeditum? Felyn. *in dicto cap. si pro de-*
95 *bilitate*, tenet, quod debeat fieri fides de impedimento, & sic non statur dicto Delegati, *vt ibidem num* 4. Imol. *ibid.* tenet, stari dicto Delegantis, nisi præcedant aliquæ coniecturæ, quod non ratione impedimenti, sed nè displiceat parti, fecerit subdelegationem: Dec. verò *in dicto cap. num.* 43. tenet indistinctè stari dicto Delegantis super impedimento, siue enim Delegatus possit subdelegare, etiam nulla subsistente causa, & hoc casu non videtur dubitandum, siue non possit, nisi ex iusta causa, & hoc casu dicto Iudicis est standum, quia, quidquid sit in priuato, tamen quia pro iudice præsumitur, nimirum si eius dicto statur, remittit tamen se ad ea, quæ dixit *in cap. cum sit Romana, de appellat. in princip.* vbi tenet contrarium, nempe non stari dicto Iudicis Delegantis circa impedimentum.

96 Quid dicendum, Ego non discedo ab opinione Imolæ, tum quia Delegatus Principis hoc habet ex priuilegio, vt etiam nulla subsistente causa possit subdelegare, vt latè voluit Barbos. *ad l. cum Prætor*, §. 1. *num.* 396. *de iudic.* Tum multò magis si adsit aliqua causa, vel aliquod impedimentum, de quo ipse fidem faciat, vt dicit Dec. *dicto cap. si pro debilitate n.*44. quamuis in Delegato inferioris, qui sine iusta causa subdelegare nequit, communis sit opinio, eidem credi, si asserat, se ex iustis causis subdelegare, vt per Gulielm. de Cun. Alber. Bald. & Signorol. quos refert Dec. *loco cit. & in l.*1. *num.* 69. *ff. de offic. eius*, & ibi Rimin. *num.* 23. Paulus de Orian. *num.*119. Curt. iun. *num.* 69. Sappia *num.* 75. Purpurat. *num.* 546. Bolognett. *num.*124. Iason *in l. si donatione, col. vlt. vers. ego vltra, C. de collat. & cons.*227. *num.* 39. *lib.*2. *& cons.*101. *lib.* 4. Ruin. *cons.*98. *nu.*8. *lib.*4. *& cons.*3. *num.*1. *lib.*5. Thom. Ferrar. *cautel.*11. quamuis aliter senserint Cardin. *in cap. Pastoralis, de offic. deleg.* Felyn. *dicto cap. si pro debilitate num.* 5. Dec. sibi parum constans *in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 28. *de Constit. & in dicto cap. cum sit Romana*, Ias. sibi contrarius *in l.* 1. *num.*60. *ff. de offic. eius*, & ibi Iacob. Niger *num.*122. sed non est recedendum à communi, de qua Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæst.*76. *num.*15.

Sed quid, si causa fuerit delegata cum conditione, quod Delegatus teneatur se-
97 qui alicuius consilium, an possit inconstans illud non sequi? Tu dic, non posse esse inconstantem, sed teneri sequi consilium cum Commissio facta eo modo teneat, vt voluit Abb. *dicto cap. si pro debilitate*, Bartol. *in l.* 1. §. *si plures, col. fin. vers. septimò quæro, ff. de exercit. act.* Bald. *in auth. ad hæc, C. de Iudic.* Dec. *dicto cap. si pro debilitate num.* 70. qui reprobat Barbatiam contrarium tenentem, Felyn. *dicto cap. si pro debilitate num.*5. *in fin.* Lancellott. *de attent. par.*2. *cap.*9. *num.*3.

98 Primò limita, quando Delegatus adstrictus esset ad consilium laici in causa spirituali, Hostien. *in dicto cap. si pro debilitate*, quem sequuntur Abb. Anton. de Butr. & Dec. *ibid. num.*71.

99 Secundò limita, si delegatus adstringeretur ad consilium imperiti, Anton. de Butr. *ibid.* Dec. *num.*72.

100 Tertiò limita, nisi consilium esset iniustum, Abb. *ibid.* nam de sui natura
101 consilium hoc importare videtur, quod sit iustum, Bartol. *in dicta l.*1. §. *si plures, ff. de exercit. act. col.*7. *in* 3. *quæst.* cum alijs per Dec. *dicto cap. si pro debilitate num.* 73.
102 latè Felyn. *ibid. nu.*6. excusaretur tamen Iudex illud sequi, si non esset euidenter iniustum, *vt ibidem* notat Felyn.

103 Quid autem, si ille, qui tenetur dare consilium, illud dare recusat, postea inconstans pœnitet, & vult dare, an debeat expectari? vide Castren. *in l.* 1. §. *si plures num.* 8. *ff. de exercit. act.* qui se remittit ad notat. *in cap. si pro te, de rescript. in* 6.

104 An autem Iudex, qui causam remisit ad consilium Sapientis, possit eo non expectato inconstans sententiam proferre.
105 Dic, illicitam esse inconstantiam, & Iudicem teneri expectare consilium, alias sententia nulla est, post Bald. tenet Franc. *in cap. Vt debitus honor num.* 43. *de appellat.* Alex. *cons.* 248. *lib.*6. Corrad. *de off. prætor. in causis ciuilibus*, §. 2. *& in cap. de except.*

numero 8. Paulus de Cast. *conf.* 87. Soccin. *conf.* 10. *num.* 11. *lib.* 4. Ruin. *conf.* 77. *lib.* 5. *& conf.* 71. *num.* 8. *lib.* 4. hos omnes, Lancellott. *de Attent.* 2. *par. cap.* 9. *numero* 5. addo Scalam *de consilio sapientis lib.* 4. *cap.* 3. Grat. *discept.* 123. *num. fin.* Marchesan. *de commiss. par.* 3. *fol. mihi* 407. *nu.* 105. Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. num.* 151. Scacc. *de re iudic. gloss.* 13. *num.* 39. & melius *numero* 59. vbi dicit, ita iudicasse; Ratio est,
106 quia pendente huiusmodi dilatione officium Iudicis conquiescit, *l. siue pars, C. de dilat.* Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 165. & in terminis *dicta gloss.* 13. *num.* 39. *vers. Secus,* Ruin. *conf.* 77. *nu.* 1. *lib.* 5. vbi quod
107 à pari procedunt, causam esse commissam consilio Sapientis, & relationem pendere: Hæcque inconstantia cessat non solum quando causa est commissa à Iudice ad consilium Sapientis, sed etiam, quan-
108 do debet committi vigore Statuti, Ruin. *dicto conf.* 77. *num.* 1. *lib.* 5. Lancellott. *de attent.* 2. *par. cap.* 9. *num.* 6.
109 Dic primò, licitam esse inconstantiam, quando Iudex peteret consilium pro maiori sui satisfactione, quia non tenetur illud expectare, Franc. *in cap. Vt debitus numero* 43. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 40. Lancellott. *loco cit. num.* 11.
110 Secundò limita, nisi consilium fuisset calumniosè petitum, & concessum, Ruin. *conf.* 7. *num.* 4. *lib.* 4. Lancellott. *loco citato num.* 17. vbi multa ad propositum.
111 Tertiò limita, quando Iudex reuocasset huiusmodi remissionem, quam tanquam interlocutoriam reuocare potest, Bald. *conf.* 170. *lib.* 3. Vant. *de nullit. loco cit. num.* 15. Lancellott. *loco cit. num.* 19. Scacc. *de re iudic. dicta gloss.* 13. *num.* 38.
112 Quartò limita, nisi consilium petitum, & concessum fuisset super articulo non habente probabilem dubitationem, quia Iudex inconstans potest eo non expectato sententiam validè ferre, Ias. *lib.* 1. *num.* 7. *ff. oper. nou. nunc.* Cephal. *conf.* 201. *num.* 3. *lib.* 2. Lancell. *loco cit. num.* 22.
113 Quintò limita, quando de partium consensu Iudex non expectato Consilio inconstans esset, Marchesi. *de commiss. par.* 3. §. 1. *num.* 105. Scacc. *dicta gloss.* 13. *num.* 38. Vant. *loco cit. num.* 151.
114 Sextò limita, quod potest Iudex huiusmodi consilio pendente instruere causam, recipiendo iura, vt ad Consultorem transmittat, Marchesi. *loco cit.*
115 Septimò limita, quando consilium solum petitum fuisset, sed neque datum, neque procuratum, vt daretur, quia petitio sola non sufficit, Ruin. & Alex. per Lancell. *loco cit. num.* 23.
116 An autem sententia lata de consilio Peritorum transeat in iudicatum, & cætera, quæ in hac materia petendi, & sequendi consilium, tractantur; vide apud Lancellott. *loco cit. num.* 24. & Scacc. *dicta gloss.* 13. *à num.* 39. *vsque ad fin.* & per Card. Tusc. *littera C, conclus.* 767. *cum seq.*
117 Vnum addo, quod, si vnus Iudex voluntariè cepit procedere de voto alicuius, videlicet, de voto Rotæ, qui subro-
118 gatur in locum illius, non tenetur procedere de voto illius, vt per Rot. *decis.* 95. *num.* 2. *&* 3. post Mangil. *de subhast.*
119 Sed an Consultor, qui dedit consilium, possit illud reuocare, antequam sit pronunciatum? Dic non posse esse inconstantem, & reuocare consilium iam datum, Bald. *dicto cap. Si pro debilitate,* quem sequitur Felyn. *ibidem num. fin.* Bartol. *l. de tutela circa med. C. de integr. restitut.* Vide de materia, Scalam *de cons. Sapientis.*
120 Fallit, si reuocaret incontinenti.
121 Fallit, si reuocaret ex ratione expressa.
122 Fallit, si vellet addere, vel declarare, Felyn. *vbi supra*

An autem Iudex, postquàm coram eo Actor cepit iudicium, & seruatis seruandis legitimè causam suam per publica documenta, & testes prosecutus est, tuta conscientia possit esse inconstans, & abstinere se ab officio iudicandi. Et dic illicitã esse inconstantiam, quia Iudex non potest
123 se abstinere ab officio iudicandi, aliàs de iure iniustitiam committit, peccat, &
124 tenetur ad restitutionem omnium damnorum, vt ex communi sententia Canonistarum, & Theologorum dicit ex nostris Castill. *decis.* 94. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. & puni-
125 tur pœna Fisco applicanda, & ad in-
126 teresse Parti, pro quo datur actio in
127 factum descendens ex quolibet crimine, vt ex Bart. Tusc. *conclus.* 393. *num.* 10. *verb. Iudex,* Castill. *loco cit. num.* 4.
128 Quæ conclusio ampliatur, etiamquod Iudex tanquam persona priuata, & priuata conscientia nouerit cõtrarium eius, quam quod per testes, & per instrumenta publica probatum fuerit, iuxta doctrinam D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 67. *artic.* 2. quam sequuntur cæteri Theologi, quos adducit idem Castill. *dicta decis.* 94. *num.* 19. Giurba *decis.* 99. *num.* 11. & facit Text. *in cap. Pastoralis,* §. *quia verò, de off. Deleg.* vbi Papa præcipit Ordinario, vt manet executioni sententiam Delegati, licèt sciat contrarium idem *in cap. Iudices* 3. *qu.* 7.
129 Quod maximè procedit in ciuilibus; in criminalibus verò maior est difficultas.
130 Nam, si Iudex ex scientia priuata sciat, reum esse innocentem, & secundum allegata, & probata nocens reperitur, tenetur omnes vias priùs quærere, quibus inno-
131 cens liberetur, potest enim reo aperire
132 carcerem, remittere causam ad Superiorem, vel deponere officium saltem ad tempus

133 tempus, & fungi officio testis apud Superiorem, si opinetur prodesse posse reo,
134 D. Thomas 2. 2. *quæst.64. art. 3.* Caetan. *quæst.67.art.2.* Alber. *cap. Pastoralis, §. quia verò num.7. de off. Deleg.* Adrian. *quodlib.2. punct 3.a l 5.* Less. *de iust. & iur. lib.2. c.29. num.77.* Azor. *par.1. lib.2. cap.17. quæst. 8.* Baldel. *Theol. moral. lib.4. disput.15. nu.23. & 24.* Si autem hæc omnia agere nequeat, & populus instet, reum damnandum,
135 quem scit esse conuictum probationibus, quod, si Iudex non faciat magnam offensionem populi incurreret, Calderin. *dicto cap. Pastoralis, §. quia verò, de off. Deleg.* Angel. & Imol. *in l. à D. Pio, ff. de senten. & re iud.* Summ. Angel. *verb. Iudicare nu.7.* Rosell. *verb. Iudex 1. qu.18.* dicunt om-
136 ninò Iudicem debere abstinere se à condemnatione, quia nemini licèt contra propriam scientiam agere, secundò quia
137 ius gentium iuri naturali derogare non potest, sed de iure gentium est, vt Iudices
138 secundum acta, & probata iudicent, de iure autem naturali, vt innocentem à morte liberemus.
139 Contrarium tamen voluere D.Thomas 2. 2. *quæst.67. art.2. & quæst. 64. art.6. ad 3.* Alex. Caiet. Couuarr. Siluest. Innocent. Io. Andr. Cardin. But. Gloss. & Archid. Ricard. Maior, & Dian. Anton. *in locis allegatis* per eundem Siluest. *verb. Iudex 2.q.5.* Azor. *dicta quæst.8.* Baldel. *loco cit. num.24.* Costa *de remed. subsid. remed. 70. illat. 2. à num. 1.* & hæc sententia est verior, quia
140 Iudex publicum bonum priuato præferre debet, ergo nè populus in offensionem incurrat, poterit Iudex Titium, licèt innocentem condemnare, criminis tamen in iudicio conuictum.

Nec obstant rationes in contrarium adductæ, quia isto casu licet Iudici sequi probabilem opinionem contra suam certam conscientiam, quia scientia est priua-
141 ta, quæ postponitur hoc casu publicæ, quæ oritur ex actis, & probatis, Azor. *loco cit. dicta quæst. 8. vers. Ad obiecta*, Baldell. *loco cit. num. 24.* Fragos. *de Regim. Reipub. par.1. lib.4. disp.10. num.168.*
142 Ad secundum respondetur, non esse contra ius naturale occidere innocentem, dando operam rei licitæ, & sic per accidens, & præter intentionem, sed quando fit directè, & ex proposito, sicuti vide-
143 mus, quod, si Ciuitas in bello iusto non possit expugnari, nisi occidantur pueri, & innocentes, posse licitè occidi, quia præfertur bonum publicum, & commune scientię Iudicis priuatę, Azor. *loc. cit.* Fragos *loco cit.* qui plura alia in proposito adducit.
144 Quid autem in Principe, an ex sola scientia priuata possit condemnare reum absque probatione? Vide apud eundem Fragosium *loco cit.* Et an in exilium mit-
145 tere aliquem, siue à suo Statu amandare? vide Natt. *conf.625. per tot.*
146 Quibus autem pœnis subiiciatur Iudex negligens in iustitia administranda, videndus est, Farin. *quæst 111. à num.396.*
147 Sed quid si Delegatus facta delegatione inconstans illam vellet reuocare, an possit dic, quod si res sit integra, licitam esse inconstantiam, si verò res non sit integra, illicitam esse inconstantiam, prior pars colligitur ex *cap. Quamuis, de offic. Deleg. in 6.* & ibi Franc. Gemin. & Anchar. Gloss. *in cap. Is qui, in verb. aliud, de Procur. in 6. & in cap. Super quæstionum, §. si verò, in verb. aliud, de offic. Deleg.* Doctor. *in cap. De litteris, & in cap. Significante*, vbi Bero. *à num.19. eod. tit.* Castr. *in l. iudicium soluitur num. 1. ff. de iudic.* vbi Alber. *num. 2. & 3.* Castill. *lib.2. controu. cap.29. num.3.* Molin. *de iust. & iur. tract.5. disput. 21. nu.1.* Costa *de re integr. distinct. 55. num.1.* Barbos. *ad d. cap. Quamuis num.2.* vbi *nu.3.* probat hanc resolutionem non solum locum habere post *decis. d. tex. in cap. Quamuis*, sed etiam de iure antiquo decretalium per Text. *in in cap. In litteris, in cap. Venerabili, de offic. Deleg.*
148 Et hæc inconstantia non solùm habebit locum, si expresse appareat, vtpotè si Delegatus expresse renouauerit, & causam sibi reassumpserit, sed etiam si tacitè manifestetur, hoc est si Delegatus procedat per seipsum in causa, vel alteri subdeleget, Anchar. *dicto cap. Quamuis in princ.* Franc. *num.2.* Gemin. *num. 3.* Card. Tusc. *litt. D, concl. 155. num.2.*
149 Et in tantum hæc inconstantia, & reuocatio valida erit, vt omnia gesta Subdelegati corruant, & tanquam attentata reuocatione pendente annullentur, *argum. cap. Ecclesiæ 2. vt lit. pend. cap. Vt nostrum 36. de appellat.* Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 10. num. 1. cum seqq.* Barbos. *dicto cap. Quamuis nu.5.* Dummodò reuocatio Sub-
150 delegato innotescat, vel intimetur, alias gesta ab eo tanquam ab ignorante valida erunt, Franc. *dicto cap. Quamuis numero 2.* Molin. *dicta disput.21. num.2. in fin. loco cit. numero 5.*
151 Secunda pars huius conclusionis probatur *in cap. Super quæst. §. si verò, de off. deleg. & in cap. Venerabili eodem tit.* Barbos. *dicto cap. quamuis num. 1. & dicto cap. Venerabili, in princip.* Molin. *dicta disput. 21. num. 1.* Castil. *dicto cap. 29. num. 3. num. 3.* Costa *dicta distinct. 55. num. 1.* Hæc tamen conclusio procedit, si delegatus in totum alicui subdelegauerit, secus autem,
152 si aliquid sibi reseruauerit, tunc enim, etiam re non integra poterit per eundem à subdelegato commissio reuocari, *d. cap. super quæst. & cap. si delegatus, de off. deleg. in 6. in dicto cap. quamuis verb. in totum.* An-

char. *in princ.* Franc. *num.* 2. Molin *dicta disput.* 21. *num.* 4. Barbos. *dicto cap. quamuis numero* 6.

153 Secundò, non procedit in Delegato ad vniuersitatem causarum, quia is
154 æquiparetur Ordinario, iuxtà Gloss. *in cap. statutum, §. insuper, in verb. moderatus, de rescript. in* 6. Ordinarius verò, siue in to-
155 tum committat, siue in parte, potest semper commissionem reuocare, Castren. *l. iudicium soluitur nu.* 3. *ff. de iudic.* Couarr. *pract. cap.* 9. *num.* 1. Molin. *dicta disput.* 21. *num.* 3. Barbos. qui alios *dicto cap. quamuis numero* 7.

156 Cæterum difficultas est, quando in hac materia res integra, vel non integra dicatur; In hac difficultate tres sunt Doctor. opiniones, quas singillatim examinat Castill. sed more suo iactanter, *d. cap.* 29. *à num.* 4. verior, & communis opinio est, sufficere directam esse citationem à subdelegato, *cap. gratum, & cap. relatum, de off. deleg.* Dec. *dicto cap. relatum, num.* 5. Ias. *d. l. & quia num.* 57. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Castill. *loco cit. num.* 4. *vers. apud omnes, & numero* 15. Costa *dicta distinct.* 55. *numero* 1. post Bald. *cons.* 449. *vol.* 1. & Ruthard. *de commiss. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

Sed videndum est, quando Iudex possit suam sententiam reuocare; Quæstio hæc habet duas partes, altera circa sententiam interlocutoriam, altera circa definitiuam; Quod attinet ad inconstantiam in sententia interlocutoria.

157 Regula est, Iudicem suam posse reuocare sententiam interlocutoriam, licitaque est hoc casu in eo inconstantia, *l. quod iussit, ff. de re iudic.* & ibi Ias. *num.* 1. Imol. *num.* 7. Angel. Castren. *num.* 7. Odofr. *nu.* 7. Alber. *num.* 5. Fulgos. *nu.* 1. Soccin. *nu.* 41. Alex. *num.* 1. Rip. *num.* 14. *l. post sententiam,* & ibi Doctor. *de sent. interloc. cap. cum cessante,* & ibi Dec. *num.* 8. Franc. *numero* 6. *de appellat. & in cap. si à Iudice, de appellat. in* 6. Felyn. *in cap. qualiter, & quando, de accusat. num.* 6. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 7. *numero* 7. *& consil.* 167. *per tot.* Gratian. *discept.* 147. *num.* 10. *& discept.* 155. *num.* 16. Castill. *decis.* 58. Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *num.* 13. *& quæst.* 17. *limit.* 47. *num.* 1. Lancellott. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 12. Caldas Pereyra *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 9. *à princip.* cum alijs relatis à Barbos. *in dicto cap. cum cessante num.* 22. *de appellat.* addo Costam *de re integra distinct.* 38. *num.* 12. *cum sequentib.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 63. *num.* 1. Fragos. *de Regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 4. *disput.* 16. §. 4. *num.* 228. Ridolphin. *in praxi par.* 1. *cap.* 13. *num.* 572. Buratt. *decis.* 329. *num.* 5. Rota *decis.* 20. *num.* 37. *par.* 10. *recent. & decis.* 298. *eadem par.* 10. *sub numer.* 4. §. *neque.*

158 Ratio est, quia, cum Iudex adhuc non sit functus officio suo, *cap. significantibus, & cap. quærentibus, de offic. deleg.* nil mirum, si inconstans potest interlocutoriam reuocare, Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 6. *de appellat.*

159 Secundò, quia Iudex corrigere, & emendare potest, quod malè fecit, *cap. qualiter, & quando, il primo, de accusat.* Gloss. *in cap. querelam,* Gloss. *fin. de Procur.* Bald. *in l.* 1. *quæst.* 2. *C. sent. rescind.* Alex.
160 *l. quod iussit num.* 30. & licet vnicuique errorem suum corrigere, *cap. loci, §. porrò* 3. 5. *quæst.* 9. & prudentis est mutare con-
161 silium in melius, *l. nonnunquam,* vbi Gloss. *ff. de collat.* & melius est seipsum corrigere, quàm corrigi, §. 1. *in Auth. de nupt.* & est Text. *in cap. cum cessante*, vbi dicitur sano vsum consilio Iudicem, qui seipsum emendauit, & ibi Dec. *num.* 8. Abb. *nu.* 6. vbi dicit, talem non esse de inconstantia notandum, sed sapientia commendandum, Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando in* 3. *not.* Præposit. *dicto cap. cum cessante num.* 7. Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 9. *&* 10. Addit tamen Felyn. *loco cit.* quod Iudex,
162 & alia honesta persona debet corrigere errorem suum cautius, quam potest, quia
163 si in aliquo errauerit, non debet spontè fateri errorem suum, ne auctoritas eius vilescat, non tamen debet errorem suum
164 defendere, nec in illo perseuerare, ex Text. *in cap. magnæ* 22. *quæst.* 4. nam, qui volunt esse constantes, & sustinere, incidunt in multa inconuenientia, quia tales appellantur pertinaces, non sapientes, vt enim Cicer. ait Tusculan. *magis pudendum, si in sententia falsa permaneres, quam si ipsam corrigeres;* variatio enim reprobatur, quando tendit ad malum, sed si ad bonum non, imò commendatur, qui variat, *dicto cap. magnæ,* Rebuff. *dicta l. quod iussit, in princip. num.* 5. & Hærodes, qui suam non mutauit sententiam, perijt. Diuus Petrus, qui mutauit votum, saluatus extitit, *cap. actione* 22. *quæstione* 4. Nec potest dici inconstans, qui in melius variat, imò sapiens, *dicto cap. magnæ,* & Textus *in cap. qualiter, & quando, de accusat.* alloquendo Iudices, dicit, *Non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi est, vt aliorum corrigatis errores,* & nonnunquam Prætor varietatem non repellit, & consilium mutantis non aspernatur, *l. nonnunquam, ff. de collat. bon.* Rebuff. *dicta l. quod iussit, in princ. num.* 5. vbi dicit, quod Iudices si errauerint in iure, vel facto, & non corrigant suos errores, possunt mulctari ex ordinatione Regis Galliarum, & ibi videnda plura circa variationem notanda forsan in Præfatione.

165 Amplia primò regulam, siue simus in Iudice ordinario, siue in delegato, Ripa

dicta l. quod iussit num. 9. *cap. cum cessante*, & ibi Doctor. *de appellat.* Gloss. *in cap. fin. de appellat. in* 6. Præpositus *in dicto cap. cum cessante num.* 5. vbi de communi, Surd. *dicto consf.* 167. *num.* 2. Gratian. *dicta discept.* 155. *num.* 20. & 21. Costa *d. distinct.* 38. *num.* 4. latè Scacc. *dicta quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *num.* 12. Fragos. *dicta disput.* 10. §. 4. *num.* 228. Ridolphin. *dicto cap.* 13. *num.* 572.

166 Amplia secundò, vt non solùm Iudex possit reuocare sententiam interlocutoriam, sed etiam contrariam priori interlocutoriæ ferrè argum. eorum, quæ notat Felyn. *in cap. in litteris num.* 5. *declarat.* 2. *de offic. & potest. Iudicis delegati, & in dicto cap. qualiter, & quando, de accusat. num.* 37. Scacc. *dicta quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *num.* 14.

167 Amplia tertiò, vt illam possit reuocare etiam parte non petente, Soccin. *dicta l. quod iussit num.* 24. & ibi Iason *numer.* 3. Scacc. *loco cit. num.* 16. Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 9. Imò, & absente, Bartol. *dicta l. quod iussit num.* 18. Rip. *num.* 27. Surd. *dicto cons. num.* 6. Ac inuitis etiam partibus, Franc. *dicto cap. cum cessante numer.* 4. *de appellat.* Bartol. *dicta l. quod iussit num.* 16. Bald. *l.* 1. *C. sententiam rescindi*, Gratianus *discept.* 155. *num.* 22. Scacc. *loco cit. num.* 17. Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 5. *vers. non etiam.*

168 Amplia quartò, vt eam possit reuocare, etiam sine causa, Caldas Pereyra *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. Emanuel Barbos. *ad tit. l.* 65. *Portugalliæ lib.* 3. Augustinus eius filius *dicto cap. cum cessante num.* 24. Rip. *dicta l. quod iussit num.* 14. *vers.* 9. qui tamen intelligit in sententiis interlocutoriis non grauantibus Partem, vt si Iudex iusserit Partem adesse Kalendis, sed in interlocutoriis grauantibus licet reuo-
169 catio valeat, poterit tamen Pars appellare, *dicto cap. cum cessante*, Alexan. *dicta l. quod iussit*, Fragos. *de regim. Reipubl. dicta disput.* 10. *sub num.* 228. *vers. addo posse.*

170 Amplia quintò, vt possit esse inconstans vsque ad sententiam deffinitiuam,
171 imò in calculo ferendæ definitiuæ,
172 quamuis lapsi essent decem dies ad appellandum, Cardin. *Clement. sæpè*, §. *& quia in* 7. *not. de verb. signific.* Dec. *cons.* 84. *in fin.* Marant. *de ordin. Iudic. par.* 6. *vers. & demùm ferat sententiam num.* 7. Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 2. Scacc. *loco cit. num.* 20. Ias. *d. l. quod iussit num.* 5. Soccin. *num.* 23. & 24.

173 Ratio est, quia licet quoad Partem non appellantem sententia transeat in iudicatum, non transit tamen quoad Iudicem, Ias. *dicta l. quod iussit num.* 28. Gloss. *in cap. Romana*, §. *Si verò interlocutoriam, de appell. in* 6. Scacc. *loco cit. num.* 20. Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 6. Ias. *dicta l. quod iussit num.* 27. & 28.

174 Amplia sextò, vt possit sententiam interlocutoriam reuocare, etiamquod ab ea fuisset appellatum, *dicto cap. cum cessante*, Rip. *d. l. quod iussit num.* 14. *vers. sextò amplia*, Ias. *num.* 5. & 36. Capic. *decis.* 1. *num.* 28. Scacc. *loco cit. num.* 20. Pereyra *dicta quæst.* 9. *num.* 4. vterque Barbos. *locis cit.* ex eodem Pereyra, Fragos. *de Regim. Reipubl. par.* 1. *dicta disput.* 10. *sub num.* 228. *vers. quod si appelletur*, latè Lancellott. *de attent. limit.* 10. 2. *par. cap.* 12. *limit.* 1. *nu.* 16. qui *num.* 19. ampliat, vt non solùm possit
175 reuocare, sed quod illa reuocatio irritat, & annullat processum per Iudicem, ad quem medio tempore factum, Loer. *decis.* 256. *post princip.*

176 Sed hæc ampliatio non habet locum, si Iudex detulisset appellationi, quia tunc
177 omnis iurisdictio Iudicis ab eo est abdicata, & transfusa in Superiorem, *cap. cum appellatio friuolis, de appellat. in* 6. Ias. *dicta l. quod iussit num.* 36. *vers. limita quando Iudex*, Lancell. *de attent. loco cit. num.* 24. Felyn. *in cap. qualiter* 1. *num.* 14. *de accusation.* post Panormitan *in cap. cum cessante, de appellationibus num.* 15. Rota *decis.* 562. *par.* 2. *recent.* de qua re tamen videndus est Fragos. *d. discept.* 10. *à num.* 230. *cum seqq.*

178 Secundò limita, quando à Iudice, ad quem fuisset inhibitum Iudici à quo *dicto cap. Romana*, §. *si verò, cap. non solùm, de appellat. in* 6. Alexan. *dicta l. quod iussit in* 3. *fallent.* Ias. *loco cit. num.* 36. qui tamen obiiciendo tenet, non obstante inhibitione posse Iudicem à quo reuocare grauamen illatum, vide Lancellott. *vbi supra num.* 25. qui etiam ibi dicit, quod proba-
179 biliter de hac opinione potest dubitari, eamque sublimitat, vt procedat, si inhibitio sit legitima, aliàs Iudex poterit suam interlocutoriam reuocare, Marant. *in specul.* 3. *par.* 6. *par. principalis quæstione* 2. *num.* 196.

180 Secundò sublimitat, nisi interlocutoria esset nulla, quia, stante illius nullitate, non obstante inhibitione, potest reuocari, Capic. *dicta decis.* 1. *num.* 30.

181 Amplia septimò, in interlocutoria continente aliquid dari, vel fieri, *l.* 1. *in fin. & l. penult. ff. de Prætor. stipul. l. si opus, ff. nou. oper. nunciat.* Rip. *d. l. quod iussit num.* 14. *vers. quartò amplia*, *dicto cap. cum cessante*, cum aliis per Cost. *dicta distinct.* 38. *num.* 5. Cardin. *dicto cap. cum cessante num.* 39.

182 Amplia octauò, in interlocutoria lata super incidenti, vel emergenti, secundùm Bartol. & Doctor. communiter *in dicta l. quod iussit*, Rip. *ibidem num* 14. *vers. quintò amplia*, Costa *dicta distinct.* 38. *num.* 5. de qua re tamen videndus est Scacc. *dicta quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *à num.* 29.

183 Amplia nonò, vt possit reuocari etiam non refectis expensis Parti, in cuius præiudicium reuocatur, Alexan. *dicta l. quod iussit in* 5. *fallent.* Ias. *ibidem num.* 9. vbi de

communi Rip. *num.* 15. *vers.* 10. vbi tamen refert contrarium tenentes, nempe Gloss. Innoc. & Butr. *in dicto cap. cum cessante*.

Concorda, aut ille, qui obtinuit reuocari interlocutoriam, non fuit in culpa, aut negligentia, quare lata fuerit interlocutoria, & tunc expensæ non debent refici: Aut fuit in culpa, & negligentia, & debent refici, eo quia, tunc ratione negligentiæ sapiunt naturam expensarum contumacialium, & ad hæc restringuntur ea, quæ latè tradit post Alexan. Rip. *loco cit.* Ità etiam concordat Scacc. *loco cit. num.* 21.

184 Amplia decimò, vt non solùm licita
sit semel inconstantia, sed pluries, & millies, Angel. *in l. quidquid astringendæ, in fin. de verb. oblig.* Cuman. *dicta l. quod iussit nu.* 4.
Gratian. *d. discept.* 155. *num.* 16. Ratio est,
185 quia illud verbum, *possit*, quod habetur
in dicta l. quod iussit, habet extensionem in futurum, *l. si ità quis testamento*, vbi Gloss. *in verb. quandocque de leg. 2. l. quod secus, in fin.* vbi Gloss. *in verb. potest, de condict. caus. dat.* §. 1. *instit. quibus modis test am. infirm.* & hanc esse veram opinionem, tenet Mandos. *in 9. commiss. in verb. admittat*, per Text. *in l. vbicunque, ff. de interrogat. act.* Tiraquell. *in l. boues, §. hoc sermone num.* 43. *de verb. signif.* & Auditorem Cameræ seruare hanc opi-
186 nionem, & ità esse de stylo testatur
Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap. penult. vt lit. pend. num.* 6. Gallesf. *de obligat. Camer. rubr. reliqua de processu num.* 29. Lancellott. *de attentat. par* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 16. *&* 17. Scacc. *d. tract. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47 *num.* 31. Monter. *decis. Aragon.* 3. *per tot.* Surd. *cons.* 288. *num.* 15. Fragos. *de regim. Reipub. dicta par.* 1. *lib.* 4. *disput.* 10. *sub num.* 228. *vers quæstionis est*, Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 573.

187 Contrariam tamen opinionem, quod
scilicet non liceat huiusmodi inconstantia, nisi semel, aut bis, tenuit Bartol. *dicta l. quod iussit num.* 17. Soccin. *num.* 60. *&* 64. Ias. *num.* 43. *&* 46. vbi dicit, hanc esse communem, & magis communem opinionem, Salyc. *in l. post sententiam, C. de sententiam pass.* Butr. *in cap. Fraternitatis num.* 32. *de frigid. & malefic.* Canonistæ *in dicto cap. cum cessante*, Rebuff. *l. vnic. num.* 6. *C. de sent. quæ pro eo quod interest*, Scacc. *loco citato num.* 63. Iafred. *decis.* 194. Lancellott. *de attent. dicto cap.* 12. *num.* 16. *&* 17.

188 Amplia vndecimò, vt non solùm ex-
presse, sed etiam tacitè possit suam Iudex interlocutoriam reuocare, Cardin. Zabarell. *cons.* 30. *num.* 3. Alexan. *cons.* 84. *num.* 9. *vol.* 4. Tusc. *litt.* S, *concl.* 115. *num.* 2.

189 Hinc primò infertur, quod, cum con-
clusio in causa sit merè interlocutoria, Gloss. *in l. cum Clericis, C. de Episc. & Cleric.* Felyn. *cap. cum Ioannes, de fid. instrument. num.* 12. Mascard. *de probat. conclus.* 1286. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 51. *num.* 29. Nicolaus Reusn. *cons.* 24. *num.* 31. *lib.* 2. Græueius ad Gayll. *conclus.* 107. *num.* 19. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 144. *num.* 20. Asin. *in prax.* §. 23. *limit.* 21. *num.* 3. Afflict. *decis.* 115. *ad fin.* Possit per Iudicem, & expressè, &
190 tacitè reuocari, vt de expressa reuoca-
tione dixerunt Abb. *in cap. quoniam contra num.* 25. *de probat.* Bellamer. *decis.* 55. 56. *&* 57. Alexan. *l. admonendi num.* 20. *ff. de iure iur. & in dicta l. quod iussit num.* 2. Dec. *dicto cap. quoniam contra num.* 38. & ibi Berous *num.* 204. Crauett. *dicto cons.* 144. *num.* 20. Asin. *loco cit.* Menoch. *præsumpt.* 63. *lib.* 2. *num.* 1. Ludouis. *decis.* 140. *num.* 8. Afflict. *dicta decis.* 115. *num.* 1.

191 De tacita verò reuocatione vltra alle-
gat. Crauett. *cons.* 716. *num.* 4. Reusner. *dicto cons.* 24. *num.* 31. Græueus *loco citato nu.* 41. Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 29.

192 Quod eo magis locum habet, si Iudex
reseruauerit sibi facultatem reuocandi, Io. de Grass. *in arbore iudic. in* 4. *quæst. principal. vers. decimusquintus num.* 18. Scacc. *loco cit. dicto num.* 29.

193 Secundò habet locum, vt possit Iudex
reuocare expressè conclusionem etiam sine consensu partium, Anton. de Butr. & Imol. *in cap. auditis, de Procur.* Cardin. *Clem.* 2. *de testib.* Asin. *d. limit.* 21. *num.* 3. Græueus *dicta conclus. num.* 23. Ludouis. *d. decis.* 140. *num.* 8.

194 Declara tamen, quod ad validitatem
reuocationis expressæ requiritur iusta causa, Bellamer. *d. decis.* 57. Asin. *d. limit.* 21. *num.* 2. Scacc. *loco cit. num.* 31. qui dicit, quod Iudex Parti petenti reuocari conclusionem, debet dicere, quod producat illa iura, quæ intendit producere, &, si
195 videt, quod illa faciant ad iustitiam cau-
sæ, reuocabit conclusionem, aliàs non, & ità seruare Auditores Rotæ, *vt in decis.* 8. *aliàs* 757. *de Iudic. in antiq.* Aufrer. *addit. ad Cappell. Tholosan. decis* 14. *in fin.* quod etiam voluit Græueus *loco cit. num.* 22. Crauett. *dicto cons.* 144. *num.* 20. *&* 716. *num.* 5. Vbert.
196 *de citat. cap.* 6. *num.* 9. Et quod requiratur
iusta causa, Menoch. *d. præsumpt* 63. *num.* 1. *lib.* 2. Afflict. *dicta decis.* 115. *num.* 1. Et isto
197 casu licita est inconstantia, etiam Parte
contradicente, Menoch. *loco cit. num.* 2.

198 Si autem iusta causa deesset, non lice-
ret Iudici reuocare, etiamquod facultatem reuocandi sibi reseruasset, Bellamer. *dicta decis.* 55. *&* 57. Scacc. *loco cit. num.* 32. Et
199 reuocando sine iusta causa grauaret Par-
tem, quæ posset appellare, Bellamer. *dicta decis.* 57. Scacc. *loco cit. num.* 31. qui tamen
200 dicunt non admitti tales appellationes
per Auditores Rotæ, quia sumus in interlocutoria, & iusta causa præsumitur præ-
201 sumptione iuris, & de iure; sed Mascard.

de probat. conclus. mihi 1286. *num.* 12. dicit, quod Auditores malè faciunt in non admittendo huiusmodi appellationes, super quo considera.

202 Declara secundò procedere, quando Iudex ad conclusionem in causa ipse processisset, secùs verò, si Partes ad eam deuenissent, quia tunc non est licita inconstantia, argum. *l. postquam liti, C. de pact.* cum alijs per Asin. *d. limit.* 21. *num.* 7. Rip. *dicta l. quod iussit num.* 49. Rebuff. *num.* 86. Menoch. *d. præsumpt.* 63. *num.* 3. & *de arbitr. cas.* 51. *num.* 28. Græu. *dicta concl.* 107. *nu.* 21. plenè Surd. *dicto cons.* 167. *num.* 13. *vers.*

203 *tertio*, ea ratione, quia transiuit in contractum.

204 Quod tamen intellige, nisi honestas aliud requireret, vt ex Marco Antonio de Amat. *decis. Marchiæ* 3. *num.* 13. voluit Greuẹus *loco citato num.* 23. Felynus *cap. Quoniam contra num.* 19. *de probat.* Mascard. *d. conclus.* 1286. *num.* 16. vel appareret de

205 notoria iniustitia contradicentis, Crauett. *cons.* 622. *num.* 16. Reusner. *d. cons.* 24. *num.* 33. *lib.* 2. Grẹu. *loco citato num.* 24.

206 Vel tractaretur de salute animarum, nisi reuocatio indulgeretur, Farinacc. *de testibus quæst.* 75. *num.* 274. Crauett. *dicto cons.* 716. Græu. *loco citato num.* 25.

207 Tacitè verò reuocatur conclusio in causa, quando Iudex, testes, instrumenta, vel alias probationes admittit, Abbas *cap. Quoniam contra, de probat. col.* 3. Butr. & Imol. *in cap. Auditis, de Procurat.* Alexand. *cons.* 84. *lib.* 4. cum alijs per Menochium *d. præsumpt.* 63. *num.* 4. Ludouis. *decis.* 140. *num.* 7. & *decis.* 451. *num.* 11. *par.* 2. & *decis.* 558. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Coccinus *decis.* 1848. *num.* 2. Vbaldus *decis.* 355. *num.* 4.

208 Quæ conclusio procedit, etiam quod super admissione iurium non intercesserit decretum Iudicis quoad præiudicium partis producentis, Ludouis. *d. decis.* 140. *num.* 9. Quouerò ad præiudicium alterius

209 partis requiritur, & decretum, & admissio Iudicis, cum hoc non pendeat à sola

210 voluntate partium, sed Iudicis Greg. XV. *decis.* 339. *num.* 2. & *decis.* 457. *num.* 5. & 6. Vbert. *de cit. d. cap.* 6. *num.* 10. *vers. Imò dicerem*, Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 162.

211 Secundò, habet locum, etiamquod admissio iurium facta fuerit *sine præiudicio conclusionis in causa*, quia nihilominus censetur conclusio in causa reuocata; Licèt enim Rota *in Romana Pecuniaria, seu restitutionis in integrum* 1. *Iulij* 1609. *coram* Ortembergho, approbauerit huiusmodi cautelam, de qua etiam Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *in annot. contra nullitates num.* 123. Gratian. *discept.* 156. *num.* 38. Ab ea tamen resolutione recessit in eadem causa 15. *Decembris* 1610. *coram* Corduba, de qua per Marches. *de commiss. to.* 1. *f. l.* 1222. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 8. in ea enim fuit conclusum, veriorem esse opinionem, quod admissio iurium facta *sine præiudicio termini proferendo habiti*,

212 non iuuat, ideo talis forma admittendi iura *sine præiudicio*, non est recepta à cautis Procuratoribus, vt dicit eadem Rota *coram* Corduba, Gratian. *discep.* 438. *nu.* 4. 5. & 6. Addent. *ad d. decis.* 140. *Gregorii XV. num.* 17. Vbert. *de citat. d. cap.* 6. *num.* 11.

213 Non censetur tamen reuocata conclusio in causa, si Iudex ignoraret, fuisse factam, vt quia essemus in successore, vel conclusio esset multùm antiqua, Marsil. *in prax.* §. *sequens num.* 52. Alex. *cons.* 72. *nu.* 7. *lib.* 3. multos refert Asin. *d. limit.* 21. *num.* 6. Menoch. *d. præsumpt.* 63. *num.* 4. *in fin.* Gonzalez *loco cit. num.* 129. Gratian. *discept.* 156. *ad fin.* vbi tamen dubitat de huiusmodi opinione, quomodo possit in praxi verificari ex eo, quod non est verisimile, quod procedatur ad huiusmodi

214 admissionem non viso registro, ideo talis ignorantia tanquam non tuta admittenda non videtur, Rota *decis.* 1. *de testib. in nou.* vbi pulchrè Ridolphin. *in praxi par.* 1. *cap.* 8. *num.* 161. & huic declarationi subscribunt, Addent. *ad dict. decis. Gregorij XV.* 140. *in fin.*

215 Principalem conclusionem amplia 12. etiam in arbitro, Ripa *d. l. quod iussit nu.* 14. *vers. ampliatur duobus modis, l. dicere, ff. de arbitr.* Costa *d. distinct.* 38. *num.* 4. Scaccia *d. quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *num.* 22. *vers. amplia* 11.

216 Amplia decimotertiò in executore mixto, Ripa *d. l. quod iussit, num.* 14. *vers. tertiò amplia*, Scaccia *loco cit. vers. amplia decimò*.

217 Plures aliæ ampliationes videri possunt apud Doctores *in d. l. quod iussit*, quæ potiùs sunt illationes, quàm ampliationes.

218 Dic primò illicitam esse inconstantiam in illis sententijs interlocutorijs, quæ non expectant aliam diffinitiuam post se, vtputa, quibus pronunciatur, quem non esse audiendum, nam tunc expirat per talem pronunciationem officium Iudicis, ergo reuocari non poterit, *l.* 4. *C. deposit. l. terminato, C. fruct. & lit. expens.* post Butr. Card. Alex. *d. cap. Cum cessante, num.* 40. *de appellat.* Franc. *num.* 60. Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *concl.* 6. *num.* 38.

219 Secundò dic, illicitam esse inconstantiam, quando sententia interlocutoria habet vim sententiæ definitiuæ, Franc. *d. cap. Cum cessante num.* 6. *limit.* 1. *de appell. cap. vltim.* & ibi Butr. *num.* 10. Abbas *num.* 11. Dec. *num.* 36. Gloss. *in cap. vltim.*

verb. minis de appellat. in 6. Alex. *d. l. quod iussit num.* 17. *fallen.* 4. Soccin. *num.* 16. *not.* 9. Iaſ. *num.* 10 *limit.* 9. Ripa *num.* 27. *fallen.* 8. Felyn. *in d. cap. Qualiter, & quando num.* 7. *limit.* 1. *de accuſat.* Roman. *conſ.* 358. Triuiſan. *deciſ.* 4. *num.* 28. *lib.* 1. Brederod. *de appellat. par.* 2. *tit.* 3. *verſ. ſed tantum littera B*, Capic. *deciſ.* 1. *num.* 27. latè Scaccia *loco cit. nu.* 26. quidquid contra ſenſerit Caldas Pereyra *lib.* 1. *quæſt.* 9. qui fusè *num.* 3.

220 Tunc autem ſententia dicitur habere vim diffinitiuæ, quando per eam diffinitur vna pars ſubſtantialis iudicij, licèt non deffiniatur totaliter negocium principale, Ripa *d. l. quod iuſſit num.* 27. Iaſon *num.* 10. *verſ. nono*, & ſuper hoc videndus eſt, Ri-
221 dolphin. qui *in ſua praxi par.* 1. *cap.* 13. *num.* 221. 309. per modum exempli refert viginti, & vnum caſus, in quibus interlocutoria habet vim diffinitiuæ.

222 Quod habet locum, quando vel Iudicis officio mercenario, vel ad inſtantiam partis interlocutoria prædicta erat expedienda, ſecus, ſi officio Iudicis nobili, quia
223 cum Iudicis officium nobile duret etiam poſt inſtantiam, *l.* 1. *ff. de iuriſd. omn. Iudic. cap. fin. de offic. Iudic. ordin.* tunc talis in-
224 terlocutoria poterit reuocari, Bart. *l.* 1. *in princip. ff. de Prætor. ſtipul.* Card. *dicto cap. Cum ceſſante num.* 40. vbi dicit, quod ideo ſecundum decretum poteſt reuocari, quia expeditur diffinitiuè officio Iudicis nobili ad vindicandam contumaciam partis, Bart. *l. ſi finita*, §. *Iulianus*, & §. *ſi plures*, *ff. de damno infecto*, Abbas, & Butr. *in cap. Quoniam frequenter*, §. *in alijs*, *vt lit. non conteſt.*

225 Hinc primò infertur, interlocutoriam, per quam finitur iuriſdictio, nec reuocari, nec Iudicem reponendo iuriſdictio-
226 nem reaſſumere poſſe, veluti ſi Iudex ſe incompetentem declaret, Abb. *d. cap. Cum ceſſante num.* 11. & 12. Card. Alex. *num.* 4. *fall.* 2. Felyn. *d. cap. Qualiter*, & *quando il primo num.* 9. *fall.* 7. *de accuſat.* Guidopap. *de appellat. quæſt.* 80. *num.* 53. Iaſon *d. l. quod iuſſit num.* 25. Ripa *num.* 16. Intantum quod, ſi Iudex de facto reuocet præ-
227 dictam interlocutoriam, nulliter reuocare dicatur, Guidopap. *loco cit.* Scaccia *de appellat. d. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6. *num.* 52. Hæc autem ceſſatio inconſtantiæ procedit quidem in delegato, non autem
228 in Iudice ordinario, delegatus enim nec etiam de partium conſenſu prædictam interlocutoriam reuocare poteſt, Iaſon *d. l. quod iuſſit num.* 26. Franc. *d. cap. Cum ceſſante num.* 10.

229 Ordinarius verò illam reuocare poteſt, Alex. *d. l. quod iuſſit num.* 27. *fall.* 12. Franc. *cap. Ex ratione num.* 82. *verſ. ſecundo quæritur*, Card. Alex. *num.* 48. *de appellat.* idem Franc. *d. cap. Cum ceſſante num.* 11. *limit.* 2. *verſ. ſecundo aduerte*, Dec. *num.* 43. Bartol. *in repetit.* 2. *legis ex quacunque num.* 13. *ff. ſi quis in ius vocat.* Iaſon *num.* 38. *verſ.* 2. *limita*, Scaccia *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6. *à num* 55. & hanc opinionem latè defendit Rebuff. *d. l. quod iuſſit nu.* 106. Rota *deciſ.* 363. *in fi. in ant.* Roman. *conſ.* 358. Addent. *ad Roman. ſingul.* 129. Ratio
230 eſt, quia non poteſt Iudex ordinarius ſolo verbo radicatam à ſe abdicare iuriſdictionem ordinariam, *l. legatus, ff. de offic. Præſid.* Bart. & communiter Doctores *in l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocat. non iur.* per Text. *in l. ſi vt proponis la prima*, & *in l. præſes*, *C. quomodo, & quando Iudex*.

231 At ſi delegatus declarauerit, ſe Iudicem incompetentem, non in cauſa principali, ſed in aliquo articulo dependente à principali, quia tunc cum non expiret eius iuriſdictio, poterit eſſe inconſtans, & hanc reuocare interlocutoriam, Alex. *l. quod iuſſit*, *fall.* 12. *num.* 28. & ibi Ripa *num.* 19. Felyn. *d. cap. Qualiter*, & *quando il primo num.* 9. *limit.* 3. Scaccia *de appellat. d. quæſt.* 19. *remed.* 1. *num.* 57.

232 Hinc inferunt Doctores, quod ſi Iudex laicus, coram quo diſcutitur cauſa filiationis, & in iſto articulo eſſet diſcutienda cauſa matrimonij, ideo remitteret cauſam Iudici Eccleſiaſtico, iuxta Textum *in cap. Tuam, de ordin. Iudic.* poſſet hanc interlocutoriam reuocare, Ripa *dicta l. quod iuſſit num.* 19. dicens ita conſuluiſſe, Rebuffus *num.* 107. Scacc. *loco cit. num.* 58.

233 Poterit item inconſtans eſſe delegatus, & reuocare interlocutoriam, per quam finitur eius iuriſdictio, ſi ab ea interlocutoria fuerit appellatum, Dec. *in dicto cap. ceſſante num.* 41. & 42. *de appellat.* & ibi Anton. de Butr. *num.* 10. Abb. *num.* 12. Cardin. Alex. *num.* 4. Franc. *cap. ex ratione num.* 82. & ibi Cardin. Alexan. *num.* 48. *de appellat.* Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 8. Capic. *dicta deciſ.* 1. *num.* 27. & 29. Lancell. *de attent.* 2. *par. cap.* 12. *limit.* 1. *nu.* 18. Scacc. *loco cit. num.* 59. Rota *deciſ.* 42. *aliàs* 455. *de appellat. in antiq.* Tuſc. *littera S, concl.* 115. *numer.* 38. Aufrer. *deciſ. Cappell. Tholoſ. quæſt.* 185. Rebuff. *d. l. quod iuſſit num.* 106.

234 Ratio eſt, quia cum ſententia per appellationem ſuſpendatur, *l. cauſa cognita, C. de tranſact. l. ſi quis iuſiurand. circa fin. ff. de iure iur.* vel extinguatur *l.* 1. §. 1. *ff. ad Turpil.* &
235 fingatur de præſenti non lata, ideò poteſtas Iudicis remanet integra per reuocationem prohibitionis, & impedimenti ad reuocandam eandem, Rot. *deciſ.* 64. *ſi Auditor*, & 86. *ſi à pronunciatione*, *in non.* Roman *ſingul.* 129. & tenent ferè omnes *ſupracitati*. Quod non procedit, ſi Iudex
236 detulit appellationi ab interlocutoria, illam enim reuocare non poterit, Abb. *in*

*dicto cap. cum cessante num.*15. Franc. *nu.*14. *limit.* 5. Cardin. Alexan. *num.* 40. *fall.* 6. Dec. *num.*50. *fall.*6. Gemin. *in cap. vt super num.* 6. *de appellat.* De qua quæstione dicemus *infra* in inconstantia appellationis.

237 Nisi demùm interueniat consensus Partium, quia tunc de earum consensu poterit siue Iudex ordinarius, siue delegatus interlocutoriam reuocare, Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante numer.* 40. Franc. *num.* 14. Dec. *num.* 50. Lancellott. *de attent. limit.*1. *num.*74. Scacc. *d. quæst.*17. *limit.*47. *membr.*1. *num.*44.

238 Dummodò res sit integra, Franc. *loco cit. num.*15. Scacc. *num.*46. Lancell. *nu.*74. Franc. Iacob. Enricus *cons.*34. *lib.*3. *per tot.* Alexan. *cons.*133. *num.*12. *lib.*6. Tusc. *litt.S, conclus.*115. *num.*48.

239 Quæ autem sententiæ habeant vim definitiuæ, viden. est omnino Ruginell. *de appellat.* §.1. *cap.*2. *à num.*40. qui ordine alphabetico ferè omnes enumerat Cappell. Tholos. *decis.*48. 129. *num.*2. 364. *nu.*3. Granat. ad Vestr. *lib.*7. *cap.*3. Dec. *resp.*62. *per tot. vol.* 5. Valasc. *consult.* 47. Viu. *decis.* 302. Brederod. *de appellat. par.* 1. *tit.* 20. *à col.*433. *vsque ad* 450. latè Scacc. *de appell. quæst.*17. *limit.*47. *membr.*1. *à num.*172. *vsque ad num.* 215.

240 Idem erit de sententia interlocutoria, per quam Iudex declarat, appellationem esse desertam, aut non Iudicem, vel quod super libello non sit procedendum, quia cum per has sententias finiatur eius iurisdictio, illas idem Iudex reuocare non poterit, Cardin. Alex. *dicto cap. cum cessante num.*40. Franc. *num.*11. Bartol. *dicta l. quod iussit num.* 9. Ias. & Alex. *num.*12. & hoc etiam voluit Rot. *decis.*88. *in nou.* Castren. *cons.* 282. *num.*2. *vers. nam imò dicit lib.*1. & *cons.*283. *num.*6. *eodem lib.* Roman. *cons.*358. Bald. *consil.* 144. *lib.* 4. Angel. *consil.* 200. *num.* 5.

241 Dic tertiò, inconstantiam cessare in interlocutoriis bis confirmatis, quia sicuti
242 non licet à sententia bis confirmata tertio prouocare, *cap. tua, de appellat. & tot. tit. C. ne liceat tertio prouocare*, ità etiam interlocutoria bis confirmata reuocari non potest, Gloss. *singul. in Clem. fin. vers. super ea, de appellat.* Cardin. *dicto cap. cum cessante num.*40. *vers. tertio fallit*, Abb. *nu.*13. *cas.* 3. Franc. *num.*12. *limit.*3. Dec. *num.*45. Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando fall.* 3. *num.*10. Alexan. *dicto cap. quod iussit num.*21. Rip. *num.* 25. dicens, hanc limitationem nullum habere dubium, Grat. *discept.*155. *num.* 26. Scacc. *dicta quæst.*19. *remed.*1. *conclus.*6. *num.*61. qui hoc dictum intelligit de confirmatione facta per viam appellatio-
243 nis à Iudice ad quem, non autem, si facta sit ab eodem Iudice per viam repositionis, de qua per Gallest. *ad formul. obligat. Camer. par.*3. *rubr. reliqua de processu num.*27. Scacc. *ibidem in vers. neque in hac.*

244 Dic quartò, illicitam esse inconstantiam in interlocutoria lata de consensu Partium, quia eam Iudex reuocare non potest altera parte inuita, Abb. *dicto cap. cum cessante num.* 16. per Text. *in cap. significante, de appellat.* Dec. *num.*48. Innocent. *in cap. cæterum, in fin. de rescript.* Alex. *dicta l. quod iussit num.*23. *fall.*8.

245 Si tamen adsit iusta causa reuocandi, poterit Iudex etiam inuitis Partibus reuocare, ex Bald. Angel. Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num.* 40. *vers. quinto fallit*, Dec. *num.*49.

246 Dic quintò, illicitam esse inconstantiam, quando Iudex appellationi ab interlocutoria per eum lata detulit, nam, quia à se abdicauit iurisdictionem reuocando sententiam, illam reassumere non potest, Abb. *dicto cap. cum cessante num.* 15. Franc. *num.*14. *limit.*5. Cardin. *num.*40. *fall.*6. Dec. *num.* 50. *fall.* 6. Barbos. *num.* 26. Gemin. *in cap. vt super num.*6. *de appellat. in* 6. Alexan. *dicta l. quod iussit fall.*3. *num.*16. Ias. *num.* 36. Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando num.*24. Lancellott. *de attent.* 2. *par. cap.*12. *limit.*1. *num.* 20. Scacc. *quæst.*17. *limit.*47. *membr.*1. *num.*42. Gratian. *dicta discept.*155. *num.* 31. Quod procedit, siue Iudex tradiderit Apostolos, siue non, quia sufficit, quod appellationi detulerit, vt declarando Gemin. voluit Scacc. *loco cit. num.*42. *vers. subextende primò*; & etiam habet locum post
247 tempus dandorum Apostolorum, quorum negatio, aut non datio vim habet delationis, Scacc. *loco cit. vers. subextende secundò*.

248 Sed hæ duæ limitationes habent locum in Delegato, secùs in Ordinario, Rot. *decis.*88. & 360. *in nou.* Bald. *l. Præses, C. quomodo, & quando Iudex*, Cardin. Alex. *dicto cap. cum cessante num.*40. *vers. hæ tamen duæ limitationes.*

249 Tertiò, habet locum dictum, quamuis appellatio fuisset admissa cum clausula, *si, & in quantum*, Beninten. *decis.*1. *num.*1. Gratian. *d. discept.*155. *num.*33.

Sed de hac quæstione *inferius* vide conclusionem apud Lancellott *loco cit. à num.*72. Salgad. *de protect. Reg. par.*3. *cap.*18. *per tot.* Gratian. *d. discept.* 155.

Dic sextò, illicitam esse inconstantiam, postquam Iudex, ad quem inhibuerit, nam tunc Iudex à quo interlocutoriam reuocare non poterit, Cardin. Alex. *dicto cap. cum cessante fall.*10. Barbos. *num.* 27. Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando num.*14. Lancellott. *dicta cap.*12. *limit.*1. *num.* 25. Lancell. Corrad. *de Prætore* §.2. *de offic. Præt. in caus. ciuil. in cap. de sententia limit.*6. *num.*16. Lanfranc. *deiis.*459. Scacc. *dicta quæst.*17. *limit.* 47. *membr.*1. *num.* 38. & 39. Ridolphin. *in*

praxi par.1. cap.13. num.578.

Contrarium voluit Abb. *in dicto cap. cum cessante num. 16. cas. 7.* Franc. *num.16. limit.6.* Dec. *num.53. fall. 7. de appell.*

250 Retenta priori opinione fallit, si inhibitio minus legitima sit, quia, ea non obstante, locus erit inconstantiæ, vt post Marant. tenet Lancellott. *de attent. 2. par. cap.12. limit.1. num.22.*

251 Secundò fallit, si interlocutoria esset valida, secùs si nulla, quia tunc est locus inconstantiæ, inhibitione non obstante, Franc. *dicto cap.cum cessante num.17.* Capic. *dicta decis. 1. num. 30.* Lancellott. *loco cit. num.22.* Scacc. *d.quæst.17.limit.47.membr.1. num.60.*

252 Dic septimò, illicitam esse inconstantiam, quando interlocutoria est executioni demandata, Bartol. *dicta l. quod iussit num.16.* Alexan. *num. 24. limit. 9.* Soccin. *num.30. & 55.* Iason *num.32.* Rip. *num. 29.* Franc. *dicto cap.cum cessante num.20. limit.9.* Cardin. Alex. *num.40. limit.12.* Dec. *nu.60.* Roman. *cons. 226.* Felyn. *in rubr. num. 15. de sent.& re iudic.& in cap.qualiter,& quando num.15. fall.5. de accusat.* Ias. *l.serui electione num. 13. ff. de leg. 1.* Scacc. *dicta quæst. 17. limit.47. membr.1. num. 58.* Lancellott *loco cit.nu.23.* Brederod. *de appellat. par.2. tit.3. num.58.& 59.* Menoch. *de retin. remed. vlt. quæst.21. num.56.& 57.* Tusc. *d.conclus.115. littera S, num. 45.* Caldas Pereyra *quæst. fo-*

253 *rens 9. num.8. lib.1.* Et hoc habet locum, siue sententia sit missa executioni à Iudice, siue à Parte, Cardin. Alexan. Franc. Lancell. & Scacc. *loco cit.*

254 Secundò habet locum in his interlocutoriis, quæ absque facto hominis trahunt secum executionem, quia illam Iudex reuocare non potest, Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num.40. fall.13.* & ibi Abb. *col. vlt.* Alex. *dicta l. quod iussit nu. 24. fall. 9.* Ias. *num. 32.* Scacc. *loco cit. num. 62. cum seq.* vbi adducit exempla, & est Gloss. *in l.1. §.vlt. in verb.vel adde,* & ibi Rayner. Bartol. & Bald. *ff. de Præt. stipul.* Roman. *dicto cons. 226.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. reuertatur num. 309.*

255 De partium tamen consensu licita erit inconstantia, Bartol. Alexan. Soccin. Ias. Cardin. Alexan. & Felyn. *loco cit.* Berous *cons.107.num.3 lib.3.* Scacc. *loco cit.num.66. vers. primus est casus.*

256 Item, si adsit iusta causa reuocandi, & ea cognita fieret reuocatio, vt volunt omnes Scribentes, Lancellott. *loco cit. nu. 25.* Costa *de re integr. distinct. 38. nu.11.*

257 vbi infert ad interlocutoriam interpositam super primo decreto, & super noui operis nunciatione, iuxta terminos *Authentica Ei qui iurat, C. de bon. auth. Iudic. possid. & l. si opus, ff. oper. nou. nunciat.*

258 Denique, si interlocutoria executioni demandata nulla esset, & inualida, vtputa si fuisset lata sine causæ cognitione, citatione, aut alium iuris defectum pateretur, tunc Iudex poterit inconstans eam reuocare, quantumuis sit executioni tradita, Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando fall.5. num.15. limit. 3.* Ias. *dicta l. quod iussit num.32.* Scacc. *loco cit.nu.68.* Bero. *cons.19. num.25. lib. 3.*

259 Et si officio Iudicis nobili lata esset, vtique posset reuocari, Rip. *d. l. quod iussit num.49.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num. 40.* Rebuff. *ad l. Galliæ, de sent. art. 3. gloss. vnic. num. 32.* Pereyra *loco cit. num. 8. vers. nisi dicamus.*

260 Dic octauò, illicitam esse inconstantiam, quando fuit quæsitum ius Parti ex sententia interlocutoria, Gloss. Bartol. & alij apud Iason *in dicta l. quod iussit num. 32.* Rip. *num. 33.* Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando num. 15.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num. 40. vers. 20. fallit*, Surd. *cons. 288. num. 7.* Cost. *de re integr. dicta distinct.38. num.8.*

261 Tunc autem dicitur ius quæsitum Parti, quando sententia fuit ab homine, vel à lege executioni demandata, secùs autem, si solùm ea sit prolata, Surd. *dicto cons.288. num.26. vers. postremò.*

Secùs autem, si pars post interlocutoriam plures faceret expensas, nam illis non obstantibus quamuis res non possit dici integra, potest nihilominus Iudex reuocare, vt post Hostien. Io. Andr. & alios tenet Surd. *dicto cons. 288. num.27.*

262 De quo tamen vide Alex. *cons. 133. n.12. vol.6.* & Cost. *de re integra distinct.38. num.11. in fin.* qui dicit, re non integra, Iudicem non posse reuocare interlocutoriam inuita parte, intelligenda est enim eius doctrina iuxta superius tradita, nempe, si verè ius sit parti quæsitum. Hinc

263 propterea, si Iudex pronunciaret, quempiam haberi pro confesso, eo quia negauerit respondere positionibus, hanc in-

264 terlocutoriam reuocare nequit, quia trahit secum executionem, & per eam ius est quæsitum Parti, Castren *in l. Prætorio, §.sed, & si quid, ff. de Prætor. stipul.* Costa *de re integr. dicta distinct.38. num.11.*

265 Dic nonò, illicitam esse inconstantiam in Iudice dato ad vnum articulum incidentem, vel emergentem tantùm, puta ad cognoscendum, an sententia sit exequenda, vel testes sint admittendi, hoc enim casu, si Iudex interloquatur super illo articulo, non poterit interlocutoriam reuocare, quia functus est officio suo, Bald. *cons 58. in 1. vol.* Rip. *dicta l. quod iussit num.21. vers. secundò limita.*

266 Dic decimò, illicitam esse inconstantiam, quando interlocutoria profertur simul cum principali sententia, nam, quia tunc

267 tunc assumit naturam definitiuæ, Iudex illam reuocare non potest, Salyc. *l. ante sententia, C. quæ appellat. non recip.* Alexan. *in l. patris, & filij num. 3. ff. vulg. & pupill.* Rip. *dicta l. quod iussit num. 23.*

268 Dic vndecimò, illicitam esse inconstantiam, quando consuetudo, aut stylus fori dictaret, non esse interlocutoriam semel latam reuocandam, Barbat. *cons. 34. vol. 4.* Pereyra *dicta quæst. 9. num. 8. vers. limit. 2.*

269 Dic duodecimò, illicitam esse inconstantiam, quando Iudex vellet reuocare interpretationem, quam semel dedit ad obscura verba sententiæ, quia talem interpretationem mutare non potest, Bald. *in l. 2. C. de senten. ex periculo recit.* Imol. *in l. ab executione, ff. de appellat.* Curt. sen. *cons. 27. num. 34.* Angel. *dicta l. quod iussit*, & ibi Rip. *num. 24.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num. 40. vers. 15. fallit.*

270 Contrarium voluit Imol. *dicta l. quod iussit*, quem sequitur Rip. *num. 24. vers. contrarium*, Angel. *dicta l. quidquid adstringendæ, ff. de verb. obligat.* Cardin. Alexan. *loco cit.* qui dicit, quod interpretatio verbi dubij semel facta non potest reuocari à priuato, secus in Iudice, latè Surd. *dicto cons. 288. à num. 8.* & præsertim *num. 29.* vbi, quod etiam fieri potest in præiudicium iuris quæsiti, ex Castren. *in l. hæredes palam, §. si quid post, ff. de testamentis.*

271 Dic decimotertiò, illicitam esse inconstantiam in Auditore Sacri Palatij Apostolici, cui in gradu appellationis commissa fuit causa, *cum facultatibus Audit. Cam.* nam licet ipse, vigore facultatis sibi in commissione attributæ possit procedere executiuè, non tamen potest tanquam Audit. Cam. subrogatus interlocutoriam reuocare, quia causa appellatio-
272 nis diuersificat instantiam, & in hoc non censetur ei per huiusmodi commissionem facultas concessa, Ridolph. *in praxi par. 1. cap. 13. num. 576.* ex Coccin. *decis. 78. num. 9. & seqq.*

273 Dic decimoquartò, illicitam esse inconstantiam, quando Iudex pronunciasset in scriptis per cedulam, nam tunc non potest reuocare, cum sit functus officio suo, Salust. Tiber. *in praxi lib. 1. cap. 53. num. 7.* Ridolphin. *dicto cap. 13. num. 577.* Rota *recent. par. 10. decis. 20. num. 39.*

274 Dic decimoquintò, illicitam esse inconstantiam postquam causa appellationis fuit commissa à Signatura, etiamsi illam
275 commiserit cum clausula *sine præiudicio legitimæ executionis*, licet enim tunc Iudex à quo possit procedere ad vlteriora in exe-
276 cutione suæ interlocutoriæ; non tamen potest illam reuocare, sed si videt illam iniustam, debet ab vlteriori executione abstinere, cum enim in ea Signatura, quæ Papam repræsentat, manus apposuerit, inferior se amplius ingerere non potest, nec debet, teste Ridolphin. *dicto cap. 13. num. 579.*

277 An autem detur inconstantia in Iudice respectu sententiæ definitiuæ? Dic illicitam omninò esse inconstantiam, nec Iudicem posse suam definitiuam sententiam reuocare, *l. Paulus, l. Iudex, ff. de re Iudic. l. 1. in fin. ff. de quæstionibus, l. 1. C. sent. rescind. non posse*, Specul. *tit. de sententia, §. qualiter, vers. hoc quoque notandum*, Abb. *cons. 73. & 92. lib. 1.* Roman. *consil. 362.* Fulgos. *cons. 166.* Alex. *cons. 71. col. 2. lib. 5.* Rebuff. *dicta l. quod iussit in 2. notab. num. 1.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num. 41. de appell. & per l. quod iussit*, tradit Rebuff. *ad leges Gallicas, tit. de sent. art. 3. gloss. vnic. num. 6.* Rip. *dicta l. quod iussit num. 50.* Felyn. *in dicto cap. qualiter, & quando il primo nu. 23.* & ibi Soccin. *nu. 63. & 64. de accusat.* Scacc. *de sent. & re iudic. gloss. 14. quæst. 17. num. 1.* Pereyra *quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. num. 10.* Fragos. *de regim. Reipub. par. 1. lib. 4. disp. 10. §. 4. à num. 215. cum seqq.*

278 Ratio est, quia Iudex, lata sententia definitiua, functus est officio suo, & desi-
279 nit esse Iudex in illa causa, *l. actor, l. Iudex, l. Paulus, ff. re iudic.* & omnes *supracitati* Doctor. *cap. in litteris, de offic. delegat. l. qualem, §. dicere*, ibi, *dum Arbiter esse desierit, ff. de arbitr. cap. si Compromissarius, de elect. in 6.* Rebuff. *dicta l. quod iussit, in princ. nu. 4.* ad quod respexit Senec. *lib. 7. contr. cap. fin. Iudex, quam tulit de reo tabellam, reuocare non potest*, & illud Apullei *lib. 1. florid. Proconsulis tabella sententia est, quæ semel lecta, neque augeri littera vna, neque minui potest*, Ossual. ad Donell. *lib. 27. cap. 1. littera H*, Amaya *ad l. vnic. C. de sent. aduersus Fiscum lib. 10. num. 1.*

280 Ratio secunda est, quia sententia definitiua fertur cum deliberatione, *l. 2. C. de sent. ex pericul. recit.* Ideò de facili non solet reuocari, argum. *l. fin. C. arbit. tutel. l. dubium non est, C. de repud.* cum alijs per Rebuff. *loco cit. num. 4.*

281 Ratio tertia est, vt sit litium finis, aliàs enim non esset, si posset Iudex inconstans suam reuocare definitiuam sententiam, Bald. *l. 1. num. 2. C. sent. rescind.*
282 *non posse*, & quia esset procedere in infinitum, quod est contra leges, & Reipublicæ vtilitatem, *l. properandum, C. de Iudic. l. si Prætor, ff. eodem*, Rebuff. *loco cit. num. 4. vers. quartò ratio.*

Hinc Cassiodorus *lib. 1. epist. 5.*

In immensum trahi non debent finita litigia,
Quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententijs acquiescit.

283 Amplia primò, vt nec etiam possit esse inconstans de partium consensu, *l. si diuersa, C. de transact.* Bald. *cap. præsentata*

col.2.de testib. Rebuff. *dicta l.quod iussit 2.not. num.2.* Pereyra *loco cit.num.*10. *vers.quæ quidem conclusio,* Fragos. *de regim.Reipubl.par.*1. *lib.*4. *disput.*10. *num.*224.

284 Amplia secundò, vt procedat siue sententia lata fuerit in causa ciuili, siue in causa criminali, *l.*1. *in fin. ff. de quæst. l.pœnam, C. de pœnis, l.Diui, l. relegati, l. mortis, §. pen. ff.eod.* Cardin. *cons.*29. cum alijs per Rebuff. *loco cit.nu.*3. Pereyra *loco cit.nu.*10.

285 Vnde Iudex condemnatum non potest absoluere, etiamsi postea appareat de innocentia, *l. actu, §.* 1. *ff. de re iudic. l. Diui, ff. de pœnis,* Abb. *cons.* 73. *& cons.* 92. *lib.*1.

286 sed debet ab executione supersedere, donec consultus fuerit Princeps, & gratiam delinquenti concesserit, Bald. *l.addictos, C.de Episcopal.audien.* Felyn. *cap.consanguinei col.*2. *extr.de re iudic.* Rebuff. *loco cit. num.* 3. Pereyra *loco cit. num.* 10. Abb. *cap. de his num.* 2. *de accusat.* Couuarr. *de spons.* 2.*par. cap.*8.*§.vltim. nu.*15. Pereyra *loco cit.* qui dicit propterea cauendum ab Anania, & Monacho, qui contrarium tenuerunt,

287 ea ratione, quod sententia in causa criminali nunquam transeat in iudicatum, quod tamen conuincitur *ex supradictis,* quia solùm speciale est in causis crimina-

288 libus, quod in eas rescribitur à Principe, si constet de rei innocentia, secus autem in causa ciuili, *l. fin. C. vt lit. pend. l. fin. C. sent.rescind. non posse,* & ab eodem Principe rescindatur propter instrumenta de nouo reperta, *dicta l.Diui,* quod secus est in causa ciuili, Ias. *l. admonendi num.*56. *ff. de iure iur.* Pereyra *loco cit. num.*10. *lib.*1.

289 Amplia tertiò, vt nec liceat esse inconstans, etiam prætextu erroris, *l. error,* & ibi Doct. *C.de iur. & fact. ignor.* Rebuff. *dicta l. quod iussit num.* 5. Pereyra *loco cit. num.* 10. *vers. Amplia etiam,* Scacc. *loco cit. num.*6. *&* 7.

290 Amplia quartò, siue simus in Iudice ordinario, delegato, vel subdelegato, cum in illis habeat locum regula, quod lata sententia definitiua functi sunt officio suo, *d.l.Iudex, & cap.in litteris, de offic.delgat.* Rebuff. *loco cit. num.*9. Felyn. *dicto cap.qualiter, & quando num.*23. & ibi Soccin.*nu.*64.

291 Scacc. *loco cit. num.* 3. Quod procedere etiam in Auditoribus Rotæ, dixit *ex decis. Rotæ* 341. *in nou.* idem Rebuff. *loco citato num.* 7.

292 Amplia quintò, vt illicita sit inconstantia etiam intra decem dies ad appellandum, Bartol. & alij *in l. post sententiam, C.de sent.* Doctor. *dicta l. Iudex, de re iudic.* Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*10. *& ad leges Galliæ tit.de sent. art.*3. *gloss.vnic. num.*18.

293 Amplia sextò, vt illicita sit inconstantia in Iudice, vt nec possit definitiuam sententiam in melius reformare, quia functus est officio suo, *l. Iudex, ff. de re iudic.* Rebuff. *d. l.quod iussit num.*11. *vers.*10. Fragos. *de regim. Reipubl. dicta disput.* 10. *à num.* 216. vbi latissimè reprobat Baldum, & Angelum *in dicta l. Iudex, ff. de re iudic.* Ancharanum *in cons.* 208. *num.* 15. *& seq.* Alexandrum *cons.*118. *volum.*3. *& cons.*90. *volum.*1.*in princ.* tenentes, non ex interuallo, sed incontinenti Iudicem corrigere, & reformare posse sententiam.

294 Amplia septimò, vt illicita sit inconstantia etiam in arbitro, *l. dicere, §.fin. ff.de arbitr.* Rebuff. *dicta l.quod iussit num.*12. vbi

295 ampliat, etiamquod data illi esset facultas pluries pronunciandi, Bartol. *in l. quid tamen, in princ. ff. eodem tit. de arbitr.*

296 De Notario autem, quando possit mutare, vel corrigere instrumenta, vide in sua conclusione, *l. si librarius, ff. de reg. iur.* & ibi Dec. Cagnol. Rip. *dicta l. quod iussit num.*52. Rebuff. *ibid. ver.*12.

297 Amplia octauò, vt illicita sit inconstantia, etiam quoad accessoria, vnde, Iu-

298 dex expensarum condemnationem, vel fructuum, siue absolutionem reuocare non potest, Gloss. *in l.*1. *C. de sent. quæ sine cert. quant. profer.* Innocent. *cap. auditis, de Procur.* Bald. *l.quia arbiter,ff.de arbitr.* Alex. *in l.Paulus, ff. de re iudic.* Rebuff. *dicta l.quod iussit num.*12. *vers. vlt. amplia.* Et ratio est, quia, postquam non datur inconstantia in

299 sententia definitiua, ergo nec in accessorijs, hoc est expensarum condemnatione, quia naturam principalis sequi debet, *l.cum principalis, ff.de reg.iur.* Rebuff. *loco cit.*

300 vbi ampliat etiam quod sententia lata esset contra formam Statuti, vel consuetudinis, Ancharan. *cons.*182.

301 Sed hæc ampliatio intelligitur, si super accessoriis iam sententiasset, secus autem, si illa omisisset, quia eadem die posset illa addere, *l. Paulus, ff. de re iudic.* Bartol. *l. hac lege num.* 4. *C. sent. ex pericul. recitan. l. ab executore num.* 7. *quæst.* 2. *ff. de appellat.* Abb. *cap. qualiter nu.*4. Anan.*nu.*7. Soccin. *nu.*126. *&* 127. *in* 15.*fall.* Surd. *d. cons.*288. *num.* 5. Scacc. *dicta gloss.*14. *quæst.*17.*nu.*16.

302 vbi dicit, quod, si Iudex condemnauerit in principali, nec aliquid dixerit de fructibus, vel expensis, poterit eos con-

303 demnationi addere eadem die, ex Soccin. Innocent. Menoch. & Carauit. Imò hoc casu teneri eadem die super istis pronunciare, voluit ex Textu *dicta l. Paulus, de re iudic.* Soccin. *dicto cap.qualiter nu.*130.

304 Scacc. *loco cit.num.*18. qui addit hoc procedere in arbitro.

305 Amplia nonò, vt nec etiam possit sententiam interpretari, addendo, vel minuendo aliquid de substantia, *dicta l.Iudex, & l.*1. *C.sent.rescind.* Bartol. *in l.ab executore num.*7. *quæst.*2. *ff.de appellat. & in l.*2. *num.*4. & ibi Salyc. *num.* 4. Bald. *num.* 9. *C. de sent. ex periculo recitand.* Felyn. *dicto cap.qualiter,*

& quando num. 25. 2. *limit.* Gabr. *lib.* 6. *de reg.iur. conclus.*3. *num.*14.*illat.*6. hos omnes Scacc. *de sent.& re iudic. dicta gloss.*14.*qu.*17. *num.* 4.

306 Amplia decimò, vt, si Iudex reuocet suam definitiuam sententiam altera sententia, huiusmodi sententiæ reuoca-
307 toria nulla sit ipso iure, itaut appellatio non sit necessaria, *l.* 1. *C. sent. rescin. non posse*, Scacc. *loco cit. num.* 5.

308 Primò dic, licitam esse inconstantiam in sententia lata à Principe, quàm poterit ipse mutare,& corrigere ad libitum, Bart. *dicta l. ab executore, ff. de appellat.* Cardin. Alexan. *dicto cap. cum cessante num.*41. *vers.* 11. *fallit*, Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*13. *vers. primò limita, & seqq.* & ibi Rip. *nu.*57. *vers. sed ego crederem*, Alexan. *dicta l. Iudex num.*11. *in fin.* Arias de Mesa *var. resolut. lib.*2. *cap.*36.*num.*10.

309 Secundò dic, licitam esse inconstantiam in Senatoribus, siue Senatu, qui
310 suam potest mutare, & reuocare sententiam, quia loco Principis est, Bald. *l.* 1. *C. sentent. rescin. non posse*, Montan. *de authorit.Magni Consilij in* 6.*argum.* Rebuff.*dicta l. quod iussit num.*17. Thesaur. *decis.*232. qui dixit, quod Senatus potest mutare pœnam
311 pecuniariam in corporalem, etiam lata sententia; de qua re videndus est Garron. *de Senator. lib.*1. *tit.*4. *art.*11. *per tot.*

312 Quod tamen intellige tam in Principe, quàm in Senatu, si mutatio, vel reuocatio fiat iusta de causa, Addent. *ad dict. decis. Thesaur.* 232. *littera B.*

313 Quomodo autem fiat in Gallia huiusmodi reuocatio, siue mutatio à Senatoribus, vide latè Rebuffum *dicta l. quod iussit à num.* 18.

314 Contrarium, quod etiam in Senatu, seu Præfecto Prætorio illicita sit inconstantia, itaut non possit suam corrigere sententiam definitiuam, tenet Soccinus *d. cap.qualiter, & quando num.*85. *vers quartò fallit*, vbi dicit, quod hæc fallentia communiter reprobatur, Alexan. *dicta l.Iudex num.* 11.

315 Dic tertiò, licitam esse inconstantiam, quando sententia definitiua rescindi peteretur per viam restitutionis in integrum, siue sententia sit lata in iudicio criminali, siue in ciuili, nam tunc poterit mutari, *dicta l.Diui, ff.de pœnis, l.in causæ, §. fin. ff.de min.* Gloss. *in dicta l. Iudex l.*1. & ibi Bald. *C. sent.rescindi non posse*, Rebuff. *dicta l.quod iussit num.* 127. *vers. tertiò limita*, qui dicit, hanc mutationem, seu reuocationem non fieri contrario imperio, sed ope restitutionis.

316 Et quamuis solus Princeps soleat restitutionem in integrum concedere, Abb. *in cap.*2. *in fin. de purgat. vulgar.* Nihilominus
317 idem Iudex, qui tulit sententiam, interdum illam concedere potest, *l.perfectè,ff.de minorib. & l. præcedant, in fin.* & ibi notant Gloss. Bartol. Alber. Bald. & alij, *l Præses, ff. eod.* quam non allegant Doctor. vt dicit Oddus *de restit. in integr. quæst.* 32. *artic.* 17. Marchesf. *de commiss. restit. in integr. par.* 2. §. 1. *num.*20. *to.*2.

318 Quod procedit, etiam, si fatuitate, vel imperitia propria ipsius Iudicis læsus fuisset minor, Alber. *dicta l. perfectè num.*1. Odd. *loco cit. num.* 133. qui hoc declarat,
319 dummodo ità consentiat ipse læsus, vel expediat ipsi læso, quod illemet Iudex illam concedat.

320 Secundò procedit, etiam, si consuetudo esset in contrarium, Castren. *l.*3. *C. si aduers. rem iudic. num.* 2.

321 Tertiò procedit, vt etiam in aliquo casu debeat omnino peti restitutio coram eodem Iudice, vt quando peteretur aduersus lapsum temporis ad appellandum, Iacob. de Aren. Cyn. Castren. *in l. Præses num.*2. *C.de appellat.* Bald. *in cap. Pastoralis, §. præterea num.* 8. *de offic. delegat.* Mattesil. *l.*2.*num.*11. *C.de sent. ex pericul. recit.* Franc. Marc. *decis.*56 *num.*5. Odd. *loco cit.nu.*136. qui reprobat Bald. contrarium tenentem.

322 An autem Delegatus possit concedere huiusmodi restitutionem? Dic, quod, si Delegatus est Principis, possit concedere restitutionem ab interlocutoria, non autem à definitiua, Odd. latè *loco cit. art.*18. *à num.* 137. qui *num.* 142. dicit, quod licet
323 Delegatus non possit restituere contra sententiam propriam, potest tamen cognoscere causam restitutionis, & interim suspendere executionem, & referre ipsi Principi, Abb. *in cap. studuisti, de offic.deleg. & in cons.*87. *in fin. lib.*1.

324 Dic quartò, Iudicem inconstantem esse posse in sententia definitiua, illamque posse reuocare, si nulliter ab eo sit lata, Textus est singularis *in l. fin. C. de sent. quæ sin. cert. quantit.* & ibi Bald. & Angel. *l. si Præses, C.quomodo,& quando Iudex, l. si accusator. C. de accusat.* Rip. *dicta l. quod iussit num.*62. Alex. *dicta l. Iudex num.* 20. Felyn. *d. cap.qualiter, & quando num.*37. Lanfranc. *in repet. cap.quoniam contra, in verb interlocutiones col.* 12. *de probat.* Doctor. *in cap. Fraternit. de frigid. & malef* Afflict. *decis.* 283. Rot.*decis.*341.*in nou.* cum alijs per Rebuff. *dicta l.quod iussit num.*131. Scacc. *de appellat. quæst.*19 *remed.*1. *conclus* 6. *num.*87. vbi latè
325 quando, & quomodo possit deduci nullitas sententiæ coram eodem Iudice, Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæst.*67. *à num.*20.

326 Quod amplia, etiam, quod Iudicis ordinarij iurisdictio sit prorogata, nam tunc
327 lata sententia nulla durat eius iurisdictio, Guidop. *decis.*462. Capic. *decis* 1. *num.* 26. Vant. *de nullit. tit. coram quo null. proponit. num.* 9. Menoch. *loco cit. numer.* 6. *&* 7.

vbi de ratione.

328 Non habet tamen locum hoc dictum, si Iudex per sordes nulliter iudicasset, quia non deberet esse suæ iniquitatis, ac turpitudinis cognitor, nec Pars cogi posset, vt illum Iudicem iterum adiret, vt ex Bartol. Felyn. & Vant. dixit Menoch. *loco cit. num.*15.

329 Neque, si ex nouis actis nullitas appareret, Menoch. *loco cit. num.*16. *&* 17.

330 Nec si ope exceptionis tantummodo sententia esset nulla, Bald. *l. vlt. C. de contrahen. empt.* Tiraquell. *l.boues,§.hoc sermone limit.*1. *num.*55. Menoch. *loco cit.num.*20.

331 Sed hoc dictum procedit in Iudice Ordinario, secus autem in Iudice Delegato, quia is, postquam definitiuam tulit sententiam, dicitur functus officio suo, siue benè, siue malè pronunciauerit, *l. si, vt proponis*, & ibi Bartol. *num.*1.*&* 3. Bald. *num.*7. *&* 8. Salyc. *num.*3. *C.quomodo, & quando Iudex*, Innocent. *in cap.*1. *de sent. & re iudic.* Bartol. *in l. si expressum num.*14. *ff. de appellat.* Franc. *in cap. dilecto num.* 64. *quæst.*27. & ibi Cardin.Alex. *quæst.*8. *nu.*58. *de appellat.* Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando, fall.* 8. *num.* 38. Rip. *dicta l. quod iussit num.*63. & ibi Rebuff. *num.*132. Scacc. *de appell. d. quæst.*19. *rem.*1. *concl.* 6. *num.*91. Menoch *loco cit. num.*21.

332 Quod procedit etiam in Delegato, qui habet iurisdictionem ordinariam in

333 cognoscendo, & delegatam in decidendo, quales sunt Auditores Rotæ, Rip. *dicta l. quod iussit num.* 63. Scacc. *loco cit. num.* 92. *& lib.* 1. *de iudic. cap.* 26. *num.* 3. Rota *decis.*341.*in nou.* latè Menoch.*loco cit. num.* 35.

334 Secundò habet locum, etiam in Delegato Principis, quia is non potest reuocare sententiam, quam nulliter protulit, Felyn. *in cap. in litteris fallent.* 1. *vers. contrarium num.*1. *de offic. & potest. Iudic. Deleg. & in dicto cap. qualiter, & quando num.* 39. *vers. sed aduerte*, & de communi Rip. *dicta l. quod iussit num.* 63. *ampliat.* 2. Dec. *dicto cap. in litteris fallent.*1. *num.*14. Scacc. *dicta quæst.*19. *remed.*1. *concl.*6. *num.*93.

Contrarium voluerunt Angel. *dicta l. Iudex num.*6.*de re iudic.* Boer.*decis.*6. Vant. *de nullit. rubr.coram quo possit*, Dec. *dicto cap. in litteris num.*25. *& seq.* quos refert Scacc. *loco cit.num.*94. Menoch. *de arbitr. d. qu.*67. *num.* 28. Pereyra *dicto cap.* 9. *recept. sentent. num.*13. qui latè hanc defendit, & fortassè verior est opinio, & hanc opinionem latè defendit Menoch. *loco cit. num.*44. *vers.non ignoro tamen*, vbi dicit leuia esse opinionis contrariæ fundamenta.

335 Tertiò habet locum, etiamquod Delegatus protulisset sententiam sine scriptis, quia nec iterum iudicare potest, Alexan. & Dec. relati, & probati à Rip. *dicta l.quod iussit num.* 66. reprobata ibidem opinione Felyn. & Bald. & hanc opinionem sequitur Menoch. *dicta quæst.*67.*num.*34.

336 Licita tamen erit inconstantia in Delegato ad Vniuersitatem causarum, Bart. *in l. si vt proponis num.*13.& ibi Salyc.*num.*3. *C.quomodo,& quando Iudex, vers. secundus est casus, & in dicto cap. in litteris fall.* 2. Vant. *loco cit. num.*17. Rip. *dicta l.quod iussit nu.*64. vbi de ratione, Scacc. *loco cit. num.*99. latè Menoch. *loco cit. num.* 47. vbi pulchrè de-

337 clarat quis dicatur Delegatus ad Vniuersitatem causarum, nempe illum esse, cui sub vno vniuersali verbo commissæ sunt causæ omnes, vtputa, si mandentur lites, & controuersiæ illæ omnes, quæ contigerint agitari inter Mercatores Ciuitatis, vel delegentur causæ omnes vnius Territorij.

338 Hinc propterea Iusdicentes constituti à Feudatarijs suis in Castris, vt eorum auctoritate ius dicant in causis hominum ip-

339 sorum Castrorum; ità pariter Vicarij foranei, qui de causis Clericorum vnius Diœcesis, vel partis cognoscunt, dicuntur Delegati ad Vniuersitatem causarum.

340 Itemque in Romana Curia Camerarium, Auditorem Cameræ, Gubernatorem, Vicarium, Senatorem, Marescalcum, & Auditorem Contradictarum esse Delegatos ad Vniuersitatem causarum, testatur idem Menoch. *loco cit. à num.* 48. Ideò cauendum ab Imol. *in l. Iudex posteaquam num.* 4. *ff. de re iudic.* & à Dec. *in cap. litteris num.*5.*vers.secundò fallit,de offic.Deleg.*

341 tenentibus, Delegatum ad Vniuersitatem causarum non posse sententiam reuocare, quia is sit functus officio suo, quia cum æquiparetur Ordinario, potest suam mutare sententiam, Menoch. *loco citato num.*57. *vers. cæterum*.

342 An autem Delegatus ad certum genus causarum possit iterùm de causa iudicare, de qua primum tulit sententiam nullam: Dic negatiuè, & sic cessare in eo inconstantiam, quia huius Delegati natura propius accedit ad naturam simplicis delegati, tot enim reputantur dele-

343 gationes quot sunt causæ, vt post Gulielm.de Cuneo, dixit Bart. *in l. more n.*14. *ff. de Iurisdictione omnium Iudicum*, cum alijs à Menoch. *loco cit. num.* 67.

344 Pariter licita erit inconstantia, si delegatus nulliter iudicauit per errorem facti, Innoc. *in cap.*1. *de sent. & re iudic.* Petr. de Anchar. *in Clem.* 1. *eodem tit.* Castren. *in l. cum quærebatur, ff. eodem*, Scacc. *loco citato nu.*100. Menoch.sibi inconstans *dicta q.*67. *num.* 31.

345 Contrarium in hoc voluere Imol. Alex.*in dicta l.quod iussit*,& alij,quos refert, & sequitur Rip. *in dicta l. quod iussit num.*65. *vers.secundò fallit*,respondens ad doctrinam

Innocentij de mente Imolæ, quod habet locum in Executore dato ad prouidendum de beneficio, & sic in actu extraiu-
346 diciali, propterea alia ratio suadet in Delegato ad prouidendum, quod possit
347 iterum conferre, si nulliter contulit, quia agitur de beneficio Principis, in quo latior fit interpretatio, *l.1. de Constit. Princ. cap. cum dilecti, de donat.* In actu autem iudiciali, prout in sententia, verior est opinio, quod non possit Delegatus suam sententiam mutare, vel reuocare, prætextu erroris, vt ex Felyn. *dicto cap. in litteris,* voluit Scacc. *loco cit. num.*101.
348 Item licita erit inconstantia in Iudice Delegato, si non iudicauit super toto, sicque non est perfectè functus officio suo, quia tunc illud, quod nulliter pronunciauit, potest reuocare, Bartol. *l. si vt proponis nu.3. C. quomodo, & quando Iudex,* Misinger. *obseruat.*92. *centur.*5. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.* 108.
349 Item licita erit inconstantia in Delegato, qui, non obseruata delegationis forma, sententiam tulit.
350 Dic quintò, licitam esse inconstantiam in sententia lata officio Iudicis nobili, quia, cum officium Iudicis non expirauerit, illam poterit retractare, *l. Diuus, ff. de in integr. restit.* Bart. *dicta l. quod iussit num.*20. *& in l.1. in fin. ff. de Prætor. stipul. & in l. Iudex, de re iudicata,* Cardin. Alex. *dicto cap. cum cessante num.* 41. *vers. tertiò fallit,* cum alijs, quos adducit Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*135. vbi propterea infert, quod, cum
351 mulcta officio Iudicis nobili imponitur, *l.1. in princ. ff. si quis iusdicenti non obtempera-*
352 *uerit,* poterit Iudex eam remittere, *l. illicitas, §. fin. ff. de offic. Præsid.* secus autem in
353 pœna etiam pauperi imposita, Rip. *dicta l. quod iussit num.*55. *vers. fallit primò,* Rebuff. *ibidem num.* 137.
354 Dic sextò, licitam esse inconstantiam, quando Pars, in vtilitatem cuius sententia lata est, fatetur, eam iniustam in toto, vel in parte, quia Iudex poterit eam corrigere, & reuocare, iuxta Partis confessionem, Innoc. *in cap. quia plerique num.*2. *vers. est autem ea ratio, de immunit. Eccles.* per Text. *in cap.*2. *de purgat. vulg.* Bald. *in auth. ad hæc, C. de vsur. num.* 54. Anton. de Butr. *cons.* 27. *vol.* 3. Abb. *cons.* 89. *vol.*1. *l. si constante, §. quoties,* & ibi Roman. *ff. solut. matrim.* cum alijs, quos congerit Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*138. qui *num.*142. subdit, quod tutius esset consulere Superiorem,
355 & litteras impetrare à Principe, vt practicatur in Francia, ex Felyn. *in cap. Consanguinei, in fin. de re iudic.* Salycet. & Marsil.
356 Quod tamen dictum intelligendum est, vt procedat quoad sententiæ fauorem, non autem quoad sui præiudicium, Roman. *l. admonendi num.* 38. *ff. iure iur.* & ibi Ias. *num.*48. Abb. *in cap. Fraternitatis nu.*18. *de frigid.* Rebuff. *loco cit. num.*144.
357 Secundò procedit, quando agitur de commodo confitentis, secus si ageretur de fauore vinculi matrimonij, quia confessio Partis nihil operaretur, *cap. super eo, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ,* Rebuff. *loco cit. num.* 145.
358 Tertiò, procedit in Iudice Ordinario, secus in Delegato, quia, cum iurisdictio eius extincta sit, inconstans eam reuocare non potest, *cap. in litteris, de offic. delegat.* Rebuff. *loco cit. num.*145. *vers. tertiò intellige.*
359 Dic septimò, licitam esse inconstantiam in sententijs, quæ non transeunt in iudicatum, *cap. tenor, cap. lator, de re iudic.* Rip. *d. l. quod iussit num.* 61. Rebuff. *ibidem num.*146. Zipet. *lib.*3. *consult. Canonic. consult.*3. *in princip.*
360 Hinc propterea sententiam latam in causa matrimoniali, & beneficiali, quando tractatur de matrimonio spirituali, in causa vsuraria ex præsumptionibus, vel probationibus priuilegiatis, si contrariæ, & veræ, & naturales probationes superueniunt, retractare Iudex poterit, vt benè
361 Rip. *loco cit. num.*61. Qui tamen declarat procedere in Iudice ordinario, non autem in delegato.
362 Secundò infertur, in causa Fisci licitam esse inconstantiam, quia, si sententia lata est intra terminum, reuocari potest, si superueniant probationes, post terminum verò si præuaricatio, vel manifesta fraus arguatur, *l. Imperatores* 75. *ff. de re iudic. l.*4. *C. eodem, l. sub prætextu* 19. *C. de transact.* Alexan. & Ias. *d. l. Imperatores,* Roman. Curt. & Alciat. *d. l. sub prætextu,* Amaya *l. vnic. C. de sentent. aduers. Fisc. lib.*10.
363 Quod tamen non procedit, vbi Fiscus fuit legitimè defensus, & omnia solemnia interuenerunt, & sententia ritè lata sit, nam tunc non potest retractari, nisi per appellationem, *l. illud* 9. *ff. de appellat.* cum
364 in hoc casu Fiscus nullum maius ius habeat, quam priuatus, Accurs. & Plat. *dicta l. vnic.* Amaya *loco cit. num.*4. Et hoc priui-
365 legium Fisci habet locum, siue simus in sententia ciuili, siue in criminali propter generalitatem dicti Textus, vt benè per Amayam *loco cit. num.* 27.
366 Licet enim videatur communis opinio, quod in criminalibus Fisco non detur restitutio contra sententiam latam, per Textum *in l. auxilium, ff. de minor.* & per eum Textum dicit Peregrinus *de iur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 2. *num.*11. Garzias *de nobilit. gloss.*3. *§.1. num.*18. multos adducens Thesaur. iun. *lib.*1. *quæst. forens. quæst.*59. *per tot.* Facchin. *lib.* 9. *controu. cap.* 81. Farinacc.

*quæst.*101. *nu.*35. Ricc. *decis.*81. *nu.*2. *par.*2. Alphar. *de offic. Fiscal. gloss.* 17. *numer.* 45. Nihilominus in casu *d. legis vnicæ* Fiscus non procedit per viam restitutionis in integrum, sed mero iure, vt benè probat Amaya *loco cit.*

367 Dic octauò, licitam esse inconstantiam in sententia lata in iudicio Peritorum, quia, si inueniantur peritiores, illa retractari potest, Textus est singularis *in cap. biduum*, §. *recessus num.*2. *quæst.*6. Lanfranc. *in repet. leg. admonendi num.*9. *ff. de iure iuran. cap. proposuisti*, & ibi plenè Decius *de probat.* Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*148. qui

368 tamen subiungit, hoc fieri ex Principis rescripto, ad notat. per Dec. *dicto cap. proposuisti*, *col. penult. de probat.*

369 Dic nonò, licitam esse inconstantiam, quando victor patitur discuti, & disputari de viribus sententiæ, & contrarium probari, quia tunc idem Iudex ordinarius poterit sententiam retractare, Innocent. *cap. cum Bertoldus num* 4. *de re iudic.* & ibi Abb. Butr. *cons.* 27. *vol.* 3. Panormit. *cons.* 381. 2. *volum.* cum alijs, quos copiosè adducit Rebuff. *loco cit. num.*149.

370 Quod tamen intellige, quando Partes vellent quod seruato iuris ordine, & nouo processu agitato, & primæ renunciantes sententiæ ex aliqua noua causa Iudex iudicaret, quia licita erit inconstantia, *l. iuris gentium*, §. *si paciscar*, *ff. de pact.* Bald. *in l. si diuersa*, *l. acta*, *ff. de re iudic.* & ibi Alex. cum alijs, quos adducit Rebuff. *loco cit. nu.*150. *vers. respondeo*; secus autem, quan-

371 do Partes vellent, quod absque instantia, & libello, litis contestatione, & alijs solemnitatibus in sententia Iudex contra primam sententiam sententiaret, quia tunc obstaret Textus *in l.* 1. *C. quando prouoc.*

372 *non est necesse*, vbi sententia contra sententiam non valet, quando prima transiuit in rem iudicatam, etiam de Partium consensu, Gloss. *dicta l. si diuersa*, *C. de transact.* & per alios, quos adducit Rebuff. *loco cit. num.*150. *versic. sed obstat*, & *versic. respondeo*.

373 Dic decimò, licitam esse inconstantiam, quando Iudex vellet interpretari, & declarare sententiam definitiuam, *l. ab executore*, *ff. de appellat.* Gloss. *in cap. loci*, §. *his ità* 35. *quæst.*9. Fab. *l.*1. *C. sent. rescind. non posse*, Alexan. *cons.* 3. *viso instrumento*, *vers. super alio* 1. *volum.* Soccin. *cons.* 242. *vol.* 2. Dec. *l. in ambiguis*, *ff. de reg. iur.* Rebuff. *loco cit. num.* 153.

374 Quod tamen intellige in tali declaratione, quæ non immutet substantiam sententiæ, Bald. *l. hac num.*9. & ibi Salyc. *nu.*4. *C. de sent. ex periculo recit.* Soccin. *dicto cap. qualiter*, & *quando num.* 65. *in* 1. *fall.* Felyn. *ibidem num.* 23. *fall.* 1. & cæteri Canonistæ ab eodem adducti, Lanfranc. *cap. quoniam contra numer.* 560. *de probat.* Franc. Marc. *decis.*670. *num.*7. Gabr. *de reg. iur. conclus.*3. *num.* 14. Gaill. *lib.*1. *obseruat.* 116. *num.* 3. Scacc. *de sent.* & *re iudic. gloss.* 14. *quæst.*17. *num.* 30. Secus, si illa interpretatio, vel declaratio mutaret sententiæ substantiam, Bald. Salyc. Felyn. Gabr. *loco cit.* Scacc. *loco cit. num.* 4:

375 Rationes huius dicti sunt plures videndæ apud Scacc. sed ea potissimum, quia ille, qui prohibitus est emendare, vel mutare, non prohibetur declarare, Felyn. *dicto cap. qualiter*, & *quando num.*23. *fall.*1. Gabr. *dicta conclus.* 3. *num.* 3. Scacc. *loco cit. numer.* 36.

376 Sed an huiusmodi inconstantia licita sit solùm in Principe, & maioribus Magistratibus, an verò etiam in inferioribus, vt de Principe, qui, cum possit suam sententiam reuocare, vt dictum est *supra*, possit etiam illam declarare, voluere Bartol. Felyn. Soccin. & Afflict. *decis.*215. *relati* à Scacc. *loco cit. num.*38.

377 Et de maioribus Magistratibus solùm, Bartol. Bald. Salycet. Gabr. & alij *relati* à dicto Scacc. *loco cit. num.*40.

378 De inferioribus verò Iudicibus dubium est nam *supracitati numero proximo* negarunt, illis hanc facultatem competere.

Sed Anan. *dicto cap. qualiter num.* 3. & Felyn. *fall.*1. *num.*24. apertè firmant, hanc etiam inconstantiam licitam esse in Iudicibus inferioribus, quos videtur sequi Scacc. *loco cit. nu.*41. quamuis contrariam opinionem magis communem asserat Gabriel. *dicta conclus.*3. *num.* 19. Surd. *dicto cons.* 288. *num.* 1. quamuis malè pro hac opinione alleget Felyn. *loco cit.* vt aduertit Scacc. *loco cit.*

379 Intantumque licita est huiusmodi inconstantia, vt sententiam declarare possit Iudex, etiamsi ab ea fuerit appellatum, Guidopap. *singul.* 349. Gabr. *dicta conclus.*3. *num.* 55. Scacc. *loco cit. num.* 42. quamuis dicat, hoc non firmare.

380 Imò, etsi per huiusmodi declarationem inferretur præiudicium iuri tertij, Castren. *in l. hæredes palam*, §. *si quid post*, *ff. ff. de testam.* Surd. *dicto consil.* 288. *num.* 29. Scacc. *loco cit. num.*43. *vers. extende sextò.*

381 Et non solùm in Iudice, sed etiam in arbitro licitam esse hoc casu inconstantiam, dummodò incontinenti suam interpretetur sententiam, voluere Archid. *in cap. sicut*, §. *ex his* 11. *quæst.*1. Gloss. *in cap.*1. & ibi Angel. *ff. de arbitr.* Specul. *tit. de arbitr.* §. *fin. vers. sed nunquid verbum obscurum*, Anchar. *cons.*208. Bald. *in l. ne in arbitris*, *in fin. C. de arbit.* Doct. *in cap. Quintanall. de iureiur.* Cardin. *in cap. exhibita qu.*6. *de arbitr.* Alex. *in addit.* ad Bart. *in l. ab executore*, *ff. de appell.* Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*160.

382 Secus autem, si ex interuallo, Henric. Boich. *in cap. cum olim, de arbitr.* Rebuff. *loco cit. num.* 106. Gabriel. *dicta conclus. 3. num.* 18.

383 Illicitam autem in hoc casu esse inconstantiam, quando Iudex officium suũ terminauit, Bald. *l. ea, quæ, C. commin. vel epist. & cap. 1. qui inuest. Feud. dare teneantur,* cum alijs per Rebuff. *dicta l. quod iussit num.* 172. Gabr. *d. conclus. 3. num.* 23. Scacc. *loco cit. num.* 47.

384 Secundò, illicita est inconstantia, quando verba sunt clara, secus autem si sunt dubia, Bald. *in l. si voluntate, col. 3. vers. quæro si Statutum, C. de fideicomm.* Castren. *in l. hæredes palam, §. si quid, & consil. 338. vol.* 1. cum alijs per Gabr. *dicta conclus. 3. num.* 25. Scacc. *loco cit. num.* 61. *vers. & quod interpretentur;* vbi autem verba sunt dubia,

385 & obscura, admitteretur declaratio etiã contra dispositionem, & regulas iuris, dummodò declaratio non sit contra veram, propriamque verborum significationem, Surd. *dicto consil. 288. num.* 24. Scacc. *loco cit. num.* 54. *vers. declara secundò.*

386 Tertiò, illicita est inconstantia, quando declaratio naturam verborum offenderet, *l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petit. hæred.* Gloss. & ibi Bald. *in l. si, vt proponis, C. execut. rei iudic.* Doctor. *in cap. cum dilecti, de accusat.* Dyn. *in reg. cum sint iura, de reg. iur. lib.* 6. cum alijs per Rebuff. *dicta l. quod iussit num.* 166. Scacc. *loco cit. num.* 61. Cum

387 hoc tamen temperamento, quod, si verba sententiæ possunt intelligi propriè, & impropriè, seu strictè, & largè, debent intelligi, prout remouetur absurditas, & iniustitia à sententia, etiamsi sumerentur impropriè, & largo modo, Gloss. *in l. puto, in verb. non communicari, ff. famil. ercíscun.* Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 25. dicens,

388 hanc interpretationem tolerari, dummodò non immutet naturam verbi, Gabr. *dicta concl. 3. num.* 89. Scacc. *loco cit. num.* 62.

389 Ratio temperamenti est, quia sententiæ Iudicum sunt taliter interpretandæ, vt non mereantur reprehendi à Sapientibus, Scacc. *loco cit. num.* 63. Et propterea inter-

390 pretatio debet esse laudabilis, verisimilis, & non dissona, Felyn. *dicto cap. qualiter, & quando num.* 25. Scacc. *loco cit. num.* 67.

391 Ideò, si Iudex malè interpretaretur sententiam, daretur appellatio ab illa declaratione, quamuis esset sublata appellatio à sententia definitiua, Scacc. *loco cit. nu.* 68. & 71. quod tamen intellige, vt per eum *ibidem* Rebuff. *dicta l. quod iussit num.* 171.

392 Quod dictum est de declaratione, & interpretatione intellige, vt licita sit semel inconstantia, Gloss. *singul. in l. quidquid adstringendæ, in gloss. magna, ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. 2. C. de sent. ex pericul. recit. & in l. de die, in princ. ff. qui satid. cog.* Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 27. *limit.* 4. Rebuff. *dicta l. quod iussit num.* 172. Scacc. *loco cit. num.* 52.

393 Inconstantia verò cessaret, finito officio, nam non poterit in eum casum Iudex interpretari, Bald. *l. ea, quæ, C. comminationes Epist. cap.* 1. *qui success. feud. dare tenean.* cum alijs per Rebuff. *loco cit. n.* 172. *vers. vltimo fallit.*

394 Dic vndecimò, licitam esse inconstantiam, quando iuris ordo non seruaretur, quia nunquam transiret in iudicatum, Anchar. *cons.* 259. Felyn. *in cap. Ecclesia nu.* 35. *vers. vlt. de constit.* Rebuff. post Castren. & Purpur. *dicta l. quod iussit num.* 173. Sed hæc limitatio includitur in ea, quæ continet sententiam nullam.

395 Dic duodecimò, licitam esse inconstantiam, si Iudex, antequam haberet sententiam pro perfecta, vellet immutare, vel corrigere, Gloss. *in cap. Prædicator* 16. *quæst.* 1. Felyn. *dicto cap. qualiter num.* 31. *de accusat.* cum alijs per Rebuff. *loco cit. n.* 174. Scacc. *loco cit. num.* 78. vbi prius *numer.* 73. dixit, quod interpretatio sententiæ fieri potest tribus modis.

396 Primò, per decisionem, quæ solet fieri antequam feratur sententia, prout seruat Tribunal Rotæ; Vel post latam sententiam, vt seruãt communiter alia Tribunalia; nam, si circa sententiam latam aliquid indigeat declaratione, potest declarari in decisione.

397 Secundò, potest fieri post sententiam per interlocutoriam, quæ explicet ambiguitatem sententiæ circa ea, quæ *superiùs* sunt tradita.

398 Tertiò, fit in prolatione sententiæ, cum Iudex in sententia dixisset *condemno, imò absoluo*, quia talis inconstantia non reprobatur, sententia enim tenet, & attenditur vltimum verbum, quod est correctorium primi, Gloss. *dicto cap. Prædicator, in verb. contra verò* 16. *quæst.* 1. Felyn. *dicto cap. qualiter num. 3. fall.* 2. & ibi Soccin. *num.* 98. & 99. Sed melius in hac materia *nu.* 81. dicit, quod, aut Iudex scribit in thalamo

399 sententiam sub illis formulis correctorijs, & postea illam correctam legit, & profert sedens pro Tribunali, & tunc nulla potest considerari inconstantia, & correctio sententiæ latæ, sed solùm potiùs ferendæ, quia inconstantia, & correctio in sententia ferenda est semper permissa, quia Iudex in thalamo, dum componit sententiam, potest illam semel, & pluries lacerare, mutare, & corrigere.

400 Aut Iudex, dùm legendo, & ferendo sententiam in scriptis sistit, & corrigit verbum *condemno*, quia dicit *imò absoluo*, & ità scribit in sententia, & postea sequitur illius recitationem, & prolationem, & licita est inconstantia, & correctio, quia non est differentia, an eam corrigat an

thalamo, an in tribunali ante absolutam sententiæ prolationem, præsertim si fuisset error ex lapsu calami, sine consensu intellectus, imò, etiam si fuisset error cum consensu intellectus, quæ tamen correctio, & inconstantia videretur sine prudentia, quia fieret sine causæ cognitione, & non sine sui magna verecundia, quod diuturna deliberatione firmasset præcipitata festinatione infirmaret.

401 Aut vult corrigere, postquam eam solemniter recitauit in scriptis, & ità causam absoluit, & non potest, etiamsi statim vellet corrigere per ea, quæ dixit *supra nu.4. ampliat. secunda*, & per dictum Felyni *dicto cap. qualiter num.31. vers. non obstat*.

402 Hoc tamen verum est in puncto principali; secus in accessoriis, quia potest Iudex eadem die, & incontinenti addere, *vt supra* dictum est, Scacc. *loco cit. num.* 16. *& num.* 77. Et de hac materia latè Franc. Marc. *decis.mihi* 668. qui, etiam *decis.*670.

403 dicit, quod, si corrigatur sententia ex interuallo, debet apponi data correctio-

404 nis, quia, vbi mutatur sententia, censetur nouum instrumentum, secundùm Bartol. *l.ius ciuile, §. Imperator, ff. de stat. homin. & in l.ius ciuile, ff.de iust.& iur.* Alber. *in proæm.Cod.* & facit *Regula Cancellariæ* 42.

405 vbi, quod, si post impetrationem beneficij fiat reformatio, non debet fieri sub prima data, sed sub data reformationis, nisi aliud constet de intentione Papæ, vt quia expeditur per verbum *Fiat*.

406 Hæc autem inconstantia, seu facultas mutandi, seu corrigendi sententiam, antequam illa sit absoluta, licita est, non solùm in eodem contextu orationis, idest in ipsomet capite ante diuersionem ad aliud caput, sed etiam post diuersionem

407 ad aliud caput, quia correctio semper admittitur, vsque ad absolutam sententiæ prolationem, Felyn. *d.cap.qualiter num.31.* Scacc. *loco cit. num.*78.

408 Atquamuis licita sit inconstantia, quæ consistit in correctione, illicita est illa, quæ continet contrarietatem: Nam, quia correctio non vitiat sententiam, cum remaneat certa, sed contrarietas vitiat, & facit sententiam nullam, quia remanet omnino incerta, & vnum contrarium non cedit alteri, sed inuicem conquassantur, vtputa, cum dicit, *condemno; & absoluo*, Gloss. *in cap. si quis præest, in verb. cogi non possunt 11. quæst.3*, vbi dicit, quod, si Prælatus sententiando diceret, *excommunico te, vel absoluo*, sententia esset nulla, & Prælatus haberetur pro fatuo, Felyn. *d.cap.qualiter num.31. in secunda limitatione*, Scacc. *loco cit.num.*85. Rebuff. *dicta l.quod iussit nu.*180. vbi, quod isto casu in nullo contrarius est consensus, vel saltem non potest apparere ex verbis.

Sed quia diximus, sententiam posse declarari per decisiones, quæritur an sit laudanda inconstantia, quam aliquandò videmus in decisionibus Rotæ Romanæ.

409 Et non esse reprehensibilem, voluit Cassador. *decis.9. de caus. possess.& propriet. num.* 15. per Text. *in cap. non debet, de consanguin.& affin.* vbi, quod non debet reprehensibile iudicari, si secundùm varietatem

410 temporum statuta quandoque varientur humana, huiusmodi autem inconstantiam accidere in Rota Romana dicit idem Cassador. *loco cit.* propter mutationem

411 Auditorum variè sentientium, vt enim inquit Persius *Satyra quinta*:

Velle suũ cuicunq; est, nec voto viuitur vno;

& tot sunt quandoque sententiæ, quot capita, Thesaur. *in præfat. ad suas decisiones Pedemont. num.33.*

412 Secundò, quia stylus ex tempore recipit varietatem, & in dubiis iuris quilibet

413 cogitur sequi suum intellectum, etiamsi erraret in votando, ne alias ædificet ad gehennam, *cap.per tuas, il 2. de simon.* stylus

414 autem hic non est accipiendus iudiciarius ordo, sed ius Prætorium à Curia non digrediens, vt in proposito dicit Lotther. *de re benef.lib.1.in apparat.num.72.* Thesaur. *loco cit. num.32. in fin.*

Tertiò, quia sæpè reuelatur paruulis, quod occultum fuit magnis, & vni, quod latet aliis, & quia detegitur hodie, quod non fuerat cognitum, ex Text. *singul.in l.2. §. sed neque, C.de iur.vet. enucl.*

415 Quartò, quia magis præsumitur pro modernis, quàm antiquioribus, quanto enim iuniores, tantò perspicaciores, Glos. *in l.Gallus num.1. ff.liber.& posthum.* & hanc opinionem defendit iterum idem Cassad. *decis. 8. num. 5. de concess. præbend.* Lotther. *de re benefic. in apparat. num.* 90. vbi dicit, hanc inconstantiam addere auctoritatem Rotæ potius, quàm detrahat, cum illa rarò contingãt, imò esse conueniens, etiam seipsum corrigere, quàm à Deo corrigi, vt dicebat Iustinian. latè Thesaur. *in dicta Præfatione suarum decisionum Pedemont.nu.33.*

416 vbi, quod boni Iudices ità ceruicosi opinioni suæ niti non debent, vt non velint à prudentioribus corrigi, *cap. ne innitaris, de Constitut.*

417 Quintò, quia, cum simus in Supremo Magistratu, videtur permissa, etiam in eadem facti specie mutatio opinionum, & diuersitas sententiarum, vt in puncto voluit Grat. *discept.*127. *num.* 49. quamuis Doctor. ab eo allegati loquantur in alio casu, nempe in diuersis Supremis Tribunalibus, Valenzuel. *cons.*69. *nu.*216. Garon. *de Senat. prælud* 7. *num.*85.

418 Contrarium tamen, hanc inconstantiam Rotæ non esse laudabilem, voluere omnes illi Doctores, qui dixere, Rotam quandoque

quandoque rotare, ideſt à ſuis recedere ſententijs, vt poſt antiquum Gloſſatorem *ſuper regul. Cancell. in prohæm. nu.* 11. voluere Neuizan. *in ſilua nupt. lib.* 5. *num.* 62. Menoch. *conſ.* 393. *num.* 5. *& conſ.* 1050. *nu.* 38. Decian. *conſ.* 63. *num.* 15. *lib.* 5. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 131. *verſ. non obſtat, quod Rota*, Mart. *de ſucceſs. legal. par.* 4. *q.* 28. *artic.* 5. *num.* 6. *in fine.*

419 Secundò, hanc Rotæ inconſtantiam omnes illi reprobant, qui dixere, ſtylum Curiæ eſſe volubilem, & mutari ad mutationem Auditorum, & Aduocatorum, qui faciles ſunt in mutandis inſtitutis prædeceſſorum, Io. Andr. *in cap. ſuper gloſs.* 4. *de elect. in* 6. Felyn. *in cap. Rodulphus nu.* 22. *verſic. ità ſeruat Curia, de reſcriptis*, Ferrett. *conſ.* 11. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 49. *n.* 29. ante eos Gemin. *conſ.* 34. *& conſ.* 143. *num.* 2. Magdalen. *de nuncup. teſtam. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 35. Cened. *quæſt. Canon.* 45. *num.* 50.

420 Tertiò, quia huiuſmodi inconſtantia ſecundùm aliquos auferre videtur auctoritatem Rotæ, vt dixit Scacc. *de indic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 131. *verſ. nec obſtat etiam Rota*,

421 & propterea Rotæ deciſiones inconſtantes, & contrarias allegari non poſſe ad cauſarum deciſionem, dixerunt Cauat. *in oculo Reipublicæ cap.* 6. *nu.* 32. *verſ. tertiò loco Doctor*, Marta *deciſ.* 224. *num.* 9.

422 Quartò, quia, etſi in omnibus illicita ſit inconſtantia, in Iudicibus tamen omninò reprobatur, *l. in cauſæ*, §. 1. *de Procur.* cum alijs *ſupra* enumeratis, & per Rebuff. *in l. quod iuſſit, in princ. num.* 1. *ff. de re iudic.* quod enim ſemel pro iuſtitia eſt deciſum, non videtur immutandum, Bero. *conſ.* 287. *num.* 9. Garon. *loco cit.* nam quod pro iu-

423 ſtitia cum cauſæ cognitione decernitur, vim legis habet, Rimin. *conſ.* 80. *num.* 22. Garon. *loco cit.*

424 In hac quæſtione nolo meum interponere iudicium, cuperem tamen, vt doctiſſimi illi Patres exactè obſeruarent Conſtitutionem Pij Quarti, incipien. *In throno iuſtitiæ, Dat. Romæ* 6. *Kalen. Ianuarij* 1561. vbi *in* §. 12. *Item Decanus, & alij Auditores,*

425 *præſertim antiquiores, attendant, ne aliquod non ſolùm contra ius, ſed nec etiam contra ſtylum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquo modo decidatur, etiam prætextu æquitatis in iure non ſcriptæ, niſi maxima cum ratione, & diſcuſſione omnibus votis, ſeu ſaltem illorum duabus tertijs partibus aliter faciendum eſſe iudicauerit.*

426 Quæ iuſſio replicatur à Paulo Quinto *in Bulla Reformationis Tribunalium Almæ Vrbis*, §. 5. *nu.* 18. *in Bullar. nouo to.* 3. *Conſt.* 71. *fol.* 264.

427 Quod exactè obſeruatur in Parlamento Franciæ, ſi enim notabile aliquod dubium occurrat, de quo antea ſolemniter iudicatum fuiſſe non appareat, omnes Cameræ cogi, vel congregari ſolent, & arreſtum, cum in modum datum in omnibus ſimilibus cauſis obtinet, atſi datum ſit arreſtum in vna, ſolaque Camera, cæteræ Cameræ ad obſeruantiam huius arreſti ſeſe neutiquam adſtringunt, nempe ijs ità videtur, atque in contrarium ità inducunt ſuum, ſiue ex poteſtatis æqualitate, ſiue ex præſumpta opinione, animique cogitatione ſe poſſe, vel aliter, vel etiam melius iudicare: Nihilominus tamen niſi magna facti, aliaue diuerſitas ſit, vix aduerſus arreſtum iudicari ſolet, & ſi in vna, & ſola Camera datum fuerit, verum ponderatur, & formam idem in ſimilibus caſibus iudicandi præbet, niſi, vt fieri ſolet, ſucceſſu temporis nouæ rationes, vel vera reſolutio dubiorum emergat, tunc enim neceſſe eſt iudicare aduerſus id, quod iudicatum fuit: Hæc Paponius in præfatione arreſtorum *verſ. nam attinet ad ea, quæ contraria ſunt.*

Caueant tamen ab eo, de quo miratur, & dolet Plin. iun. *lib.* 6. *Epiſtolarum Epiſt. penult.* Vbi ſecutus eſt varius euentus, nam duobus conſilijs vicimus, totidem victi ſumus, notabilis prorſus, & mira res, eadem in cauſa, iiſdem Iudicibus, iiſdem Aduocatis, eodem tempore tanta diuerſitas accidit caſu quidem, ſed non vt caſus videtur.

428 At inter contrarias, & inconſtantes deciſiones ſtandum eſſe vltimæ, ſi fœdere diſtinctionis conciliari non poſſint, dixit Pauin. *in præludijs extrau. Io.* 22. Maſcard.

429 *de probat. concluſ.* 485. *num.* 15. vbi plura de auctoritate deciſionum Rotę Romanę, Martin. Andr. *deciſ.* 23. *numer.* 3. *&* 13. *& deciſ.* 48. *num.* 2. *&* 13. *& deciſ.* 70. *num.* 3. *&* 4. poſt hæc ſcripta viſus, Tanaglia *de S. Rotæ Rom. Auditorio lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1.

430 Quod intellige vt attendantur nouæ deciſiones quoad futura, non autem quoad præterita, vt ſcilicet annullentur acta vigore antiquarum deciſionum, vt benè Rot. *in dicta deciſ.* coram Martin. Andrea.

431 Secundò intellige ſi nouæ deciſiones ex profeſſo diſcutiant articulum, non autem ſi perfunctoriè, & incidenter tractent materiam, Seraphin. *deciſ.* 299. *nu.* 12. Rota *deciſ.* 128. *num.* 29. *&* 30. *par.* 4. *recent. to.* 2. vbi quod non ſunt attendendæ deci-

432 ſiones Rotales, quæ mouentur ſolùm auctoritate Doctor. non ponderatis rationibus, *& deciſ.* 60. poſt Merlin *de legit. num.* 11. *& in Romana ſocietatis officij, regiſtr. in par.* 5. *recent. to.* 2. *deciſ.* 497. *num.* 78. cum

433 alijs per eundem Tanagliam *loco cit.* Quod etiam de alijs Doctor. dicit Ger. Spin. *conſ.* 50. *num.* 1. vbi præſertim de ſententia Nauar. *in Man. cap.* 27. *nu.* 289. dicit communem ſe exiſtimare concluſionem,

quam sex, aut septem Doctor. classici rem ex professo tractantes tenuerunt, quàm probatam à quinquaginta solùm ferè aliorum auctoritate adductis.

Sed ad nostrum redeamus institutum.

434 Dic decimotertiò, licitam esse inconstantiam in Inquisitore, qui sententiam latam contra Hæreticum non relapsum, & pœnitentem potest mitigare, *cap. vt commissi*, & ibi Gloss. *in verb. vel mutandi*, Franc. *num.4. de Hæret. in* 6. Rebuff. *dicta l. quod iussit num.*187. *vers. vlt.* vbi dicit, hoc esse speciale fauore fidei, & hoc cautum fuit in Concilio Narbonen. *cap.* 7. & in Concilio Bitteren. *cap.* 22. Franc. Pegna *par.3. comment.44. num.* 194. *vers. quod verò, sic docet Eymerius*, Farin. *de Hæresi qu.*193. *num.*96. Scacc. *de re iudic. gloss.*14. *quæst.*18. *num.*87.

435 Imò posse post sententiam pœnam augere, siue in sententia hanc sibi facultatem reseruauerit, siue non, tenet Eymeric. per Text. *in dicto cap. vt commissi*, quem sequitur Pegna *dicto comment.44. num.*195. Farinacc. *loco cit. num.*97. qui tamen loquitur, quan-
436 do Inquisitor sibi reseruauit facultatem addendi, vel minuendi pœnas.

437 Sed quicquid sit de iure, hodie Inquisitores huiusmodi pœnas, etiamquod sibi reseruauerint facultatem illas augendi, vel minuendi, non possunt illas immutare inconsulta Suprema, & Vniuersali Inquisitione Romana, vt testatur Farinacc. *loco cit. num.* 98. & hoc idem testari possum, qui, dum hæc scribo, iam compleui 17. annum mei Assessoratus, & extat Decretum generale in hac materia latum *die* 5. *Aprilis* 1606.

438 Ità etiam Inquisitores Regni Hispaniarum non mutant pœnas inflictas ab eis, sed huiusmodi commutatio reseruatur Inquisitori Generali, vt post Simanc. & Royas testatur Farinacc. *loco cit. nu.*98. Scacc. *loco cit. num.*91.

439 Cessat autem inconstantia in Inquisitore, quando tractatur de pœnis ipso iure impositis, vtputa, excommunicationis, quia illas mutare non potest Inquisitor, Royas *de Hæret. assert.*47. *num.*380. *&* 381. Farinacc. *loco cit. num.* 99. Scacc. *loco cit. num.*92.

440 Cessat pariter inconstantia, quando tractatur de pœnis impositis Hæretico non pœnitenti, vel relapso, vel de hæresi confesso, aut conuicto, quia nec Inquisitor, nec Episcopus, vllam habent auctoritatem pœnam mutandi, vel dispensan-
441 di, sed illum omnino Brachio seculari tradere debent, Repert. Inquisit. *verb. dispensare, vers.*1. Zanchin. *de Hæret. cap.*19. *& cap.*21. *nu.*1. *& cap.*38. *nu.*1. & ibi Campeg. *in addit. littera A*, Squillacen. *de fid. Catholic. cap.* 44. *num.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 7. *& cap.* 49. *num.* 14. Royas *singul.*155. *num.*4. Farinacc. *loco cit. nu.*100.

442 Cætera, quæ spectant ad materiam facultatis Iudicis mutandi sententiam diffinitiuam, vide apud Doctor. *in d. l. Iudex posteaquam*, *& in dicta l. quod iussit, ff. de re iudic.* & apud alios in discursu conclusionis citatos, & Cardinalem Tuscum *in verb. Iudex, conclus.*432. *per tot.*

Sed an Iudex inconstans possit in sententiando adhærere modo vni opinioni, modo alteri, dummodo vtraque opinio sit probabilis.

443 Hæc materia probabilis opinionis dum hæc scriberem concitauit maximas turbas inter Reuerendiss. D. Caramuelem Episcopum Campanien. & R.P.D. Fagnanum. Nam iste *in cap. ne innitaris, de Constitut.* Tractatum vberrimum conscripsit contra opiniones probabiles.

Sed nos paucis quæstionem nostram absoluemus,

444 Et in primis certum est, quod Iudex in foro exteriori tenetur sequi opinionem magis receptam, & magis probabilem, *cap. nouimus, de verborum significat.* ibi, *opinio à pluribus approbata, cap. de iudicijs 3. quæst. 3.* ibi, *in quo plurimi concordant, l.* 1. *ff. de offic. Quæstoris*, ibi, *crebrior apud veteres opinio*, Gloss. *in verbo de cætero, in cap.* 1. *de postulat. Prælat. in* 6. Gloss. *in cap. fin. de pænit. distinct.* 1. Io. Andr. *in cap.* 1. *de Constit.* & ibi copiosè Add. ad Abbatem *nu.*15. *littera C*, Dec. qui de communi *cons.*481. *num.* 12. infinitos adducit Coras. *de communi opinione lib.* 8. *num.* 16. & hanc esse opinionem Summistarum, nempe Siluest. *in verb. opinio*, §.2. Caiet. *eodem verb.* Angel. *verb. opinio* §.1. Tabien. *eodem verb.* §.4. dixit Valer. qui alios allegat, *de different. vtriusque iuris verb. opinio num.*1.

445 Et quamuis Coras. *loco cit. num.* 17. putet hanc esse à Iudice in foro conscientiæ pariter sequendam ex Summ. Angelic. & Tabien. *locis citatis*, super hoc tamen videndus est Valer. *loco cit. num.*3. *vers. sed quod possit*, qui latè deffendit non solùm
446 Confessarium, sed Iudicem posse tuta conscientia in iudicando sequi opinionem minus receptam, dummodo innitatur subtiliori, & meliori ratione, & eam iudicet esse veram; quod etiam de foro exteriori dixerunt Doct. omnes ad *cap.* 1. *de Constit.* teste Felyn. *ibidem per cap. Cappellanus de fer.* ibi, *subtiliori ratione*, & per *l.* 1. *vers. sed neque, C. de vet. iur. enuclean.* ibi, *neque ex multitudine Auctorum, quod me-*
447 *lius, & æquius est indicatote*, cum possit vnius forsan, & deterioris sententia, & multos, & maiores aliqua ex parte superare, Mandos. *ad reg.*29. *Cancell. de subrogan. litig. quæst.* 10. *num.* 7. Rota coram Duran. *decis.*76. *nu.*14. quæ est repetita *par.*5. *recent.*

decis.62.to.1. Coras. latè *dicto tract. de comm. opinione cas.17. tot.num.87.* qui tamen limi-
448 tat nisi pro communi extaret aliqua lex, vel fuerit consuetudo approbata, vel nisi rationes vrgentiores fuissent à Doctoribus communem sectantibus consideratæ, & illis licet malè responsum, vt per eum *num.88. 89. 90. 91. & 92.*
449 Ideò licet sint opiniones æquè probabiles, quod Trebellianica possit, vel non possit prohiberi filijs primi gradus, itaut vix hodie discerni possit quid vir iustus, & timens Deum, & veritatem sequi debeat, Odd. *cons.8. num.1.* & indigere decisione Cæsarea aliqui dixerunt, vt testatur Mangil. *de imput.quæst.116.num.1.* vbi hanc quæstionem, vel forte dirimendam, vel à Iudice Partes suadendas esse ad concordiam. Nihilominus cum Rota Romana adhæserit opinioni Cassad.affirmatiuæ, vt per *decis.4. de testam. decis.693. par.1.diuers. & decis. 313. par. 2.* & per alias decisiones relatas à Rubeo *in singul. Rotæ Romanæ in add. ad dict. decis. Cassad.4. de testam.* & vltra illas plures refert Bich. *decis. 559. num. 9.*
450 In Statu Ecclesiastico non deberet Iudex adhærere parti negatiuæ, cum Supremum Tribunal hanc opinionem sequatur; quia stylus introductus est circa hanc quæstionem, Mascard. *de probat. conclus. 485. num. 11.*
451 Dixi *in Statu Ecclesiastico*, quia extra Statum Auctoritas Rotæ est probabilis, non autem necessaria, vt ad causarum decisionem adduci possit, secundùm Felyn. *in cap.2.num.48. de rescript.* Mangil. in terminis *loco cit.num.29.* licet omnium Tri-
452 bunalium Orbis sit Auriga, & Magistra, vt per Rub. *ad decis.282.num.54.par.9.to.1. recent.*
453 Hinc dum munus Auditoris Nunciaturæ Hispaniæ fungebar dicebam me non posse adhærere opinioni Couuarr. apud Hispanos veluti iurium Coriphæi spectati, dicentis non dari manutentionem pro ci-
454 uili possessione aduersus eum, qui naturaliter possidet, vt *cap.17. practicar. quæst. num. 5.* quia cum Rota Romana aliter sentiat, vt per decisiones Rotales, quas adducit Posth. *de manut. cap. 16.* & in specie reprobauerit opinionem Couuarr. *vt in decis. 169. num. 6. post tract. Pacif. de Salu.*
455 Non erat conueniens vt contra opinionem Rotæ decretarem, cum ad eam à primo decreto daretur appellatiò Sanch. *in Decalog. cap.9.num.47. lib.1.* ne minus prudens apud illam iudicarer, & decretum reuocaretur, vt considerat idem Sanchez *loco cit.*
456 Secundò, quando vtrinque sunt opiniones, quas Doctor. communes appellant, de quibus per Ceuall. *comm.opin. contra comm. ferè toto tractatu.* Tunc Iudex debet sequi eam opinionem, quæ est æquior, & humanior, Gigas *singul. 6.* Grammatic. *cons. ciuil. 5. num. 46.* Præpos. *in cap. si vir num.2. de cognat. spiritual.* alios Cæuall. *dicto tract. in præfat. nu.41. & 42.* Rota *d. decis.76. num.12. coram* Duran. ibi, *quod in conflictu opinionum Rota sequitur illam, quæ est æquior,*
457 *& humanior*, vbi quod licet magis communis opinio sit, quod mater instituta hæres in vita sua debeat imputare fructus perceptos in legitimam. Nihilominus Ro-
458 ta tenuit contrariam opinionem tanquam æquiorem, & humaniorem, cum tamen legitima parentibus debeatur de iure naturæ secundum veriorem, & æquiorem opinionem; ideo fructus in eã impu-
459 tari nõ debent, quod etiam dixit coram Eminentiss. Panciroło, *vt in decis.17.nu.10. par.7. recent.* ibi, *quod in conflictu opinionum Rota non tam soleat moueri ex numero Doctorum, quàm ex firmioribus rationibus.* Putauit
460 enim opinionem, quod pro legatis etiam conditionalibus debeat dari hypotheca à die obitus Testatoris, & non purificatæ conditionis esse melioribus fulcitã rationibus, idem dixit *in decis. 163. num. 7. eadem par. 7. coram Card. Verospio iuniore*,
461 vbi, quod non satisfacit emphytheuta facultati nominandi per solam successionem ab intestato, *& in decis.194. ead.parte,*
462 ibi, *Rota autem in conflictu opinionum amplexa est eã, quæ dictabat deberi alimenta à nepote patruo tanquam æquiorem, & veriorẽ,* quæ quidem decisio in materia magistralis est, quia non solùm enumerat Doctores pro vtraque opinione, sed etiam ponderat rationes omnes hinc inde adductas.
463 Tertiò, quando opiniones sunt variæ si sint æquè probabiles, tunc licita est in Iudice inconstantia, vt scilicet possit modo adhærere vni, modo alteri, Sanchez *ad præcept. Decal. lib.1.cap.9.num.45.* Valer. *de diff. vtriusque iur. diff.3. verb. opinio*, P.Diana *de opinione probabili resolut. 3. vers. hunc etiamquod*, Cardin. de Lugo *de iust. & iure to.2.disput.37. num.118. vers.obijcies secundò,* Fragos. *de Regim.Reipul.to.1.lib.4. disput.10. num. 198.* P. Iulius Mercorus *in praxi opinionum 2. par. artic.17. vers. & hoc in casu.*
464 Ratio est, quia quando opiniones sunt
465 æquè probabiles, sunt æquè tutæ, ideò potest Iudex illas ad libitum sequi absque peccato, Marchant. *in Tribunal.Sacrament. tract.5. tit.5. quæst. 7. vers. supponitur primò,* Becan. *par.2. summæ qu. 9. cap.4. 2.conclus. num. 3.* alias rationes adducit Bonacin. *de peccatis disput. 2. quæst. 4. punct. 9. num.13. vers. addo.*
466 Ideò inoleuit adagium, quod isto casu bonum est habere Iudicem amicum, Francisc. Marc. *decis. mihi 1146. num. 1. tom. 1.* Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 763.* Valer. *de different. vtriusque iur. dicta differ.3.*

qui alios *numero* 1.

467 Contrarium, quod non ſit licita hoc caſu in Iudice inconſtantia ſaltem in foro conſcientiæ, voluit Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 339. *num.* 32. ibi, *dicit non licere pro*
468 *amico in re dubia iudicare*, idem ſequitur *in dicto tract.* 3. *retin. à num.* 765. per multos ex Doct. Nauarr. *in cap. ſi quis autem nu.* 13. *de pœnit. diſtinct.* 7. idem tenet Eſcobar. *de puritate ſanguinis* 2. *par. quæſt.* 9. §. 4. *num.* 28.
469 vbi dicit, quod in conflictu opinionum ſequi debet, quod rationabilius, æquius, tutius, & benignius videatur, non quod amico vtilius, idem tenet poſt Ledeſm. Bann. & Layman. Fagnanus *dicto cap. ne innitaris num.* 355. Layman. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 3. *de Iudice in cauſa dubia num.* 16. *verſ. cauendum, cum ſeq.* vbi reprobat Valer. & Sanchez *locis citatis*.

470 Sed non recedas à priori opinione, quam ſequuntur omnes Moraliſtæ, & vltra adductos à Sanchez, & à Valerio *locis citatis*, tenent Fragoſ. *de Regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 4. *diſput.* 10. *num.* 198. Bonacin. *de legibus diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 9. *num.* 13. *verſ. addo*, Giballinus *de vniuerſa rerum negociat. to.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *art.* 3. *num.* 10. *ad finem*;

471 Imò eandem opinionum tenent aduerſarij opinionum probabilium, nempe Fagnanus *dicto cap. ne innitaris num.* 138. vbi fatetur poſſe intellectum ſucceſſiuis temporibus nunc adhærere vni opinioni, & paulò poſt relicta illa adhærere oppoſitæ, melius P. Mercorus 2. *par. art.* 17. *verſ. & in hoc caſu*, Becan. *in ſumm. par.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *ſecunda concluſ. num.* 3. licet pro contraria opinione allegatus à Fagnan. *in qu.* 9. *num.* 13. vbi agit non de opinione æquè probabili, ſed de probabiliori.

Quod tamen intellige quando ſumus in opinionibus æquè probabilibus in queſtione iuris, ſecus in quæſtione facti, quia tunc quando vtraque pars probauit ex æquo factum ſuum, in ciuilibus cauſis Iudex debet Partes componere, & rem
472 diuiduam inter partes diuidere æqualiter, quod ſi ſit indiuidua per æſtimationem diuidere, ſic Salon 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 4. *controu.* 2. *concl.* 2. Sayr. *in claui lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 12. Fragoſ. *dicta diſput.* 10. *num.* 200. Bann. *num.* 22. *quæſt.* 63. *art.* 4. *dub.* 1. Bonacin. *loco cit. num* 14. *verſ. dixi*, Giball. *loco cit. num.* 9. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *quæſt.* 41. *num.* 15. & 16. vbi dicit, quod hoc caſu
473 Iudex poteſt vti ſorte ſi res ſit indiuidua, ex noſtris verò Anchar. *conſ.* 210. Soccin. ſen. *conſ.* 150. *ad fin. lib.* 1. Fagnanus *d. cap.*
474 *ne innitaris, de Conſtit. à num.* 236. quod noſtri appellant iudicium ruſticorum.

475 Ex his fortaſſe mota Rota Romana ſolet quandoque mandare, vt fiat concordia, vel ſaltem reſcribere *placeret con-*
476 *cordia*. Quia de iure ſolus Papa, vel Princeps poteſt compellere partes ad concordiam, Abb. *in cap. cum inter R, primo not. & n.* 7. *de elect.* Tuſchus *littera C, concl.* 564. *numer.* 1. Iudex autem poteſt ſuadere partes ad concordiam, non autem compellere, Baldus, & Salycet. *in l. ex ſtipulatione, C. de ſentent. & interloc. omn. Iudic.* Alexan. *conſil.* 144. Menoch. *de arbitrar. Iudic. caſ.* 442. *num.* 8. & ità ſeruare Rotam Romanam in arduis, & intricatis litibus, dixit Tuſc. *loco cit. num.* 5.

477 Addit tamen Menoch. Iudicem poſſe compellere ad concordiam Partes, quando ex eorum diſcordia adeſſet timor ſcandali, ex Bartolo, Angelo, & Ruino *locis per eum ibidem citatis*.

478 Et quibus caſibus olim fuerit locus concordiæ, vide allegatos à Tuſcho *in verb. opinio concluſ.* 155. *per totam*.

479 Secundò, intellige ſecluſo ſcandalo, quia ſi detur ſcandalum Iudex modo vnã, modo alteram opinionem æquè probabilem ſequi non poteſt, ſic volunt Medina, Sot. Salon, Aragon. Sanchez, Sayr. Salaz. *allegati* à Fragoſ. *loco cit. num.* 198. Bonacin. *loco cit.* Giballin. *loco cit. num.* 10. *in fine*, Valer. *verb. opinio dicta differentia* 3. *num.* 1. Card. de Lugo *loco cit. num.* 118. *in fine*, vbi quod ſi aliquando ſequeretur ſcandalum puſillorum, tunc ſeruari deberent regulæ communes de ſimili ſcandalo in rebus ex ſe licitis.

480 Imò dato ſcandalo ſi Iudex modo vni, modo alteri opinioni adhæreret, licet pec-
481 caret, non tamen teneretur ad reſtitutionem, ità Reginal. Sot. Sanchez. à Bonacin. *allegat. loco cit. num.* 13. *dicto verſ. addo*, Fragoſ. *loco cit.*

482 Tertiò intelligerem niſi in concurſu æqualium opinionum cauſa vnius eſſet
483 priuilegiata nempe cauſa dotis, matrimonij, cauſa criminalis pro reo, pupillorum, viduarum, pauperum, & ſimilium; nam tunc Iudex debet pro ea priuilegiata iudicare, Maſcard. *concluſ.* 1443. *num.* 12. & 13. quem ſequitur Giballinus *loco cit. nu.* 9. dummodò tamen altera opinio non appareret verior, quia tunc iſtæ cauſæ non poſſunt reputari fauorabiles, vt aliqua fiat iniuſtitia, ſed vt in æquali iure illis potius faueat, & non vbi ius alterius partis verius, aut probabilius appareat, quod vi detur innuere Mercorus *dicto art.* 17. *verſ. & in hoc caſu licet obſcure*.

484 Imò in hiſce cauſis priuilegiatis licet diſcedere à communi opinione, vt per Text. *in cap. fin. de re iudic.* voluere Hoſtien. & Abb. *in cap. ſi vir, de cognat. ſpiritual.* cum alijs, quos refert Fagnan. *dicto cap. ne innitaris num.* 232.

Poſt hæc ſcripta in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita coram Sanctiſſimo

Domino Nostro *feria 5. die 11. Martij* 1679. emanauit Decretum Innocentij Papæ XI. contra Propositiones 65. scandalosas, & in praxi perniciosas; inter quas duæ habentur circa probabilitatem, quarum prima in ordine *la seconda*, talis est: *Probabiliter existimo, Iudicem posse iudicare iuxta opinionem etiam minus probabilem*. Et altera in ordine *la terza*, talis est: *Generatim dum probabilitate, siue intrinseca, siue extrinseca, quantumuis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.* Quas duas Propositiones vnàcum alijs idem Sanctiss. Dominus Noster re maturè considerata statuit, & decreuit, vt tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnauit, & prohibuit.

Itaque cum supradicto Decreto me omninò conformando, assertiones recensitas circa opinionem probabilem profiteor, & declaro.

Sed an Pars, quæ obtinuit sententiam pro se, possit inconstans sententiæ renunciare? Hanc quæstionem vanam appellat Scacc. *de sent. & re indic. gloss. 14. quæst. 29. num. 1.* vti de re nunquam, aut rarò contingenti, quia, quis est, qui quod desiderauit, & labore, & impensa, tandem consecutus est, postea sine vllo vsu abijciat, & renunciet?

485 Sed dic licitam esse inconstantiam, & posse renunciare sententiæ, siue ea non vti, per Text. *in l. si Iudex circumuento, ff. de*
486 *minoribus,* vbi minor potest, si velit, non vti sententia restitutionis in integrum,
487 nec cogitur pretium restituere, & rem ab eo emptam reddere; Rationem reddit Iurisconsultus, quia vnicuique licet contemnere, quæ pro se introducta sunt, per quem Textum, dixit Bald. *in l. 2. quæst. 2. C. de fideiussor minor.* quod sententia lata pro
488 aliquo in ipsius priuilegium non imponit ei necessitatem ea vtendi, si nolit Odd. *de restit. in integr. par. 1. quæst. 48. art. 9. nu. 81.* Matienzo *lib. 5. tit. 11. leg. 12. gloss. 2. num. 8.* Scacc. *de sent. & re iudic. loco cit. num. 57.* Vincent. de Franc. *decis. 346. per tot.* Tiraquell. *de retract. lignagier. ad fin. qu. 4. num. 24.* Guttier. *practic. quæst. cap. 22. num. 4. vers. 2. per legem si Iudex.*

Sed difficultas est, an huiusmodi conclusio procedat in his, quæ sunt quæsita iure extraordinario, & speciali, an autem in his, quæ procedunt de iure communi?
489 Et quidem omnes Doctor. *supracitati*, excepto vno, Scacc. tenent huiusmodi inconstantiam licitam esse, quando sententia nititur aliquo iure speciali, & priuilegio, iuxta terminos *dicta l. si Iudex circumuento,* secus autem, si procedat ex dispositione iuris communis. Hinc propterea dicunt *præcitati* Doctor. quod consangui-
490 neus, cui competit ius retractus iure quodam speciali, cum de iure communi nemo cogatur vendere vni, plusquam alteri, *l. dudum, C. de contrahenda emptione*,
491 potest renunciare sententiæ obtentæ super iure retractus, Vincent. de Franch. *dicta decis. 346.*
492 Pariter videmus, quod termino alicui concesso de iure speciali posse impetrantem renunciare, ne aduersarius eo vtatur, Bartol. *in l. si post mortem, §. fin. num. 2. ff. de bon. possess. contra tabul.* Bald. *l. postquam num. 13. C. de pact.* Secus tamen de iure
493 communi, vt latè probat Guttierez. *loco cit. num. 20. vers. & tenendo.*
494 Ità è contrario si in ædilitia actione lata sit sententia ad commodum emptoris, qua condemnatur venditor, rem recipere, & restituere pretium, non potest emp-
495 tor sententiæ renunciare, quia ex ista sententia nascitur venditori actio in factum, Bald. *in l. si prædium, C. de ædilit. act.* Tiraquell. *loco cit. num. 25. in fin.* Sequenda est igitur huiusmodi opinio, quod, si sen-
496 tentia lata sit ex aliquo iure speciali, inconstantiam admittat, secus, si de iure communi, quia in iudicijs æqualitas est seruanda, latè Tiraquell. *loco cit. num. 27.* quidquid dicat Scacc. *loco cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Inconstantia in appellatione iam interposita an, & quando admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conceditur cuilibet oppresso, vel iniustè grauato.*
2 *Appellans renunciare potest appellationi interposita.*
3 *Non solùm expressè, sed etiam tacitè.*
4 *Appellationi dicitur expressè renunciatum quando quis per pactum, vel alium actum positiuè illi renunciat.*
5 *Appellationi dicitur tacitè renunciatum sinendo labi tempus ad appellandum.*
6 *Non appellans intra legitima tempora censetur acquiescere sententiæ.*

1 CVM quilibet oppressus, seu iniustè grauatus possit appellare, *cap. Omnis oppressus 2. quæst. 6. cap. Vt debitus, de appellat.* Specul. *de appellat. §. 1. in princip.* Ruginell. *eodem tract. §. 2. cap. 1. ampliat. 12. num. 118.* Papien. *in form. appellat. à sentent. diffinitiua in glos. coram vobis num. 5.* Scaccia *de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 5. art. 1. num. 1.* Barbos. *in cap. vt debitus num. 4. de appellat.* Surdus *cons. 271. num. 17.* Ridolphin. *in praxi par. 1. cap. 13. num. 111.* Herman. Vultec. *de Iudic. lib. 4. cap. 2. num. 14.*

Videndum est, an qui appellauit à sententia, inconstans possit eidem appellatio-
2 ni renunciare: & posse esse inconstantem, ac appellationi appellantem renunciare, probat Text. *in l. fin. in fin. C. de tempor. appellat. l. si quis libell. C. de appellat. cap.*

Sollicitudinem, de appellat. Andr. de Iser. *in cap.* 1. §. *Item sacramenta*, *col.* 5. *in fin. de pace iuramen. firmant.* Soccin.*cons.*45.*nu.*12. *lib.* 1. Marant. *in Specul. par.* 6. *vers. & quandoque apppellatur numer.* 341. Baldus *dicta l. fin. C. de tempor. appellat. num.* 5. & ibi Salyc. & alii *in apostill. ad Baldum*, Angel. *cons.* 187. *num.* 3. Barbat. *cons.*12. *lib.*4. *in princip.* Donad. *de renunc. tom.*1. *cap.*45. *num.*21. Gallerat. *de renunc.centur.* 2. *renunc.* 173. *num.* 9. Vueltec. *d. cap.* 2. *num.* 13.

3 Huiusmodi autem inconstantia potest esse expressa, vel tacita; Expressa, quando quis per pactum, vel aliàs expresse renun-
4 ciat appellationi, *cap. Interposita*, §. *ille denique*, *& cap. Dilecti de appellat.* Baldus *l. tale pactum*, §. *qui pronocauit, ff. de pactis*, Rebuff. *de appellat. art.* 15. *gloss.* 1. *num.* 3. Ruginell. *de appellat.* §. 9. *gloss.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.*2. *num.* 6. *& num.* 12.

Tacitè autem fit renunciatio multis modis.

5 Et primò, si grauatus sinat labi tempus ab homine, lege, statuto, vel constitutione, concessum ad appellandum, Doctores omnes *in cap. Cum sit Romana*, *& in cap. personas, de appellat.* Bart. *in l.* 1. *ff. nil nouan. appellat. pend.* Bald. *l. eos nu.* 5. *C. appellat.* Castrens. *l. Præses*, *ff. de re iudic.* cum alijs quos adducit Ruginell. *de appellat. loc. cit. num.*15. Scacc. *d. quæst.* 17. *limit.* 2. *num.*69.

6 Censetur enim tunc grauatus acquiescere sententiæ Baldi *l. si vt proponis num.*1. *&* 2. *C. de nupt. & in l. qui satisdare num.* 3. *ff. de fideiussor.* Rota *decis.* 24. *num.* 13. *par.* 7. *& decis.* 176. *num.* 8. *par.* 10. *recent.*

Secundò, tacitè quis videtur renunciare appellationi, si post appellationem in-
7 terpositam, & ei concesso termino iuris non rediit in tempore pro Apostolis, *Clem. quamuis*, vbi Gloss. *in verb. videtur*, & ibi Doctores communiter *de appellat.* Caual. *decis.* 194. *num.* 1. Cassad. *decis.* 8. *num.*1. *de appellat.* Rota *decis.* 57. *aliàs* 460. *eodem titul.* Mantic. *decis.* 92. *numer.* 1. *& decis.* 128. *num.* 3. Rebuff. *d. tract. de appellat. gloss.* 1. *num.* 11. *art.* 15. Scaccia *eodem tract. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 24. Rota *decis.* 178. *par.* 1. *diuers. & decis.* 144. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers. & decis.* 420. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* cum alijs per Addent. *ad decis.* 573. *Gregorij XV. nu.* 12. Merlin. *dec.* 275. *num.* 1. Scacc. *loco cit. num.* 70. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.*13. *sub num.*175. *&* 182. Rota *decis.* 24. *sub num.* 3. *par.* 11. *recent. & decis.* 345. *par.* 1. *nu.* 1. Dunozett iun. *decis.* 696. *num.* 1. Bich. *decis.* 251. *num.* 1.

8 Adeout nec propter impedimentum superueniens appellans excusetur, Rota *d. decis.* 144. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.* & fuit dictum *in Salutiarum pensionis* 14. *Nonembris* 1616. *coram Cardin. Verosp. sen.* vbi,
9 quod nec etiam excusat negligentia Procuratoris, quia debet sibi imputari, qui
10 negligentem Procuratorem constituit, Addent. *vt supra*, Ridolphin. *in prax. dicto cap.* 13. *num.* 182. Burattus *decis.*743. *nu.*1. *& seqq.* Ferentill. *ad Burattum decis.* 556. *num.* 8. *& seqq.*

11 Si autem infra terminum iuris ei assignatum causam commiserit, non tenebitur redire pro Apostolis, Rota *decis.* 54. *de appellat. in antiq.* Crescen. *decis.*65. *lib.*1. Mantic. *dicta decis.* 128. *num.* 3. Verallus *decis.* 138. *par.* 1. *& decis.* 115. *par.* 2. Rota *decis.* 734. *num.* 2. *par.* 4. *diuers.* Addent. *ad decis. Gregorij* 563. *num.* 14. Duranus *decis.* 43. *num.* 4. Rota *decis.* 24. *numer.* 4. *par.* 10. *recent.*

12 Quod procedit, etiamquod die 31. pro Apostolis reuersus fuerit, vt in pluribus decisionibus allegatis ab eodem Mantica *dicta decis.* 92. *num.* 1. Barbos. *in Clement. quamuis num.* 3. *de appellat.*

13 Intellige, si quando interposita fuit appellatio petiti sunt Apostoli, aliàs non suffragaretur commissio causæ infra terminum iuris, vt declarando dictam decisionem Veralli dixit Comitulus *decis.* 48. *num.* 8. Ridolphin. *in praxi d. cap.* 13. *num.*185. Duran. *decis.* 43. *num.* 4. Addent. *ad Burattum d. decis.* 556. *num* 12.

14 Aduertendum tamen est, quod non sufficit ostendere diligentiam, & præsentatam obtentam à Domino Regente, si Iudex dedit terminum iuris, quia appellans omnino tenetur redire pro Apostolis,
15 secus, si Iudex dederit reuerentiales, vt benè declarat Merlinus *dicta decis.* 275. *num.* 6.

16 Si autem Iudex detulit appellationi, appellans non tenetur redire pro Apostolis, Lancellottus *de attent. par.* 2. *cap.* 50. *num.* 203. Seraphin. *decis.*565. *num.*1. cum alijs per Addent. *loc.cit. num.* 15. Ferentill. *ad Buratt. d. decis.* 556. *num.* 14. Ridolphin. *dicto cap.* 13. *num.* 179.

17 Tertiò, videtur tacitè renunciatum appellationi, si appellans non se præsentet in tempore præstituto ad se præsentandum coram Iudice, ad quem, *cap. Personas, de appellat. cap. sæpe eodem tit.* Baldus *l. Præses*, *C. eodem*, Rebuffus *loco citato num.* 12.

18 Ideo si quis appellauerit ad Iudicem competentem, & plures sint Iudices competentes appellationis, si infra tempus, quo poterat appellari, non declarauit, ad quem Iudicem illorum appellabat, videtur tacitè appellationi renunciasse, Gloss. *in cap. Si is, cui, vers. durante, de offic. Deleg. in* 6. Alex. *cons.* 12. *num.* 3. *lib.* 6. Rebuffus *de appellat. artic.* 5. *gloss. vnic. num.* 5. cum alijs per Ruginellum *loco cit. num.* 19.

Quartò,

19 Quartò, videtur tacitè renunciare ap-
pellationi, qui appellationem non prose-
quitur, cum paria sint non appellare, &
appellationem non prosequi, & appella-
20 tioni renunciare, Rota *decis. 1. de appellat.*
in nou. Lancellott. *de attent. cap. 12. am-*
pliat. 2. num. 2. Scaccia *loco cit. num. 30.*
Verall. *decis. 177. par. 3.* Afflict. *decis. 78.*
num. 2. Buratt. *decis. 301. num. 17.*
21 Quod procedit etiam in Procuratore,
quia licèt Procurator non possit expressè
renunciare appellationi, Bald. *in l. fin. §.*
vltim. num. 7. C. de tempor. appellat. cum
alijs, quos citat Scaccia *loco citato num. 71.*
22 Potest tamen tacitè renunciare appella-
tioni eam non prosequendo, Franc. *in cap.*
Ex ratione num 40. & 42. & ibi Cardin.
Alex. *num. 18. de appellat.* idem Franc.
cap. Nicolao, quæst. 3. num. 13. eodem titul.
Verall. *ad Afflict. d. decis. 78.* Scaccia *loc. cit.*
num. 71.
23 Cæterum plures sunt causæ, quæ huius-
modi inconstantiæ præsumptionem ex-
cludunt. Nam impeditus, cui non cur-
rit tempus ad prosequendam appellatio-
nem, non videtur appellationi renuncias-
24 se, Franc. *in cap. Ex ratione in gloss. 1. de*
appellat. Gloss. *in cap. Venerabilis, vers. im-*
pedimento, de sent. excomm. in 6. Guidopap.
decis. 213. cum alijs per Paris. *de resignat.*
lib. 11. quæst. 13. num. 13. latè etiam Scac-
cia *de appellat. quæst. 15.* Barbosa *ad cap.*
Cum sit Romana, de appellat. in 6. vbi quod
25 impedimentum debet esse tale, quod fa-
cile remoueri non possit ex Menochio
cons. 100. num. 127. & Surd. *decis. 189.*
num. 30. & Paris. *loco citato*, & debet ab
appellante probari, Ludou. *decis. Perus. 36.*
Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 15. num. 52.*
26 cum aliis per eum allegatis; imò tenetur
idem protestari, Menoch. *dicto cons. 100.*
num. 118. Mascard. *de probat. conclus. 116.*
num. 10.
27 Secunda causa est, si pendeat compro-
missum, quia non currit tempus, Abb.
in dicto cap. Ex ratione num. 7. & ibi But.
num. 6. Franc. *num. 16.* Card. Alex. *num. 16.*
Dec. *nu. 27. de appellat.* Misinger. *obser. 98.*
cent. 5. num. 4. cas. 3. Caputaq. *decis. 11.*
nu. 1. par. 2. Scaccia *de appellat. d. quæst. 15.*
num. 105. vbi plura ad materiam.
28 Tertia causa est paupertas, nam illa
cursum fatalium sistit, Boer. *decis. 247.*
num. 16. Guidopap. *de appellationib. qu. 15.*
num. 1. Mandos. *de monit. quæst. 37. num. 3.*
Thesaur. *decis. Pedemont. 10. num. 5.* vbi
29 admonet Procuratorem pauperis, vt sæ-
pius illum ad protestandum impellat,
Scaccia *d. quæst. 15. à num. 45.* vbi plura,
Barbos. *d. cap. Cum sit Romana num. 10.*
30 Quarta causa est minoritas, quia mi-
nori datur restitutio in integrum aduer-
sus lapsum fatalium ob tutoris negligen-
tiam causatum, etiamquod tutor soluen-
31 do existat, Vincent. de Franc. *decis. 473.*
per Rotam, Barb. *d. cap. Cum sit Romana*
32 *num. 12.* alias causas adducit Thesaurus
dicta decis. 10. sed quia reducuntur ad
impedimenta, ideo ad illum te remitto.
33 Quintò, videtur inconstans esse, & re-
nunciare tacitè appellationi appellans, si
post appellationem redit ad eundem In-
dicem, à quo appellauit, Franc. *in cap. Cum*
teneantur num. 4. & in cap. Sollicitudinem,
quæst. 6. num. 10. de appellat. Rebuff. *dicto*
tract. artic. 15. gloss. 1. numer. 7. Marant.
par. 6. in verb. & quandoque appellat limit. 29.
num. 342. Gabriel. *de appellat. conclus. 2.*
num. 1. Verall. *decis. 29. numer. 1. par. 1.*
cum aliis per Scacciam *d. quæst. 17. limit. 2.*
num. 14. vbi comprobat exemplo illius,
qui opponit contra Iudicem exceptionem
34 incompetentiæ, quia si post oppositam
exceptionem inconstans coram eo com-
pareat, & litiget huiusmodi exceptioni
renunciare videtur Lancellott. *de attent.*
par. 2. cap. 6. de attent. post recus. num. 28.
& ex aliis, quos ibi allegat Scaccia
lib. 1. de Iudic. cap. 101. num. 19. & vltra
allegat. à Scaccia *dicta quæst. 17. limit. 2.*
num. 14. dixit Rota *coram Bichio decis. 397.*
num. 19. & decis. 718. numer. 22. par. 4.
tom. 3. recent.
35 Quod habet locum, etiamquod Iudex
nihil faciat, quia sufficit ad hunc effectum
appellantis comparitio, Felyn. *in d. cap.*
Cum sit Romana num. 10. de appellat. Gabriel.
d. conclus. 2. ampliat. 2. num. 3. Scaccia *dicta*
quæst. 17. num. 15.
36 Secundò, habet locum, etiamsi appel-
lans compareat non coram eodem Iudice,
qui grauauit, sed coram alio Iudice illius
Superiore, ad quem tamen non sit appel-
latum, Abbas *d. cap. Sollicitudinem num. 4.*
de appellat. Marant. *loco cit. limit. 29.* Gabr.
d. conclus. ampliat. 1. num. 2. Scacc. *loco cit.*
num. 16. vers. amplia secundo.
37 Multò magis si comparuisset coram
Iudice æquali, qui tamen potuisset cogno-
scere de causa principali, quia tunc cen-
setur renunciare appellationi, Dec. *dicto*
cap. Sollicitudinem, in fin. de appellat. Scacc.
loco citato num. 17. vers. subamplia à for-
tiori.
38 Tertiò, habet locum, non solùm in
principali appellante, sed etiam in eius
Procuratore, Bellam. *decis. 137.* Gabr.
d. conclus. 2. ampliat. 3. num. 4. Scacc. *loco*
cit. num. 18. vers. amplia 3.
39 Contrarium de directo voluit Rota
coram Verallo *decis. 29. par. 1.* ea ratione,
quia Procurator non potest Domino præ-
iudicare renunciando appellationi pro se
interpositæ, Alexander *l. bonorum, ff. rem*
rat. hab. & hanc opinionem tenuit eadem
Rota coram Mohed. *decis. 3. aliàs 9. de*

de appellat. & ibi Addit. *littera B*, Vrsill. ad Afflict. *decis.78. num.9.*

40 Quam opinionem credo veram, quia licet Procurator possit præiudicare Domino omittendo, non tamen potest præiudicare committendo, Bald. *in cap.1. vt lit. non contest.* Ias. *l. si Procurator 8.limit. C. Procur.* cum alijs per Addent. *ad decis. 75. Gregor.XV. num.4.*

41 Non videtur tamen esse inconstans redeundo ad Iudicem grauantem appellans intra terminum ad appellandum, qui appellationi futuræ non censetur renunciasse, Felyn. *in cap. gratum num. 7. de offic. & potest. Iud. delegat.* & ibi Dec. *num.19.* cum alijs, quos refert Gabr. *loco cit. num.5. & 6.* Scacc. *loco cit. num.26.*

42 Contrarium voluit Rota *decis. 2. aliàs 287. de appellat. in nou.* optima quidem ratione, quia faciliùs renunciatur iuri quærendo, quàm quæsito, dummodo actus

43 factus ab appellante non sit actus declinatorius iurisdictionis, sed approbatorius, & hanc opinionem tenet Dec. *dicto cap. gratum num.20. de offic. & potest. Iud. delegat.* Scacc. qui alijs fundamentis eam comprobat *loco cit.num.26.vers.contra hanc restrictionem, & num. 27.*

44 Hinc primò infertur, quod, si appellans redeat ad Iudicem, & faciat actum, qui tendat ad executionem sententiæ, tunc procul dubio dicitur renunciasse iuri appellandi secundum distinctionem, quam ex Ioanne de Lignano, refert Rota *decis.2. de renunc. in nou.* Abb. *dicto cap. sollicitudinem, in fin. num.10.* Franc. *num.14.de appell.* Felyn. *dicto cap. gratum num. 7.* & ibi Dec. *num.20. de offic.& potest. Iudic. delegat.* Gabr. *dicta conclus.2.num.7.* Scacc. *loco cit.num.28. vers. amplia primò.*

45 Et ideò, si condemnatus petat tempus ad soluendum id, in quo condemnatus est, videtur acquieuisse sententiæ, & appellationi renunciasse, *l. ad solutionem, C.de re iudic.* Abb. *cap.quoad consultationem nu.25.* & ibi Felyn *num.6. de sent.& re iudic.* Abb. *in dicto cap.sollicitudinem num.10.de appellat.* Rebuff. *eodem tract. art.15. gloss.1. num. 26.* Gabr. *dicta conclus.2. num. 8.* Scacc. *loco cit. num.28.vers.pone primò casum,* Rot. *d.decis.2. de renunciat. in nou.*

Quod procedit non solùm si condemnatus, & appellans non suo spontaneo motu terminum petierit, sed acceptauerit

46 terminum, seu præceptum sibi factum à Iudice de aliquid faciendo, quia per hanc acceptationem dicitur renunciasse iuri appellandi, Franc. *dicto cap. sollicitudinem num.14.* & ibi Cardin. Alex. *num. 28.* Felyn. *dicto cap.consultationem num.7.limit.2.* Dec. *dicto cap.gratum num.20. de offic.delegat.* Scacc. *loco cit. num.35.*

Et quamuis nonnulli recesserint ab hac opinione, quos adducunt Gabr. *d.conclus.2. num. 9. vers contrarium*, & Scacc. *loco cit. num. 35. vers. contra hanc*; Non recedas à priori opinione, quam tenet Rot. *d.decis.2. aliàs 287. de renunciat. in nou.* quia est actus approbatorius iurisdictionis, & non declinatorius, vt ibi per Rot.

47 An autem, si non Principalis, sed Procurator peteret terminum ad soluendum, videretur tacitè renunciare appellationi? Credit renunciatum, Felyn. *dicto cap. quoad consultationem num. 7. in fin. de re iudic.* Marsil. *singul. 187.* quos sequitur Gabr. *conclus. 3. de appellat. num. 2.*

48 Sed hæc opinio patitur difficultatem per ea, quæ diximus *supra* de Procuratore coram Iudice, qui grauauit; quod autem dictum fuit de petitione termini ad soluendum, idem dic in offerente, se soluturum, Gozzadin. *cons. 98. num.19.* Corn. *cons.259. num.1. vol.1.* Gabr. *dicta conclus.2. num. 5.* vbi *num. 6.* dicit idem esse in offe-

49 rente cautionem de stando iuri, Alexan. *in apostill.* ad Bartol. *l. ad solutionem, de re iudic.*

50 Imò, si peteret terminum à Iudice super alio articulo, censeretur renunciasse facultati appellandi, vt ex Rot. & Abb. refert, & sequitur Gabr. *dicta conclus. 2. num. 10.* Scacc. *loco cit. num. 42.*

51 Aduerte tamen, quod non inducitur tacita renunciatio appellationis per termini susceptionem, quando ille fuisset petitus per errorem, Felyn. *dicto cap. quoad consultationem num. 7.* Alex. *in apostill.* ad Bartol. *dicta l.ad solutionem,* Bald. & Salyc. *dicta l.* vt per Gabr. *dicta conclus.3. num.12.* Scacc. *loco cit. num.40.*

52 Nec induceretur, si coactus ex forma Statuti illum susciperet, vel solueret, Petr. de Bellapertica *l. cum ex causa nu.11. de appellat.* Gabr. *dicta conclus. 3. num. 10. & 11.* Vrsill. ad Afflict. *d. decis.78. num.7.* Scacc. *loco cit. num.41.*

53 Pariter cessaret inconstantia, si petens terminum, seu dilationem protestaretur, quod non intendit renunciare appellationi, Cyn. *dicta l. ad solutionem, C. de re iudic.* Felyn. *dicto cap. quoad consultationem num. 5.* Gabr. *dicta conclus.3.num.13.* de qua tamen conclusione vide plura apud Scacc. *loco cit. à num. 43.* & apud Put. *decis.370. lib.1. in correct.aliàs 380. in antiq.* Bich. *decis.491. num. 8.* Rota *decis.718. num.22. par.4. to.3. recent.*

Nec esset argumentum inconstantiæ, si quis appellasset ab excommunicatione,

54 & nihilominus illam obseruaret, quia non diceretur renunciasse appellationi, Felyn. *dicto cap. quoad consultationem num.7.* Gabriel. *dicta conclus.3. num.25.* vbi, quod

55 hoc tanto magis procederet, si appellans protestaretur, se ea de causâ excommuni-

cationem obſeruare, quia timet ne excommunicatio teneat.

56 Si autem excommunicatus compareret coram Iudice, & peteret abſolutionem ab excommunicatione, tunc non diceretur renunciaſſe appellationi, ſi peteret tantummodo reuocationem grauaminis, vt poſſit proſequi appellationem, ſecùs ſi compareret ad effectum, vt videretur de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ, vt conciliando opiniones, voluit Abb. *in cap. quæſtioni num.5.& 6.de appellat.* Gabr. *dicta concluſ.2. num.26. & 27.* Scacc. *loco cit. à num.*60.

57 Secundò infertur, quod ſi grauatus expreſsè approbat ſententiam, tunc videtur renunciaſſe appellationi, Scacc. *loco cit. num.* 2.

Non erit tamen ſignum inconſtantiæ, & tacitæ renunciationis appellationis, ſi
58 Pars grauata compareret coram Iudice grauante pro reuocatione grauaminis, Gloſs. *in cap. ſi à Iudice, in verb. Renerius, de appellat. in 6.* Abb. *in dicto cap. gratum nu.7. de offic. delegat. & in dicto cap. quoad conſultationem num.* 13. *de re iudic.* cum alijs per Gabr. *dicta concl.2.num.*14. Carill. *deciſ.*221. *num.* 5. Bich. *deciſ.* 324. *num.* 5. vbi quod
59 ſecus eſt vbi præceſſit reſcriptum Signaturæ mandans Iudici à quo, vt iterum audiat, nam exinde remanet circumducta appellatio, & appellans redeundo ad Iudicem à quo dicitur renunciaſſe appellationi, quia acceptauit reſcriptum Signaturæ incompoſſibile cum appellatione.

60 Dummodò verè inſtet, vt Iudex cognoſcat de grauamine ad effectum illud reuocandi, Dec. *in cap. cum teneamur, in 3. not. de appellat.deciſ.*287. *aliàs 2.de renunc. in nou.* Gabr. *dicta concluſ.2.num.*15. vbi *nu.*16.
61 ampliat in quolibet actu non contrario appellationi, vt per Felyn. *conſ.*13. *num.*2.

62 Pariter non erit ſignum inconſtantiæ, quando grauatus adiret Iudicem non tanquam Iudicem, ſed tanquam bonum virum ad compoſitionem tractandam cum Parte, Felyn. *dicto cap.gratum limit.*9. addit. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.*193. 4. *fall.* cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.*2. *num.*20.

63 Nec erit ſignum tacitæ renunciationis appellationi, ſi grauatus adit Iudicem grauantem, vt cauſam ad ſuos Iudices remittat, Anton.de Butr. *in cap.cum veniſſent,* & ibi Abb. *num.* 9. Io.Andr. *circa finem, de eo, qui mitt.in poſſeſs.cauſ.rei ſeruan.* Gabriel. *dicta concluſ.*2. *num.*21.

64 Ceſſabit pariter præſumptio renunciationis appellationi, ſi Iudex eſſet talis, qui poſſet etiam cognoſcere de cauſis, de quibus ab ipſo eſt appellatum, vt poſt Hoſtien. tenet Anton. de Butr. *dicto cap. cum veniſſent num.* 4. & ibi Abb. *num.* 9. Bald. *num.* 8. Io. Andr. *circa fin.* Felyn. *dicto cap. gratum* 8.*limit.* cum alijs per Gabr. *d.concl.*2. *num.*22. Scacc. *dicta quæſt.*17. *limit.*2. *nu.*66. qui exemplificat in Legato in partibus.

65 Minus erit ſignum inconſtantiæ, ſi actus factus ab appellante coram Iudice à quo ſonat in pati, non autem in agere, vtputa cum excommunicatus à Iudice appellat,
66 ſed tamen abſtinet à prohibitis excommunicatos, nam, licet videatur tolerare, & acquieſcere præcepto excommunicationis, non tamen dicitur per hoc renunciaſſe appellationi, quia actus conſi-
67 ſtens in patiendo non arguit conſenſum, ſicut actus conſiſtens in agendo, Anton. de Butr. *d. cap. gratum num.*4. Felyn. *num.*8. Dec. *nu.*26. Franc. *in dicto cap. ſollicitudinem quæſt.6. num.*10.*limit.*1.*de appellat.* cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.2.num.*23. *& concl.*3. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.*56.

68 Ceſſabit quoque inconſtantia, ſi grauatus compareat coram Iudice à quo cum proteſtatione, quod non intendit appellationi renunciare, vt probat Text. *in dicto cap. ſollicitudinem,* & ibi Franc. *nu.*8. Innoc. *in cap. quæſtioni, de appellat. & in cap. qua fronte, eodem tit.* Hoſtien. *cap. ſignificauerunt num.3.de teſtib.* & ibi Io. Andr. Addent. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 194. cum alijs per Gabr. *dicta concluſ.2.num.*24. latè Scacc. *loco cit. à num.*43. Bich. *deciſ.*491. *num.*8.

69 Ceſſabit etiam tacita appellationis renunciatio, quando excommunicatus comparet coram Iudice excommunicante, & petit abſolui, vt poſſit proſequi ſuam appellationem, Abb. *in dicto cap. quæſtioni num.5.& 6. de appellat.* Gabr. *dicta concluſ.2. num.26.& 27.* cum alijs per Scacc. *loco cit. num.*60.

70 Secus autem, ſi abſolutionem peteret ſimpliciter, Franc. *d.cap. qua fronte num.*26.
71 *de appellat.* vel taliter, quod ipſe Iudex cogniturus ſit de iuſtitia, Scacc. *loco cit. num.*60. *verſ.ſecus.*

72 Pariter ceſſabit præſumptio inconſtantiæ, ſi rediens ad Iudicem coram eo iura producat, vt ab executione abſtineat, quia non videtur appellationi renunciare, Franc. *in dicto cap. cum teneamur, col.* 1. *in fin. de appellat. & in dicto cap. ſollicitudinem col.4. de re iudic.* Addent. ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.*194. 12.*limit.* Rota *deciſ.* 63. *aliàs* 475. *de appellat. in nou.* vbi per hanc rationem comprobat hoc dictum, Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.*28.

73 Ceſſabit quoque tacita appellationis renunciatio, ſi grauatus compareat coram Iudice à quo pro reuocatione attentatorum, Abb. *in dicto cap. cum teneamur in 2. not.de appellat.* & ibi Dec. *in 3.not.* Additio ad Cappell. Tholoſ. *deciſ.* 193. *in* 3. *fall.* Gabr. *dicta concluſ.* 2. *num.* 29. Lancell. *de attent. par.2.cap.*12. *ampliat.*2.*num.*5. Scacc. *loco cit. num.* 53.

74 Ceſſabit quoque inconſtantia, quando

grauatus comparet coram Iudice à quo petendo, vt prouideat, ne ipse appellans turbetur in sua possessione, Paris. *cons.*54. *num.*21. *vol.*3. Gabr. *dicta conclus.*2. *num.*30. Scacc. *loco cit. num.*61.

75 Hoc autem potest contingere dupliciter; Primò, si turbetur ab ipso appellato, hoc est si spolietur ab eo appellatione pendente; Secundò, si turbetur ab aliquo tertio, vt post Franc. *in dicto cap. cum teneamur num.*15.16.17.*&* 19. declarat Scacc. *loco cit. à num.*61.

76 Item non habebit locum inconstantia, si comparitio facta coram Iudice à quo non fuit acceptata, quia tunc non censetur grauatus renunciare appellationi, Anton. de Butr. *in dicto cap. gratum in* 4. *not.* & ibi Felyn. *in* 3. *limit.* Dec. *in* 3. *limit.* cum aliis per Gabr. *dicta conclus.*2. *num.*19. Scacc. *loco cit. num.*51.

77 Et hoc procedit siue comparitio fuerit impugnata à Iudice, siue à parte, & multo magis, si ab vtroque, vt post Anton. de Butr. & Franc. tenet Scacc. *loco cit. num.*51. *&* 52.

78 Item cessabit inconstantia, si Iudex à quo detulerit appellationi, quia, etiam quod grauatus compareret coram eo, non propterea censetur renunciare appellationi, Franc. *in cap. si à Iudice num.*6. *in fin. de appellat. in* 6. Soccin. *cons.*21. *vol.*4. Roman. *cons.*501. *num.*2. Addit. ad Cappell. Tholos. *decis.*193. *in* 10. *limit.* Rota *decis.*49. *aliàs* 363. *de appellat. in nou.* Gabriel. *dicta conclus.*2. *num.*17. Scacc. *loco cit. num.*54.

Et quamuis contrarium tenuerint Felyn. & Dec. *in dicto cap. gratum,* ille *num.*9. hic *num.*31. eisdem ferè argumentis; non
79 recedas ab opinione Rotæ, quàm tamen dic procedere in Iudice delegato, non autem in Iudice ordinario, vel tali Iudice, qui potest adiri per simplicem querelam, vt dicit Rot. *dicta decis.* & sequuntur Gabr. & Scacc. *loco cit.*

80 Denique dic cessare inconstantiam, & præsumptionem tacitæ renunciationis, si Iudex à quo induxerit dolosè appellantem ad comparendum, & faciendum actum, vel metu appellans prosequitur iudicium coram Iudice à quo, Felyn. *dicto cap. gratum num.*10. *limit.* 6. vbi etiam latè
81 dicit cessare tacitam renunciationem, si actus fiat ab aliquo appellantis amico, vel filio, ipso appellante, non mandante, neque ratum habente, sequitur Scacc. *nu.*57. *&* 58.

82 Redeundo igitur ad renunciationem appellationis expressam, dic eam non probari, ex eo, quod, qui appellauit, dicat velle renunciare appellationi, quia aliud est velle renunciare, aliud renunciare, Rebuff. *de appellat. art.*13. *glos.*3. *num.*3. Scacc. *loco cit. num.*8. *vers. aducrte.*

83 Dic secundò, huiusmodi renunciationem posse fieri per pactum, & sine pacto,
84 tam per scripturam, quàm sine scriptura, Franc. *in cap. interposita,* §. *ille denique nu.*2. *de appellat.* Scacc. *loco cit. num.*9.

85 Dic tertiò, vt possit grauatus renunciare appellationi, etiam inuito appellato, Bartol. *in l. si quis libellus, C. de appellat.* Scacc. *loco cit. num.*44.

86 Quod intellige in præiudicium ipsius renunciantis, secus quoad præiudicium appellati, quia eo inuito, renunciatio fieri nequit, Bartol. *dicta l. si quis libellus, C. de appellat.* Franc. *dicto cap. interposita,* §. *ille denique quæst.*8. *num.*12. & ibi Cardin. Alex. 7. *fall.* Anton. de Butr. *num.*2. *de appellat.* Papien. *in forma appellat. à sent. definit. in in gloss. occasione cuiusdam num.* 4. Felyn. *in cap. ex parte il secondo num.* 5. *de rescript.* Scacc. *loco cit. num.*94. addo Surdum *decis.* 143. *num.*3. Donad. *de renunc. cap.*25. *nu.*99.
87 *&* 127. Ratio est, tum quia nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam, *l. nemo potest, ff. de regul. iur. cap. mutare, eodem*
88 *tit. in* 6. Tum quia appellatio efficitur communis, Verall. *decis.* 36. *num.*2. *par.*1. Scacc. *loco cit. num.* 94. *vers. ratio est aperta,* Donad. *de renunc. cap.* 25. *dicto num.* 99. Et
89 appellatus potest prosequi appellationem appellante inuito, Rota *decis.*47. *aliàs* 507. *de appellat. in antiq. & decis.*7. *aliàs* 65. *eodem tit. in nou.* Ideò appellans non potest disponere, nisi quoad sui præiudicium, Scacc. *loco cit. num.* 94. *vers. ratio est aperta, ad fin.*

90 Quod procedit non solùm respectu appellati, sed cuiuscunque alterius habentis interesse, & dictæ appellationi adhærentis, Franc. *in cap. vna sententia, de appellat.* Aret. *in l. ab executore,* §. *alio condemnato*
91 *num.*6. *ff. de appellat.* qui loquitur in consorte non appellante, Scacc. *loco cit. nu.*95. *&* 96. vbi in pluribus condemnatis.

92 Hinc propterea, si appellato intersit, parum curandum est, an res sit integra, an non, hoc est an fuerit præsentata citatio appellato, cum ad hunc effectum non sufficiat, vel præsentatio appellationis, vel oblatio libelli facta superiori, *dicto cap. interposita,* §. *ille denique, de appellat.* Bart. Angel. & Imol. *in l.* 1. §. 1. *ff. à quibus appellare non liceat, & in l. proluxorio,* §. 1. *ff. de appellat.* cum aliis per Cost. *de re integr. distinct.*58. *num.*10. *cum seq.* Atsi esset inte-
93 resse appellati, tunc, siue res sit integra, vel non, semper valet renunciatio, inuito etiam appellato, Cost. *dicto tract. & loc. num.*13. Scacc. *loco cit. num.*102.

94 Quando autem intersit, vel non intersit appellato, seu alteri, videndus est latè Scacc. *dicta quæst.*17. *limit.* 2. *à num.*98. vbi ponit plures casus; Dic tamen, quod in omni casu, in quo appellans potest renun-

95 ciare appellationi, etiam inuito appellato, siue res sit integra, siue non, debet reficere expensas, quas appellatus fecit prosequendo appellationem, *dicto cap. interposita*, §. *ille denique*, & ibi Abb. Franc. & cæteri *de appellat*. Scacc. *loco cit. num.* 112. Cost. *loco cit. num.* 15. Ratio est, quia ex huiusmodi inconstantia præsumitur, quod ap-
96 pellans temerè appellauerit, meritò condemnatur in expensis, Dec. *dicto* §. *ille denique num.* 2. Scacc. *loco cit. num.* 112. *vers. ratio*.

97 Quæ condemnatio habet locum, etiam si appellatus non receperit appellationem, Addit. ad Felyn. *in dicto cap. ex parte il* 2. *num.* 5. *de rescript.* Scacc. *loco cit. num.* 113.

98 Imò, & si appellans habuisset iustam causam litigandi, vt reprobato Franco, dixit Dec. *dicto* §. *ille denique num.* 6. Scacc. *loco cit. num.* 122.

99 Cessabit tamen condemnatio expensarum, si appellans renunciet appellationi conditionaliter, vtputa, si diceret, Iudicem esse bonum virum, & non grauasse ex proposito, & contentaretur, quod ipse iudicaret, dummodo grauamen reuocaretur, Franc. post Io. Andr. & Imol. *in dicto* §. *ille denique limit.* 2. *num.* 1. & ibi Dec. *num.* 7. Scacc. *loco cit. num.* 123.

100 Nec reficiendæ erunt expensæ, quas appellatus fecit ratione desertionis, sed solùm illæ, quas fecit prosequendo appellationem, Anton. de Butr. *dicto* §. *ille denique num.* 5. Franc. *num.* 1. *limit.* 3. Cardin. Alex. *num.* 5. Dec. *num.* 8. Scacc. *loco cit. num.* 124.

101 Dic quartò, vt renunciata appellatione censeatur etiam renunciatum nullitati sententiæ, si nullitas stet adhærenter, & accessoriè inclusa in appellatione, Franc. *dicto* §. *ille denique quæst.* 4. *num.* 5. *& in cap. dilecto quæst.* 49. *num.* 114. *de appellat.* Rip. *in l.* 4. §. *condemnatum fall.* 3. *num.* 18. *ff. de re iudic.* Scacc. *loco cit. num.* 131. *vers. secus*, Cancer. *var. to.* 2. *cap.* 18. *num.* 22. Ratio est, quia nullitas sic deducta assumit naturam appellationis, & secundùm eam regulatur, Butr. *in cap. exhibita numer.* 16. *de Iudic.* Contard. *ad l. vnic. limit.* 7. *num.* 6. *cum alijs seqq. C. vt de moment. possess.* Gregor. XV. *decis.* 470. *num.* 13. Secus, si nullitas stet
102 principaliter, quia tunc ei non censetur renunciatum, Bartol. *l. tale pactum*, §. *qui prouocauit il secondo quæst.* 13. *num.* 12. *ff. de pact.* Franc. *dicto cap. dilecto quæst.* 49. *nu.* 114. *& quæst.* 58. *num.* 171. Scacc. *loco cit. nu.* 125. 126. *&* 131. Cancer. *var. dicto cap.* 18. *nu.* 21. *to.* 2. Imò, si nullitas principaliter dedu-
103 catur, etiam renuncians appellationi grauatus erit audiendus, cum sint iura separata, & diuersa, Franc. *dicto cap. dilecto quæst.* 49. *num.* 114. Scacc. *loco cit. num.* 128.

104 Aduerte tamen, quod quamuis quis possit renunciare appellationi tacitè, & expressè in causa ciuili, denegatur tamen huiusmodi inconstantia in causa criminali, Bald. *l. fin.* §. *vlt. num.* 5. *C. de tempor. appell.* Franc. *cap. cum speciali*, §. *porrò num.* 6. *de appellat.* Guidopap. *de appellat. q.* 120. *num.* 85. Rebuff. *eodem tract. art.* 15. *glos.* 2. *num.* 25. latè Farinacc. *quæst.* 101. *ampliat.* 9. *num.* 20. Balthassar Gomes *de potestate in se ipsum lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 19. Guazzin. *defens.* 27. *cap.* 1. *num.* 5. Quæ conclusio procedit siue agatur de morte naturali, siue de morte
105 ciuili, siue de membri abscissione, Guidopap. *dicto tract. de appellat. quæst.* 120. *num.* 85. Scacc. *loco cit. num.* 92. Baiard. ad Clar. *quæst.* 49. *num.* 57. Guazzin. *loco cit. num.* 5.

106 Fallit primò in notorio delinquente, confesso, vel conuicto, taliter quod non possit delictum negare, vt post Bald. & Angel. voluere Addent. ad Angelum *de malefic. in verb. præsente Caio num.* 11. Farinacc. *dicta quæst.* 101. *num.* 23. Scacc. *loco cit. num.* 93.

107 Fallit secundò, vt non procedat in renunciatione tacita, quæ inducitur ex desertione appellationis non appellando, seu non prosequendo infra legitima tempora, cum in causis criminalibus debeat intra legitima tempora appellari, *l. addictos*, & ibi Glos. *C. de Episc. audientia*, & hanc opinionem post Franc. tenet Scacc. *loco cit. num.* 93. *vers. restringe secundò*, qui reprobat Lancellott. contrarium tenentem, dicens inaduertenter in contrarium scripsisse.

108 Denegatur pariter huiusmodi inconstantia in causa status, in qua appellans appellationi renunciare non potest, Bald. *dicta l. fin.* §. *vlt. num.* 5. *C. de tempor appellat.* Scacc. *loco cit. num.* 92. *in fin.*

109 Denegatur pariter renunciatio appellationi in causa matrimoniali, Franc. *dicto* §. *ille denique num.* 23. Scacc. *loco cit. num.* 94.

110 Intellige tamen, quod in hisce causis non possit renunciari appellationi expressè, secus autem tacitè, Franc. & Scacc. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXIX.

ARGVMENTVM.

An si quis ante sententiam promisit non appellare, possit inconstans hoc remedio vti: Et quid in sententijs, seu laudis Arbitrorum, siue sint illi electi voluntariè, siue ex necessitate Statuti; Et an iuramentum impedire possit reclamationem: Quid etiam in causis commissis *appellatione remota*?

SVMMARIVM.

1 *Promittens non appellare non potest inconstans appellationem interponere.*
2 *Siue promissio facta sit cum scriptura, siue sine scriptura.*
3 *Quid in beneficialibus.*
4 *Vel si agatur de sententia interlocutoria.*
5 *Quid si appellationi fuerit renunciatum simpliciter per pactum expressum.*
6 *Et an hoc pactum debeat esse reciprocum.*
7 *Quid si fiat extra iudicium.*
8 *Pactum de non appellando potest fieri ante, & post litem contestatam, ante, & post sententiam.*
9 *Pactum de non appellando iuratum, eo magis valet.*
10 *Promissio de parendo sententiæ valet.*
11 *Et ab ea recedi non potest.*
12 *Promissio de parendo sententiæ facta in secunda instantia, operatur non solùm in quantum secunda sententia confirmet primam, sed etiam in quantum per eam canonizantur noua iura producta in eadem instantia.*
13 *Obligatio de stando sententiæ Iudicis substinetur.*
14 *Promittens parere sententiæ, an, & quando censeatur renunciasse appellationi, & num. seqq.*
15 *Quid si promissio esset iurata.*
16 *Vel obligatione Camerali vallata.*
17 *Promittens stare sententiæ qualiscunque illa erit, non censetur renunciasse appellationi.*
18 *Quid si ferenda esset de consilio Sapientis.*
19 *Appellationi renunciasse non censentur partes expressè consentientes, quod sententia feratur de consilio Sapientis.*
20 *Quid si Consultor, seu Sapiens ab ipsis partibus electus esset.*
21 *Vel ex forma Statuti Iudex consilium Sapientis sequi teneretur.*
22 *Quid si partes firmato puncto consensissent.*
23 *Appellationi renunciasse non censetur consentiens sententiam ferri iuxta consilium Sapientis sibi apertum.*
24 *Quid si voto aperto, & sibi noto stare promitteret.*
25 *Vel si Consultor votum apertum, & partibus notificatum de earum voluntate referret.*
26 *Quid si Consultor haberet certam notitiam quod votum non esset iustum.*
27 *Consensus partium purgat iniquitatem consilij, seu sententiæ.*
28 *Imperitus ignorans quid contineat consilium, seu sententia, illique stare promittens adhuc appellare potest.*
29 *Iurans parere mandato Iudicis, vel iudicio Ecclesiæ, adhuc potest appellare quando appellatio non derogat iuramento.*
30 *Quid si Iudex excessit terminos iuris.*
31 *Iuramentum de parendo sententię interpretatur quatenus iustum fuerit iudicatum.*
32 *Appellatio admittenda est, quamuis appellans iurasset non appellare, quando est dubium an appellatio deroget iuramento, necne.*
33 *Mulier consentiens sententiæ contra se latæ appellare non potest.*
34 *Quid si egerit contra Velleianum.*
35 *Iurans parere mandatis Iudicis in actu prorogandæ iurisdictionis, adhuc potest ab eius sententia appellare.*
36 *Quid si Iudex virtute iuramenti præstiti inhibeat ne appellet.*
37 *Arbitrorum, seu arbitratorum communiter electorum à sententia non licet appellare.*
38 *Quid stante expressa conuentione quod ab eorum iniqua sententia possit appellari.*
39 *Sententia arbitrorum an sit sententia iurisdictionalis, vel pariat actionem.*
40 *Appellatio datur à sententia arbitri electi ex necessitate Statuti.*
41 *Quid de arbitro electo ex dispositione iuris communis.*
42 *Quid in tertio arbitro.*
43 *Arbiter tertius eligitur inter duos discordantes.*
44 *Appellatio datur à sententia arbitri electi cum clausula* quod pronunciare possit solùm de iure.
45 *Quid stante Statuto quod sententiæ arbitrorum, seu arbitratorum mandentur executioni sicut sententiæ Iudicum.*
46 *Quid si compromissum factum esset sine pœna.*
47 *Sententia arbitri parit actionem, & excep-*

tionem quando compromissum factum est sine pœna.

48 *Appellatio non datur à laudo arbitrorum acceptato per emologationem, vel per lapsum decendij ad appellandum.*

49 *Appellatio datur à sententia arbitri, quando compromissum factum est de mandato Iudicis.*

50 *Reclamatio, querela, & supplicatio admittitur à sententia arbitri etiam in casibus, in quibus ab ea non licet appellare.*

51 *Appellatio à sententia arbitrorum an detur de iure Canonico.*

52 *Appellatio à sententia arbitrorum datur de generali consuetudine, siue adiecta, siue non adiecta sit pœna.*

53 *Arbitri à sententia datur reductio ad arbitrium boni viri.*

54 *Declara concurrente læsione.*

55 *Quid si compromissum esset iuratum.*

56 *Quid si fuisset iuratum de stando laudo.*

57 *Iuramentum non potest tollere enormissimam læsionem.*

58 *Læsio enormissima operatur, quod à sententia arbitri detur reductio ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, siue agatur de maiore, siue de minore.*

59 *Siue compromissum sit deductum in stipulationem, siue non.*

60 *Quid si compromissum vallatum sit certa pœna.*

61 *Vel obstante pacto de parendo laudo.*

62 *Aut cum pacto concurrente Statuto, quod laudum seruari debent.*

63 *Vel quod auferret reductionem ad arbitrium boni viri.*

64 *Statuta ista intelliguntur quoad effectum suspensiuum, non autem quoad deuolutiuum.*

65 *Reductio ad arbitrium boni viri datur à sententia arbitratoris, cui fuit concessum liberum arbitrium, stante læsione.*

66 *Item ex maxima læsione datur, quamuis in compromisso fuisset data facultas lædendi in multo.*

67 *Quid si fuisset data facultas lædendi in magna quantitate.*

68 *Quid si in compromisso adesset clausula* moderatè, vel immoderatè.

69 *Vel si fuisset promissum habere sententiam ratam, & gratam.*

70 *Vel stare laudo qualecunque fuerit.*

71 *Item datur quamuis laudum fuisset emologatum priusquam proferretur.*

72 *Quid si in compromisso legerentur verba generalia, & ampla.*

73 *Vel renunciatum fuisset reductioni ad arbitrium boni viri.*

74 *Quid si hæc renunciatio esset iurata.*

75 *Nec renunciationi huic contraueniens tenetur petere absolutionem à iuramento.*

76 *Sed nihilominus absolutionis petitio commendatur.*

77 *Renuncians cum iuramento reductioni ad arbitrium boni viri à sententia ferenda per arbitrum, vel arbitratorem, etiam ex capite læsionis enormissimæ, an possit inconstans renunciationi contraire.*

78 *Rescriptum obtinens cum clausula* appellatione remota, *non potest inconstans à sententia appellare.*

79 *Tam in iudicio possessorio, quàm in petitorio.*

80 *Quid dicendum in accessorijs, seu incidentibus iudicij.*

81 *Quid de appellatione iusta, & legitima.*

82 *Appellatio omnis etiam iusta sublata censetur per clausulam* appellatione remota, *quando causa est commissa Cardinali.*

83 *Quid vbi agitur de executione priuilegiorum alicuius Religionis, ad quam Summus Pontifex procedi mandauit* appellatione remota.

84 *Verba* remota contradictione, *vel* querela, *æquipollent clausulæ* appellatione remota, *& impediunt appellationem.*

85 *Clausula* appellatione remota, *in commissione non expressa, sed tacitè subintellecta impedit appellationem.*

86 *Clausula ista non impedit appellationem à sententia notoriè iniusta.*

87 *Quid si dictum esset,* omni, & quacunque appellatione remota.

88 *Appellationis prohibitio generalis non impedit appellationem, quæ interponitur à notoria iniustitia.*

89 *Clausula* appellatione remota, *non impedit appellationem quando Iudex dolo, vel lata culpa sententiauit.*

90 *Quid si sententiauit absque parte, vel extra iudicium.*

91 *Vel si appellans fuisset citatus ad locum non tutum.*

92 *Clausula* appellatione remota, *non impedit supplicationem ad Superiorem.*

93 *Nec recusationem Iudicis.*

94 *Nullitas non censetur sublata per clausulam* appellatione remota.

95 *Nec restitutio in integrum.*

96 *Clausula* appellatione remota, *non impedit appellationem, cui Iudex detulit.*

97 *Nec à Principe, vel Superiore admissam.*

98 *Clausula* appellatione remota, *à solo Principe apponi potest.*

99 *Quid de inferiore, qui superiorem non recognoscat.*

100 *Legatus à latere non potest rescribere cum clausula* appellatione remota, *nisi id habeat in facultatibus.*

101 *Rex potest rescribere cum clausula* appellatione remota.

102 *Quid de Domino superiorem non recognoscente.*

103 *Clausula* appellatione remota, *tunc operatur quando fuit apposita à Principe cum maturo consilio, secus si apponatur*

absque causæ cognitione.
410 *Nil operatur in gratia subreptitia.*
105 *De clausula* appellatione remota *remissiuè*,

HACTENVS de Inconstantia in appellatione interposita, modo videndum est, an, si quis ante sententiam promiserit non appellare, inconstans nihilominus ad appellationem possit conuolare.

1 Et illicitam esse inconstantiam probat Text. *in l. 1. §. fin. ff. à quib. appell. non lic.* vbi, *si quis ante sententiam professus fuerit, se à Iudice non prouocaturum, indubitatè prouocandi auxilium perdidit*, Specul. *de appellat. §. in quibus numer. 13. vers. nota*, Azo. *in summa, C. quæ appellationes non recip. num.7.* Bald. *l. tale pactum, §. qui prouocauit num. 10. ff. de pact.* & ibi Ias. *num. 7.* Guidopap. *de appellat. qu. 118. num. 85.* Rebuff. *eod. tit. art. 15. gloss. 1.* Ruginell. *eod. tract. §. 2. cap.3. num. 29.* cum aliis per Scacc. *d. qu. 17. limit. 2. num. 1.* Rot. *decis. 2. alias 187. de renunciat. in nou.*

2 Et hæc conclusio procedit, siue renunciatio appellationis futuræ facta sit cum scriptura, siue sine scriptura, Franc. *d. §.*
3 *ille denique num. 21. de appellat.* Scacc. *loc. cit. num.2.* Et sine simus in prophanis, sine in beneficialibus, Franc. *d. §. ille denique num. 21.* Scacc. *loc. cit. num. 3.*

4 Pariter procedit, tàm in appellatione interposita à diffinitiua sententia, quàm ab interlocutoria, Franc. *d. §. ille denique qu. 5. num. 6.* Scacc. *loco cit. num. 4.*

5 Aduerte tamen, quod, vt cesset inconstantia, huiusmodi renunciatio debet fieri expressè, & per pactum, alias, cum appellationi futuræ renunciari non possit simplicitèr intraret pœnitentia, & inconstantia, Franc. *d. §. ille denique num. 2.* & est Text. *in l. 1. C. de pact.* Rot. *dec. 2. aliàs 287. num. 1. de renunc. in nou.* Scacc. *loc. cit. num. 5. 6. & 9.*

6 Non est tamen necesse, quod pactum sit reciprocum, sed sufficit, quod sit appositum ex parte vnius tantùm, Franc. *d. §. ille denique num. 22.* Scacc. *loc. cit. nu. 7.*

7 Dummodò fiat in iudicio, secus, si extra iudicium, quia hoc casu requiritur, quod ambæ Partes paciscantur, vel altera pars sit præsens, Franc. *d. §. ille denique num. 2.* Rot. *d. dec. 2. num. 1.* Scacc. *loc. cit. num. 11.*

8 Et hoc pactum potest fieri indistinctè, siue ante litem contestatam, siue post, siue ante sententiam, siue post, Franc. *vbi supra*, Rot. *d. dec. 2. nu. 1.* Scacc. *loc. cit. nu. 10.*

9 Eoque maximè valebit, si pactum fuerit iuratum, Ruginell. *de appellat. §. 9. gloss. 1. num. 4.* Scacc. *loc. cit. num. 6. vers. præcipuè.*

10 Et prædicta procedunt, non solùm in pacto expresso de non appellando, sed in promissione de parendo sententiæ, quam valere, ex Textu *in l. fin. C. de tempor. appellat.* Voluit Rot. *d. decis. 2. alias 282.* & ex aliis relatis per Lancellot. *de attent. 2. par. cap. 12. in præfat. num. 23.* & non dari hoc
11 casu inconstantiam voluit Rot. *in vna Pampilonen. Prioratus 8. Nouembris 1555. coram Cbissanen.* Lancellot. *loc. cit. num. 23. ad fi t. vbi num. 24.* dicit promissionem, si sit facta in secunda instantia operari, non
12 solùm si feratur sententia confirmatoria primæ, verum etiam, si secunda sententia sit canonizatoria iuris de nouo in secunda instantia producti, & de obligatio-
13 ne facta standi sententiæ Iudicis, Rot. *cor. Cocc. dec. 1348. num. 1. & 2.*

14 Contrarium, quod, qui promittit parere sententiæ, non censeatur renunciasse appellationi, videtur probare Text. *in l. cum apud, ff. Iudic. solu.* Bald. *in d. l. tale pactum, §. qui prouocauit num. 10. ff. de pact.* & ibi Ias. *num. 7.* Franc. *in c. ad hæc num. 4. de appellat.* vbi amplius voluit, licitam esse
15 inconstantiam, quamuis iure iurando promissio fuerit confirmata; Idem testatur in *d. §. denique num. 3. qu. 2. de appellat.* Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 6. num. 98.* cum aliis per Scacc. *d. qu. 17. limit. 2. num. 73. vers. contra hanc exemplificationem*, vbi
16 dicit ità passim seruari, quamuis obligatione Camerali sit vallata promissio, nihilominus admitti appellationem, quod intelligendum iuxtà tradita per Surd. *d. cons. 271. num. 37.* hoc est, quod, si obligatio facta est apud acta, vel extra iudicium, priori casu non liceat appellare saltem ad effectum suspensiuum, secundo verò ad vtrumque effectum.

17 Retenta hac opinione primo amplia procedere, etiamsi quis promisisset stare sententiæ Iudicis, qualiscumque erit sententia, quia adhùc inconstans poterit appellare, Soccin. *cons. 24. num. 3. lib. 1.* Scala *de cons. sapien. lib. 4. cap. 19.* Scacc. *loc. cit. num. 75. vers. amplia.*

18 Secundò amplia, etiam, quod partes promisissent stare sententiæ ferendæ de consilio sapientis, qualiscumq; esset, Soccin. & Scal. *loc. cit.* Scacc. *loc. cit. num. 75. & d. qu. 17. limit. 12. num. 11. vers. contra.*

Sed contra hanc ampliationem tenet Bald. *in d. l. tale pactum, §. qui prouocauit nu. 10. ff. de pact.* Franc. *in c. intimasti num. 11.* & ibi Dec. *nu. 20. de appellat.* Felyn. *c. causam quæ num. 2. in fin. de sent. & re iudic.* cum aliis per Scacc. *d. limit. 12. num. 11.*

19 Retenta ampliatione dic, eam tantomagis procedere, si partes solùm consentiant, etiam expressè, quod sententia feratur de consilio Sapientis, Bart. *l. 1. §. quæsitum num. 7.* & ibi Alex. *in Addit. ff. de appellat.*

appellat. Idem Bart. *l. ex consensu num. 3. ff. eod. & in l. si conuenerit num. 5. ff. de re iudic.* Abb. *in c. causam quæ num. 4.* & ibi Felyn. *num. 2. de sent. & re iudic.* Franc. *d. cap. intimasti nu.* 11. Dec. *num.* 19. *de appellat.* cum alijs per Scacc. *d. limit.* 12. *nu.* 1. & 5. etiam

20 quod Consultor, siue sapiens electus fuerit de consensu partium, Nicell. *de concord. gloss. concord. 6. fall. 73. num.* 119. cum alijs per Scacc. *d. limit. 12. num. 2. vers. extende 1.* Vel ex forma Statuti Iudex teneatur se

21 Consilium Sapientis, Scacc. post Scal. *loc. cit. num. 3.*

22 Et etiam, quod partes consenserint puncto firmato, Franc. *d. c. intimasti nu. 7.* Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 3. num.* 220. Scacc. *loc. cit. numer. 2. vers. extende 2.*

23 Imò, & si Consilium esset apertum, & Partes consenserint, vt secundùm illud feratur sententia, Soccin. *d. cons. 24. num. 4. lib. 1.* Felyn. Scal. & Scacc. *loc. cit. num. 6.*

24 Si tamen non solùm esset apertum votum, seu sententia, sed eis esset notus tenor voti, & sententiæ, & promitterent stare illi sententiæ, tunc non daretur inconstantia, Soccin. *d. cons. 24. num. 4.* Scal. *d. lib. 4. cap.* 19. cum alijs per Scacc. *loc. cit. num. 8.*

25 Multomagis, si aperto voto, & noto partibus fieret relatio à Consultore de eorum voluntate, Nicell. *d. concord. 6. fall. 73. num.* 119.

26 Etiam quod haberent certam notitiam, quod Consilium non esset iustum, quia,

27 quia partium consensus purgat illam iniquitatem, Cathald. *de sindicat. num.* 168. ibi, *certe si partes*, Scacc. *loc. cit. num.* 13.

28 Si autem ignorarent, quid contineret Consilium, vt quia essent imperiti, non cessaret inconstantia, Cathald. *loc. cit. sub num.* 168. Scacc. *loc. cit. num. 9. & 10.*

29 Tertio amplia, etiamsi quis iurauerit parere mandatis Iudicis, vel Ecclesiæ iudicio, quia non obstante iuramento appellare poterit, si appellatio iuramento non deroget, *c. ad hæc propterea*, vbi Doctores *de appellat.* Ruginell. *§. 2. cap. 1. num. 93. & 94.*

30 Imò, si Iudex iuris terminos excesserit, etiam quod appellatio deroget iuramento, licita erit, Abb. *in d. c. ad hæc, in princ.*, & ibi Bellamer. *& in c. quæstioni, de appellat.* Ruginell. *d. §. 2. cap. 1. num. 94.*

31 Ratio est, quia iuramentum intelligitur, si iustè fuerit iudicatum, Ruin. *cons.* 149. *num.* 10. Ruginell. *vbi sup. num.* 95.

32 Et si dubium sit, an appellatio deroget iuramento, illa venit admittenda, Abb. *d. c. ad hæc num. 3.* Ruginell. *num.* 95. vbi,

33 quod, & si mulier consentiat sententiæ contra se latæ, appellari non possit, si ta-

34 men egerit contra Velleianum, admitta-

De Inconstantia in Iudicijs.

tur Faber. *in Codic. tit. 21. lib. 4. diffin.* 25.

35 Quod etiam habet locum, & si in prorogatione iurisdictionis iuratum fuerit de stando mandatis Iudicis, *d. c. ad hæc iuncta* Gloss. *singul. in c. quod bene 6. q. 4.* Petr. de Anchar. *q 4. lib. 2.* Ruginell *loc. cit. nu.* 96.

36 Denique locum habet sententia, si Iudex inhibeat, ne appellet vigore iuramenti præstiti, Bellamer. *d. c. quæsitum num. 3.* post Archid. *d. c. quod bene in gloss. fin. 6. qu. 4.* Ruginell. *loc. cit. num.* 97.

37 Quartò amplia, vt cesset inconstantia, quando voluntariè sunt electi Arbitri, vel Arbitratores, quia ab eorum sententijs non licet appellare, vt de Arbitro Text. est *in l. 1.* & ibi Doctores *C. de recep. arbit.* Grinell. *decis. Dolan. 1. numer. 1.* & de Arbitratore voluit Ias. *in l. admouendi in 1. lectura num.* 46. & de vtroque Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 2. num.* 76. Scacc. *lim. 13. num. 1. & limit. 14. eod. num.*

38 Quod procedit, quamuis partes expresso pacto conuenerint, vt possit ab eorum iniqua sententia appellari, vt reprobato Hugone, & Dyno, voluit Cyn. *in l. 1. C. de recep. arbit.* Specul. *de appellat. §. in quibus num. 16. de re iudic.* Scacc. *d. limit. 13. num. 2.*

Contrarium, quod in hoc casu detur inconstantia vltra, Dyn. *in l. si quis ex consensu, C. de Episcop. Audien.* voluit Bart *in l. nemo potest num. 13. & 16. ff. leg. 1.* Roman. *cons. 27. num. 3.* Lanfranc. de Oriano *de arbit. p. vlt. qu.* 28. Gaill. *pract. lib. 1. obser. uat.* 150. *num.* 16. Borell. *in sum. decis. tit. 63. num.* 258.

Concorda opiniones, vt prior procedat de appellatione propriè sumpta; secunda vero de appellatione impropria, vt scilicet possit pacisci de appellādo ad effectum, vt istud pactum saluet à pœna compromissi, Bald. *d. l. 1. num. 4. C. de receptis arbitris*, cum alijs, quos refert Scacc. *d. limit. 13. num. 2. vers. conciliatur*, quamuis hanc concordiam, siue conciliationem ille dicat

39 esse vanam, quia sententia Arbitri non est sententia iurisdictionalis, nec producit actionem, vt per eundem *de Iudic. lib. 2. cap. 2. num.* 327.

40 Limit. primò, hanc quartam ampliationem, vt detur appellatio à sententia Arbitri electi ex necessitate Statuti, Bald. *in l. diem proferre, §. stari autem, ff de recep. arbit.* & est Text. & ibi gloss. *in c. à Iudicibus 2. q. 6. & in c. ab arbitris, de off. deleg. in 6.* Bart. *l. fin.* & ibi Salyc. Ias. & Iacob. de S. Georg. *C. de Iudic.* quam opinionem Franc. Aret. dicit ibi communem Anton. de Eut. *in c. Quintauallis num. 33. de iur. iur.* Felyn. *in c. super his num. 7. de action.* Ias. *in §. omnium num. 11. instit. de action.* Soccin. *reg. 24. vers. appellare fall.* 10. Scacc. *d. limit. 13. num. 3. & d. cap. 2. num.* 529. Misinger. *ob-*

seruat. 68. *cent.* 4. *num.* 5.

41 Secundò limita, vt non procedat in arbitro electo ex dispositione iuris communis, quia ab eius sententia potest appellari, Bart. *l.* 1. §. *interdum in fin. num.* 8. *ff. à quib. appell. non lic.* Anton. de Put. *d. cap. Quintauallis num.* 36. Soccin. *reg.* 17. *fallen.* 3. Blanc. *de compromiss. qu.* 10. *num.* 10. cum aliis per Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 5.

42 dummodo non sit tertius Arbiter, qui

43 eligitur inter duos discordantes, quia, & si eligatur, ex dispositione iuris communis, *l. item si vnus,* §. *vlt. ff. recept. arbit.* tamen ab eius sententia non potest appellari, Scacc. qui irridet Soccin. *loc. cit. nu.* 6.

44 Tertiò limita in Arbitro assumpto cum clausula, *vt possit pronunciare solùm de iure,* Soccin. *d. reg.* 17. *num.* 9. Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 9.

45 Quartò limita, quando adesset Statutum, quod sententiæ Arbitri, seu Arbitratoris mandentur executioni, sicut sententiæ Iudicum, Soccin. *d. reg.* 17. *fallent.* 7. Scacc. *loc. cit. num.* 10.

46 Quintò limita, vt non procedat, quando compromissum factum fuit sine pœna,

47 quia tunc ex sententia Arbitri oritur actio, & exceptio, ideò potest ab ea appellari, Bald. *l.* 2 *ff. de arbit. & in d. l. nemo potest num.* 14. *ff. de leg.* 1. *& in l.* 1. *C. de arbit.* Misinger. *d. obseru.* 68. *cent.* 4. Guidopap. *dec.* 60 *in fin.* Franc. Marc. *d.* 149. *&* 151. *vol.* 2. Rebuff. *de arbit. & arbit. art.* 1. *gloss.* 9. *num.* 3. Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 407. *& seq. & num.* 431. *& de appellat. d. limit.* 13. *num.* 13.

48 Hoc tamen procedit, nisi per emologationem, vel per lapsum decem dierum datorum ad appellandum, laudum esset acceptatum, quia tunc cessaret appellatio, Bart. *d. l. nemo potest num.* 14. Faber. *in Codic. lib* 2. *tit.* 35. *diffin.* 6. *in fin. vol.* 1.

49 Sextò limita, in compromisso facto de mandato Iudicis, quia tunc licita est appellatio, *l. arbitro, ff. qui satisdare cogantur,* Roman. *conf.* 27. *nu.* 3. Franc. Aret. *l. ex consensu, ff. de appellat.* Misinger. *d. obseruat.* 68. *cent.* 4. *nu.* 4.

50 Septimò limita, quia, & si non daretur appellatio à sententia Arbitri, non tamen negaretur querela, supplicatio, ac reclamatio *ad l.* 1. *C. de off. Præfect. Præt. & auth. quæ supplicatio*, vbi Ias. *C. de precib. Imper. Offerend.* Misinger. *d. obseruat.* 68. Gayll. *obseru.* 150. *num.* 16. *lib.* 1. Marsil. *singul.* 88.

51 Octauò, fallit de iure Canonico, Bald. *l.* 1. *num.* 1. *C. recept. arbit.* Alex. *conf. fin. nu.* 7. *lib.* 6. Soccin. qui de communi *d. reg.* 17. *fall.* 12. Blanc. *d. qu.* 10. *num.* 9. *limit.* 6. Scacc. *de Iudic. d. cap.* 2. *num.* 337. *& seq. & d. limit.* 13. *num.* 7.

Contrarium videtur innuere Text. *in d. c. à Iudicibus* 2. *q.* 6. & ibi Gloss. Soccin. & Blanc. qui alios *loc. cit.* Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 8. Græueus ad Gayll. *conclus.* 150. *centuria* 1. *num.* 2.

52 Nonò fallit de generali consuetudine, siue pœna sit adiecta in compromisso, siue non, vt de consuetudine Galliarum Rebuff. *d. gloss.* 9. *num.* 2. & ita vbique passim seruari dicit Scacc. *d. limit.* 13. *num.* 14. vbi quod attenta huiusmodi fallentia, subuertitur tota conclusio, Pasettus *conf.* 79. *num.* 1. *vol.* 1.

53 Decimò fallit in reductione ad arbitrium boni viri, Soccin. *d. reg.* 24. *fallent.* 11. Alex. *conf.* 106. *num.* 5. *lib.* 3. Boer. *dec.* 284. *num.* 17. Roman. *conf.* 265. Scacc. *loc. cit. limit.* 14. *num.* 2.

54 Quod tamen declara, stante enormi, vel enormissima læsione, ad Text. *in l. societatem,* §. *arbitrorum, ff. pro Soc. l. si libertas la seconda, ff. oper. libert. l.* 1. §. 1. *ff. l. g.* 1. *Gloss. in c. causam, vers. si tamen de elect. & in c. à Iudicibus gloss.* 1. 2. *quæst.* 6. cum alijs per Gabr. *de arbit. conclus.* 3. *num.* 1.

55 Et hæc declaratio primò ampliatur, vt procedat, quamuis compromissum esset iuratum *c. veniens, c. Quintauallis de iur. iur. c. non sine, de arbit* But. *in d. c. Quintauallis col.* 23. Hostien. *col.* 2. Imol. *col.* 14. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 2.

56 Secundò amplia, vt idem sit, si iuratum sit de stando laudo, Feder. *conf.* 129. *& conf.* 85. Bald. *l. fin. C. de non numer. pecun.* Bellamer. *conf.* 24. *num.* 11. Gabr. *loc. cit.*

57 *num.* 3. vbi assignat rationem, quia iuramentum non potest tollere enormissimam læsionem, vt vltra allegatos ab eo voluit Rot. *decis.* 102. *nu.* 4. *par.* 2. *diuers.* & hanc opinionem, quod stante enormissi-

58 ma læsione iuramentum non operetur, quin reductio peti possit, voluere plures relati à Borell. *in summ. decis. cap.* 63. *num.* 267. *vers. & est communis opinio*, siue simus in maiore, siue in minore, Felyn. *in c. in præsentia num.* 8. *de probat.* Ias. *conf.* 133. *vol.* 4. cum aliis per Gabr. *loc. cit. num.* 3. *vers. amplia hoc.*

59 Tertiò amplia, siue compromissum sit deductum in stipulationē, siue non, Gloss. *in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig.* But. & & Imol. *d. c. Quintauallis*, Gabr. *loc. cit. num.* 4.

60 Quartò amplia etiamsi compromissum sit vallatum certa pœna, Bart. & alii in *d. l. societatem* §. *arbitrorum ff. pro socio* Bald. & alij *in l. cum antea C. de arbit.* But. & alij *Canonistæ in d. c. Quintauallis*, Gabr. *loc. cit. num.* 5.

61 Quintò amplia, etiamsi sit factum pactum de parendo laudo, iur. iur. firmato, Anchar. *conf.* 207. *num.* 10. *in fin. vers. sed pactum*, Cepoll. *conf. ciuil.* 34. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 6.

62 Imò, & si vltrà pactum iuratum adesset Statutum, quod mandaret, laudum seruari debere, Anchar. *d. conf.* 207. *nu.* 11. *vers. restat respondere ad statutum*, idem Anchar. *conf.* 208. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 7.

63 Quod procedit etiam, & si adesset Statutum, quod reductionem ad arbitrium boni viri auferret, Grat. *conf.* 30. *num.* 7. *vol.* 1. Gabr. *loco cit. num.* 7. *vers. amplia*, vbi *num.* 8. declarat de mente eiusdem Grat. *conf.* 34. *lib.* 1. procedere quoad ef-
64 fectum deuolutiuum, non autem quoad effectum suspensiuum.

65 Sextò amplia, etiamsi liberum arbitrium Arbitratori sit concessum Bald. *in l. si Procurator nu.* 6. *ff. de condict. indebit.* Gabr. *loco cit. num.* 12.

66 Septimo amplia, etiamsi in compromisso data sit facultas lædendi in multo, quia propter notabilem, & maximam læsionem potest nihilominus peti reductio, Bart. *in d. l. societatem*, §. *arbitrorum, ff. pro socio*, Fulgos. *conf.* 180. *in fin.* Gabr. *loco cit. num.* 13.

67 Idem est, si fuisset data facultas lædendi in magna quantitate, quia, stante læsione enormissima, vel satis magna, potest peti reductio, secus si læsio sit magna tantum, Hostien. *dicto c. Quintauallis num.* 11. Gabr. *loc. cit. num.* 17.

68 Pariter procederet ampliatio, si in compromisso addita fuisset clausula, *moderatè, vel immoderatè*, vt per Bart. *in d.* §. *arbitrium num.* 24. Roman. *conf.* 90. *nu.* 3. Imol. *in c. cum contingat. num.* 46. *in vers. quartus casus, de iur. iur.* Abb. *d. c. Quintauallis num.* 32. & ibi Butr. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 18. vbi declarat.

69 Octauò amplia, etiamsi promissum sit, sententiam ratam, & gratam habere, Bart. *in l. cum minor, ff. rem ratam haberi*, Alex. *in apostill.* ad Bart. *d.* §. *arbitrorum, ff. pro Soc.* Gabr. *loc. cit. num.* 23.

70 Nonò amplia, etiamsi promissum sit, stare laudo, qualecumque fuerit, Bald. *l. tale pactum*, §. *qui prouocauit, in fin. ff. de pact.* vel qualiscumque fuerit læsio, Felyn. *in c. humilis num.* 2. *de maiorit. & obed.* Gabr. *loc. cit. num.* 24.

71 Decimò amplia, etiamsi laudum sit emologatum, antequam sit prolatum, Bald. per illum Text. *in l. cum antea num.* 2. *C. de arbit. & in l. si Procurator, ff. de condict. indebit.* Corn. *d. l. cum antea in fin.* cum alijs per Gabr. *loco cit. num.* 25.

72 Vndecimò amplia, etiam quod in compromisso apposita sint verba generalia, & ampla, Bald. *in d. l. si Procur. num.* 7. *ff de condict. indebit.* Alex. *conf.* 131. *num.* 13. *vol.* 2. Bertrand. *conf.* 138. *col.* 3. *vol.* 2. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 29.

73 Duodecimò amplia, etiam, quod renunciatum sit reductioni ad arbitrium boni viri, ità Gloss. *in c. cum dilectus, in gloss. magn. in fin. de arbit.* Specul. *in tit. de arbit.* §. *differt num.* 8. *vers. item si pactum*, Dyn. *in reg. scienti de regul. iur. in* 6. *& in l. quidam cum filium, de verb. oblig. & in conf.* 19. *in princ.* infinitos propemodũ adducit Gabr. *loc. cit. num.* 30. addo Scacc. *de appellat. d. q.* 17. *limit.* 14. *num.* 2. *vers. extende* 1.

74 Quæ ampliatio procedit, etiam quod renunciatio reductionis esset iuramento firmata, Io. Andr. *in addit. ad* Specul. *tit. de arbit.* §. *fin. vers. quid, si factum sit compromissum*, Oldrad. *conf.* 156. Bald. *l. si Procur. num.* 10. *ff. de condict. indebit.* Angel. *conf.* 172. Fulgos. *conf.* 180. cum alijs per Gabr. *loco cit. nu.* 35. vbi *num.* 36. contrarium tenentes adducit.

75 Neque hoc casu necessariam esse absolutionem à iuramento, si inconstans velit reductioni iuratæ contraire, Bald. *in d. l. si Procur. nu.* 4. *ff. de condict. indebit.* Anton. de But. *d. c. Quintauallis num.* 47. *vers. aduerte tamen*, Guidopap. *decis.* 519. Salyc. *d.* §. *arbit. num.* 19. cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 38.

76 Optimum tamen esse, antequam reductio petatur, absolutionem à iuramento petere, dixit Bald. *in l. fin. C. de non numer. pecun.* Io. de Anan. *conf.* 16. *in fin.* Io. de Amic. *conf.* 31. Caualcan. *dec.* 9. *nu.* 42. *p.* 1. Magon. *decis. Florent.* 119. *num.* 9. cum alijs per Borellum *in summ. decis. d. tit.* 63. *de compromiss. & arbit. num.* 271.

77 An autem, si renunciatio iurata facta sit cum expressione, vt etiam in casu enormissimæ læsionis, peti non possit, & sic in casu expresso à contrahentibus detur inconstantia. Anceps, est quæstio, nam cessare hoc casu inconstantiam, tanquam in casu à partibus expresso, voluere Io. Calder. *in disput. sua incipiens duo litigantes*, quem refert, & sequitur Io. Andr. *in addit. ad* Specul. *tit de arbit.* §. *fin. vers. si factum sit compromissum* Hostien. *in d. cap.* Quintauallis *num.* 10. & ibi Anton. de But. *num.* 47. & Abb. *num.* 32. *de iur. iur.* idem But. *conf.* 24. *num.* 2. Raphael. *l.* 1. §. *si quis ante ff. à quibus appell. non lic.* Salyc. *d.* §. *arbitr. num.* 21. Soccin. *conf.* 121. *vol.* 3. vbi dicit hanc esse magis communem opinionem, à qua in consulendo, & iudicando non est recedendum, cum alijs per Gabriellem *loc. cit. num.* 39. addo Nattam *conf.* 54. *nu.* 6. *vol.* 1. Pasett. *conf.* 160. *num.* 10. *vol.* 1.

Contrarium tamen, etiam hoc casu dari inconstantiam, voluere Anchar. *in repetit. c. primi in* 18. *cart. de constit.* Paul. de Castr. *conf.* 70. *vol.* 1. Alex. *conf.* 131. *vol.* 2. Soccin. *in conf.* 220. vbi dicit, istam opinionem esse communem, & seruari in practica *vol.* 2. Cassador. *dec.* 1. *de empt. & vendit.* cum alijs per Gabr. *loc. cit. num.* 41.

vbi *num.* 42. hanc opinionem confirmando dicit, per nullam verborum formulam, siue cauthelam effici posse, vt impediatur reductio ad arbitrium boni viri, vt not. Bald. *in l. cum antea num. 3. C. de arbit.* Cassador. *d. dec. 1. de empt. & vendit.* cum alijs per eum ibi *allegatis*.

Ad cõcordiam possunt huiusmodi opiniones reduci, vt prima procedat, quando bona fide arbiter procedit, secunda verò, si dolus ex proposito interueniat, vt ex Calderin. Specul. Bald. & alijs tenet idem Gabr. *loc. cit. num.* 46. apud quem vide alia, quæ ad materiam faciunt, quia hic transcripsi principaliora.

78 Quid autem, si quis impetrauerit rescriptum cum clausula, *appellatione remota*, an lata sententia possit inconstans nihilominus appellare: Et nullo modo licitam esse inconstantiam, & appellari non posse, voluit Felyn. *in rub. de rescript. num.* 2. vbi quod rescriptum denegans appellationem intelligendum est respectu ipsius impetrantis, sequitur Contard. *ad l. vnic. limit.* 17. *num.* 9. Scacc. *de appellat. qu.* 16. *lim.* 1. *num.* 27. *& qu.* 17. *limit.* 7. *num.* 24. de Rubeis *singul. par.* 4. *clauſ.* 171. *nu.* 15. quamuis ibidem mendose alleget Gonzalem.

Quod procedit, siue simus in iudicio possessorio, siue in petitorio, Bald. *l. incer-*
79 *ti, in fin. C. de interdict. l.* 1. *num.* 4. vbi Salyc. *num.* 4. *C. si de moment.* Zuccard. *l. fin. num.* 439. *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Rot. *diuerſ. deciſ.* 100. *num.* 20. *&* 34. *par.* 1.

80 Secundò procedit, non solùm in causa principali, verum etiam in incidenti, & accessoria, Bald. Salyc. Zuccard. Rot. *loco citat.*

Contrarium, quod huiusmodi clausula habeat locum solùm in sententia definitiua, non autem in appellatione, quæ interponitur ab incidentibus, & accessorijs, Salyc. *l. fin. num.* 8. *C. de sent.* Franc. *c. Pastoralis num.* 13. *in fin. qu.* 1. *de appellat.* Felyn. *c. eam, quæ nu.* 27. *de rescript.*

Concorda has opiniones, vt tunc denegetur appellatio ab incidentibus, & accessorijs, quando militat eadem ratio, vt voluit Rot. *d. deciſ.* 100. *num.* 20. *&* 34. *p.* 1. *diuerſ.* de Rub. *d. clauſ.* 171. *nu.* 11. Barbos. *clauſ.* 9. *nu.* 4. Marches. *par.* 1. *pag.* 361. *num.* 60.

81 Tertiò procedit, non solùm quoad appellationem friuolam, sed etiam quoad appellationem iustam, dummodò non sit expresè à iure permissa, *c. Pastoralis*, & ibi omnes, præcipuè Abb. *num.* 2. *in* 2. *notab.* Franc. *num.* 2. Præposit. *num.* 5. *de appellat.* Lancellot. *de attent. d. limit.* 8. *num.* 13. *&* 14. de Rubeis *loco cit. num.* 22.

Contrarium, quod hæc clausula intelligatur solum de appellatione friuola, non autem de legitima voluit Gloss. *in cap. vt debitus honor, de appellat. in verbo sententiam* Lancellott. *d. limit.* 8. *num.* 42. Menoch. *de arbit. caſ.* 197. *num.* 2. Gratian. *discept.* 41. *num.* 18. cum aliis per Barbos. *loc. cit. num.* 15. Add. ad Buratt. *dec.* 597. *num.* 11. Bich. *dec.* 234. *nu.* 36. repetita *in par.* 9. *rec. dec.* 336. *num.* 38.

82 Si autem commissa esset causa Cardinali cum tali clausula, tunc censeretur exclusa omnis appellatio etiam friuola, vt dignitas Cardinalitia aliquid operetur Bald. *l.* 1. *ante fin. ff. de off. Præfecti Prætor.* Afflict. *rub. quæ sint regalia num.* 4. cum alijs quos refert Farin. *Fragm. crimin. par.* 2. *verb. Iudex num.* 963. cum alijs per Barbos. *loc. cit. num.* 17. qui idem censet respectu Re-
83 ligiosorum, quibus à Summis Pontificibus est concessum, vt ad executionem suorum priuilegiorum procedatur appellatione remot,a ex Emanuele *tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 13.

84 Quartò procedit non solùm, si commissa esset causa, *appellatione remota*, sed etiam per verba æquipollentia, vt remota contradictione, vel querela, vt ex Bald. & Dec. voluit Lancellott. *de attent. cap.* 12. *limit.* 18. *num.* 4. *&* 5.

85 Quintò procedit, etiam quod clausula non sit expressa in commissione, sed tacitè subintellecta, vt voluit idem Lancellott. *loco cit. num.* 8.

86 Primò fallit, quando sententia est notoriè iniusta, quia tunc, dicta clausula non obstante, licita est inconstantia, & appellatio, Gloss. *in cap. ex conquaſt. verſ. post appellationem, de restit. spol.* Abb. *in cap. inter cæteras num.* 3. *de re iudic. & in cap. Pastoralis num.* 14. *de appellat.* Contard. *d. l. vnic. limit.* 9. *num.* 4. Lancellot. *de attent. appell. pend. limit.* 8. *num.* 24. Put. *dec.* 414. *num.* 2. *lib.* 3. Verall. *deciſ.* 33. *num.* 1. *p.* 1. *& deciſ.* 87. *lib.* 2. Cæsar. de Grass. *deciſ.* 147. *aliàs* 2. *num.* 8. *de solut.* cum aliis per Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 12. *nu.* 7. & per Barbos. *clauſ.* 9. *num.* 20. & de Rubeis *d. clauſ.* 171. *num.* 7. Rot. cor. Bichio *dec.* 526. *num.* 15.

87 Et hæc fallentia procedit, quamuis dictum esset, *omni, & quacumque appellatione remota*, vt resoluit Rot. *in Romana de Matthæis* 11. *Maij* 1562. coram Oradino, de qua per Lancellott. *d. limit.* 8. *num.* 24. Mart. Barbos. & de Rub. *loc. citat.*

88 Generale est enim, quod, vbicumque prohibetur appellatio, non censetur sublata, quando constat de notoria iniustitia, Gloss. *in cap. ex conquæstione, verſ. post appellationem*, vbi Bald. *num.* 5. *in fin. de restit. spol.* Alex. *conſ.* 177. *num.* 15. *lib.* 2. *& conſ.* 106. *num.* 27. & ibi Natt. *lib.* 3. *idem* Natt. *conſ.* 51. *num.* 31. *& conſ.* 122. *num.* 4. *lib.* 1. Contard. *d. limit.* 9. *num.* 4. Menoch. *de*

adipisc. remed. 4. *num.* 850. de Rubeis *loc. cit. num.* 9. Mart. *loc. cit. item num.* 9. Et propterea dari inconstantiam, si Iudex do-
89 lo malo, vel lata culpa sententiauerit, voluit Scacc. *de appellat. quæst.* 16. *limit.* 1.
90 *num.* 83. vel si absque parte, & extra iudicium, Marches. *de commiss. par.* 1. *pag.* 303. *num.* 83. Barbos. *d. claus.* 9. *num.* 21.

91 Secundò fallit, quando quis esset citatus ad locum non tutum, quia, non obstante dicta clausula, posset appellare, *cap. ex parte il primo*, & ibi omnes *de appellat.* de Rubeis *loc. cit. num.* 13. *&* 21.

92 Tertiò fallit in supplicatione ad superiorem, quam nō tolli per hanc clausulam, voluere Scaccia *quæst.* 17. *limit.* 15. *num.* 8. Marches. *d. p.* 1. *pag.* 297. *à num.* 38. Barbos. *loc. cit. num.* 27. Gramat. *decis.* 35. cum alijs per Fragos. *de regim. Reipublicæ par.* 1. *lib.* 8. *disput.* 24. *num.* 218. *vers. an vera &c.*

93 Quartò fallit in recusatione Iudicis Abb. per illum Text. *in cap. postremò num.* 1. Præposit. *num.* 8. Franc. *num.* 2. Dec. *num.* 1. *de appellat.* cum alijs per Theodos. de Rub. *d. claus.* 171. *num.* 46.

94 Fallit quintò in nullitate, quam non esse sublatam à dicta clausula, voluit Lap. *allegat.* 123. *nu.* 18. Barbos. *loco cit. nu.* 28.

95 Fallit sextò in restitutione in integrum, quam non esse sublatam per hanc clausulam, voluere Gloss. *in l. vnic. C. si de moment. possess.* Rot. *in Bononien. census* 10. *Decembr.* 1602. coram Iusto, penès Marchesanum *p.* 1. *pag.* 309. Barbos. *loc. cit. nu.* 29. Castren. *l. si finita*, §. *postquam secundo not. ff. damn. infect.* Roman. *cons.* 90. *vers. his tamen*, de Rubeis *loc. cit. num.* 15. Rot. cor. Bichio *dec.* 234. *num.* 37.

96 Si autem Iudex appellationi detulisset, vtique locum haberet effectus inconstantiæ, *c. cum appellatur, de appellat. in* 6. Imol. *in c. Pastoralis* §. *præterea*, & ibi Franc. *nu.* 5. *de appellat.* Lancellot. *loc. cit. nu.* 10.

97 Idemque esset, si Princeps, vel alius Superior Iudex appellationem admisisset, Lancellott. *de attent. loco cit. num.* 12.

98 Fallit septimò, si clausula, *appellatione remota*, esset apposita in commissione ab inferiore à Principe, quia tunc nullum operatur effectum, cum, nisi à Principe, apponi possit, Doct. *l.* 1. §. *interdum, ff. à quib. appell. non lic.* Marant. *de ordin. Iudic. par.* 6. *tit. & quandoque appellatur num.* 337. Rolan. à Vall. *cons.* 29. *num.* 15. *lib.* 1. Lancellott. *de attent. d. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 18. *cum seq.* Fragos. *par.* 1. *lib.* 8. *disput.* 24. *num.* 213. *&* 220. Barbos. *loc. cit. num* 2. de Ru-
99 beis *d. claus.* 171. *num.* 33. quamuis non recognoscat Superiorem, Barbos. *loc. cit.*
100 In tantum quod nec Legatus à latere posset cum huiusmodi clausula rescribere, nisi habeat in facultatibus, Scacc. *d. qu.* 16. *limit.* 1. *num.* 106. *&* 109. Marches. *loc. cit. pag.* 302. *num.* 77. Barbos. *loc. cit. num.* 3.
101 Rex tamen poterit rescribere cum huiusmodi clausula, Bart. *l.* 1. §. *interdum nu.* 3. *ff. à quib. appell. non lic.* de Rubeis *loc. cit.*
102 *num.* 34. vbi quod etiam procedit in alio Domino non recognoscente Superiorem Barbos. *loc. cit. num.* 3.

103 Aduerte tamen, quod huiusmodi clausula apposita à Principe tunc operatur, quando est apposita sciente ipso, & maturo consilio, secus, si esset apposita in rescripto ordinario absque causæ cognitione, Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 42. cum alijs per Barbos. *loc. cit. num.* 15.

104 Fallit octauò, quando litteræ, & gratia, vbi apposita est clausula prædicta, essent subreptitiæ, Lapus *allegat.* 121. Lancellott. *d. cap.* 12. *limit.* 8. *nu.* 47. de Rubeis *d. claus* 171. *num.* 23.

105 Cętera, quæ ad huiusmodi clausulam spectant, vide Lancellottum, Scacc. Marches. Barbos. Fragos. & de Rubeis *loc. cit.*

QVÆSTIO XL.

ARGVMENTVM.

An qui appellauit omisso medio possit inconstans appellare ad Superiorem immediatum: & quando liceat appellare omisso medio. Et an appellans ad plures Superiores, vel alternatiuè, vel cumulatiuè, possit facta electione variare.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ad Superiorem omisso medio potest inconstans appellare ad Superiorem immediatum, quando prior appellatio fuit nulla.*

2 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*

3 *Appellatio interposita omisso medio, regulariter est nulla.*

4 *Appellationi interpositæ ad superiorem remotum, potest appellans inconstans renunciare, & appellare ad superiorem immediatè proximum, quamuis superior remotus vi-*

1 LICITAM eſſe inconſtantiam quando appellatio prior nulla fuit, quia tunc intra legitima tempora poterit variare, & appellare ad Iudicem com-
2 petentem ea ratione, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat, de reg. iur. in* 6. Ferrar. *de appellat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 139. Scacc. *dicto tract. quæſt.* 7. *num.* 27. *& quæſt.* 8. *num.* 83. Fragoſ. *de regim. Reipublic. par.* 1. *lib.* 8. *diſput.* 24. *num.* 36. Et regulariter ap-
3 pellatio interpoſita omiſſo medio nulla eſt, Auth. *de appellat. cap. anteriorem* 2. *qu.* 6. Miſing. *obſeru.* 4. *cent.* 2. Menoch. *conſ.* 466. *num.* 32. Surd. *conſ.* 106. *num.* 9. 10. *&* 11. cum alijs per Græuenm *ad concluſ.* Gayll. 119. *par.* 1. *num.* 1. Scacc. *de appellat. quæſt.* 7. *num.* 16. Fragoſ. *dicta diſput.* 24. *num.* 35.

4 Et hoc procedit, etiamſi ſuperior remotus inhibuiſſet in vim appellationis, quia nihilominus poſſet appellatus adire Iudicem competentem proximum, & renunciare illi appellationi, & inhibitioni, latè Scacc. *loco cit. num.* 28.

5 Fallit tamen concluſio, vt non procedat in appellatione ad Papam, quia ad illum poteſt appellari omiſſo medio, Abb. *cap. Dilectus il terzo num.* 11. & ibi Franc. *num.* 15. Dec. *num.* 17. *de appellat.* Franc. *in rubr. de appellat. num.* 7. Angel. Aret. *in l. Imperatores num.* 1. *ff. de appellat.* cum infinitis alijs, quos allegat Scacc. *d. quæſt.* 7. *num.* 46. Carpan. *ad Statut. Mediol. par.* 1. *cap.* 131. *num.* 281. Fragoſ. *d. diſput.* 24. *num.* 26.

6 Fallit ſecundò in Legato de latere, ad quem omiſſo medio poteſt appellari, Gloſs. *in cap. Romana, in princ. verb. ad Curiam, de appellat. in* 6. & not. *in cap.* 1. *de offic. legat.* Franc. *in cap. Dilecti quæſt.* 8. *de appell.* Couarr. *pract. qq. cap.* 4. *num.* 9. Fragoſ. *loco cit. num.* 28. Quod in quocunque Legato Papæ, dixit Specul. *tit. de appellat.* §. *nunc tractemus num.* 15. Gambar. Villadieg. allat. à Fragoſ. *loco cit. num.* 40. Scacc. *d. quæſt.* 7.
7 *num.* 103. Ideò ad Nuncios, qui habent facultates Legati, poterit omiſſo medio appellari.

8 Fallit tertiò in Auditore Cameræ, ad quem appellari poteſt omiſſo medio, ſicuti ad Papam, tum quia omnes appellationes, quæ interponuntur ad Sedem Apoſtolicam, ad eum deuoluuntur; Tum etiam quia hoc expreſsè habet in facultatibus,
9 vt patet in Bulla earum *num.* 9. Veſtr. *in prax. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Scacc. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Fragoſ. *loco citato num.* 29.

10 Fallit quartò in perſonis miſerabilibus, quæ poſſunt appellare omiſſo medio, Auth. *habita, C. ne fil. pro patr.* Rebuff. *de priuil. Scholar. priuil.* 194. *& ad concordata Franciæ tit. de friuolis appellat.* §. *fin.* 2. *reg.* Bertach. *de Gabbellis par.* 7. *quæſt.* 27. Scacc. *de appellat. quæſt.* 7. *num.* 102. *&* 114. Borell. *to.* 2. *Summ. deciſ. tit.* 33. *de appellat. num.* 48. Fragoſ. *loco cit. num.* 30.

11 Fallit quintò, ſi Iudex medius requiſitus ſponte ſua ab ſuperiorem remittat appellationem, Hieronym. Treutler. *diſput. Select. par.* 2. *diſput.* 33. *Theſi* 9. Fragoſ. *loco cit. num.* 31. qui hoc intelligit, dummodo abſit dolus, vel colluſio, ne ſcilicet pars vexetur expenſis.

12 Fallit sextò, si Iudex immediatus est absens, longoque impedimento detinetur, Marant. *par.6. act.2. principal. vers. & quandoque appellatur limit.*10. *num.*379. Secus, si impedimentum breuiter esset duraturum,
13 quia tunc debet expectari Iudex, Franc. *in rubr. de appellat. num.*40. Fragos. *loco citato num.* 32.

14 Fallit septimò, si superior proximus esset inhabilis, tunc enim eo prætermisso licita est appellatio ad superiorem, Glossa *in cap. si is, cui de offic. & potest Iudic. deleg. in* 6. Soccin. *reg.*23. *fall.*15. *num.*12. Mising.
15 *obseruat.*67. *cent.*1. Ideo, si esset suspectus, appellatio ad superiorem valida esset, Neuizzan. *cons.* 44. *num.* 7. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.*131. *par.*1. *num.*280.

16 Fallit octauò, si Iudex proximus esset hæreticus, quia tunc eo omisso potest appellari ad superiorem, Felyn. *in cap. super quæst.* §. *porrò num.*14. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* Abb. *in cap. Dilecti num.*15. *de appell.* Brederod. *eod. tract. par.* 1. *tit.* 18. *in verb. si medius inhabilis*.

17 Fallit nonò, in appellatione interposita ad Patriarcham, ad quem potest appellari omisso medio, Felyn. *dicto* §. *porrò num.*14. Franc. *in cap. denique,* §. *si duobus num.* 8. & *cap. Dilecti limitat.* 9. *num.* 14. *de appellat.* Soccin. *reg.*23. *fall. vlt.* Fragos. *loco cit. numer.* 40. cum alijs per Scacc. *dicta quæst.* 7. *num.* 104.

18 Fallit decimò, si pars appellata non opponit, Gloss. *in cap. Dilecti il terzo*, & ibi Abb. *num.* 7. Franc. *num.* 12. *de appellat.* Afflict. *Constit. cum noua num.* 6. *lib.* 1. Marant. *par.* 6. *act.* 2. *verb. & quandoque appellatur limit.*4. *num.*373. cum aliis per Scacc. *dicta quæst.* 7. *num.*18. & *num.*105.

19 Fallit vndecimò, si extaret consuetudo appellandi omisso medio, *cap. referente*, cum ibi not. *de præbend.* Alex. *dicto cap. Dilecti il terzo num.* 9. & ibi Franc. *in* 2. *limit. num.* 24. Dec. *num.*15. idem Franc. *in rubr. de appellat. num.*7. *iuncto cap. Romana*, §. *ab Archidiaconis num.* 4. *limit.* 1. cum aliis per Scacc. *dicta quæst.* 7. *num.* 93. vbi *num.* 94. & 95. extendit ad præscriptionem, & priuilegium.

20 Fallit duodecimò, vacante Imperio, quia tunc indistinctè appellatur ad Papam omisso medio, *cap. licet ex suscepto*, & ibi Gloss. *in verb. vacante, de for. compet.* Marant. *dicto ver. & quandoque appellatur, vers. quarta regula num.*388. Scacc. *dicta quæst.* 7. *num.* 112.

De qua quæstione, quæ hodie potius de iure, quàm de facto disputari potest, vide Extrauag. Io. 22. *si fratrum ad Episcop. sub tit. ne Sede vacante*, aliosque citatos à Mart. *de iurisd. par.*4. *cent.*2. *cas.*197.

21 Sed quia licita est appellatio alternatiuè concepta cum reseruatione electionis prosequendi, Specul. *in tit. de appellat.* §. *nunc tractemus num.*18. Bero. *cons.*7. *nu.*16. & 17. *lib.*1. Villadieg. *de leg. par.* 1. *quæst.* 8. *nu.*37. 38. 39. & 40. cum alijs per Scacc. *de appell. quæst.*9. *num.*1. & hanc tuetur Rot. *decis.*33. *aliàs* 209. *de appellat.* Grat. *decis. Marchiæ* 199. *num.* 2.

Quæstionis est, an si appellans præsentauerit instrumentum appellationis coram vno ex Iudicibus, ad quos appellauit, possit inconstans variare, & coram altero
22 appellationem prosequi? Hanc quæstionem disputauit in eo, qui appellauerat ad Papam, & Archiepiscopum, & coram Archiepiscopo se præsentauerat, Io. Andr. *in addit.* ad Specul. *tit. de appellat.* §. *nunc tractemus num.* 18. & concludit, licitam esse inconstantiam, appellantemque posse prosequi appellationem coram Papa; & Specul. sequitur Scacc. *de appellat. quæst.*9. *num.* 11. Et est ratio, quia in appellante
23 admittitur mutatio voluntatis, dummodò æqualis, vel maioris iurisdictionis Iudex appelletur, non autem minoris, ad latè tradita per Ofascum *decis.*131. *num.*13. & 14. & per Barz. *decis.* 155. *num.* 13. 14. & 15. Scacc. *loco cit. num.*11.

24 Quod dictum est de appellatione alternatiua, idem dic de cumulatiua, quæ valida est, Gratian. *dicta decis.*199. Scacc. *de appellat. quæst.* 10. *num.* 1. Carpan. *d. cap.*131. *num.* 296.

25 Nam cum appellans teneatur infra terminum datum ad appellandum, eligere alterum eorum, Alex. *cons.*101. *num.* 2. & *cons.*164. *num.*2. & 6. *vol.*2. Soccin. *reg.*29. cum aliis per Carpan. *loco cit. num.*296.

26 Facta semel electione, non licet amplius variare etiam intra tempus ad ap-
27 pellandum, Ofasc. *dicta decis.*131. *num.* 4. Carpan. *loco cit. num.*297.

28 Aduerte tamen ad illud, quod dictum est debere appellantem cumulatiuè intra decem dies eligere vnum ex Iudicibus, quia, etsi ipsum non eligat, nihilominus appellatio est valida, Iafred. *decis.*449. per authoritatem Rotæ *decis.* 33. *aliàs* 209. *de appellat. in nou.* & Curiam indistinctè ad-
29 mittere huiusmodi appellationes, dicit Gambar. *de auctor. Legat. à lat. lib.*8. *n.*117. Ægid. *decis.* 478. *de appellat.* Felyn. *cap.* 2. *eodem tit. num.*4. Et ratio est, quia, cum appellans prosequitur appellationem, eo ipso eligit, & per citationem postea subsecutam certificat aduersarium, & sic non est necesse, quod infra decem dies fiat huiusmodi electio, siue certificatio, Rot. *decis.* 37. *de appellat. in nou. argum. cap. præterea, de dilat.* & *Clem. causam, de elect.* & *Clem.*2. *vt lit. pend.* Gratian. *dicta decis* 199. *num.*10. vbi *num.* 11. & 12. alias rationes allegat.

30 Dic tamen, quod, si licita est in casibus

supradictis variatio, illa licita est semel tantummodo, Argum. Text. *in l. fideicommissa, §. si quis, ff. de legat. 3.* Calder. *cons. 8. alids 16. de iure-patronatu*, in terminis Ruginell. *de appellat. §. 5. ad quem sit appellandum num. 17.*

QVÆSTIO XLI.

ARGVMENTVM.

An, & quando Iudex postquam detulit appellationi, possit inconstans in causa se ingerere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui detulit appellationi non potest inconstans in causa vlterius procedere.*
2 *Iudex deferens appellationi dicitur abdicasse à se omnem iurisdictionem.*
3 *Siue sit Iudex Ordinarius, siue Delegatus.*
4 *Quid si delatio esset iniusta.*
5 *Vel sine causa.*
6 *Quid si appellatio esset interposita, sine scriptis.*
7 *Vel non fuissent petiti Apostoli.*
8 *Quid si Iudex, qui detulit appellationi vellet reuocare grauamen.*
9 *Quid de consensu partium.*
10 *Iudex, qui tacitè detulit appellationi, non potest amplius in causa se ingerere.*
11 *Iudex, qui dedit acta pro Apostolis, dicitur tacitè appellationi detulisse.*
12 *Iudex appellationi deferens, non potest se ingerere in causa, quamuis sibi non fuisset inhibitum.*
13 *Delegatus cum clausula* donec vices suas duxerit renocandas, *non potest se in causa ingerere, postquam detulit appellationi.*
14 *Iudex criminalis an possit se ingerere in causa postquam detulit appellationi, & numer. 16.*
15 *Sententia lata contra confessum, & conuictum executioni demandatur, non obstante appellatione interposita.*
17 *Iudex Reipublicæ præiudicare non potest.*
18 *Iudex deferens appellationi friuolæ, & de iure non admittendæ, tenetur illam seruare.*
19 *Nec delationem reuocare potest.*
20 *Iudici procedere volenti postquam detulit appellationi, an, & quando liceat resistere.*
21 *Iudex, qui detulit appellationi, adhuc potest se ingerere in causa, quatenus superior illam sibi remittat.*
22 *Iudex ordinarius, vel qui adiri potest per viam querelæ procedere valet in causa partibus consentientibus, & re integra quamuis detulisset appellationi interpositæ ab eius interlocutoria.*
23 *Iudex deferens appellationi cum clausula* si, & in quantum, *an adhuc possit in causa se ingerere, & num. 28.*
24 *Clausula* si, & in quantum *apposita in admissione appellationis non importat illius delationem, quando illi non erat deferendum.*
26 *Quid in admissione appellationis facta per Papam, aut alium superiorem.*
27 *Quid si commissio contineat decretum irritans.*
29 *Iudex postquam detulit appellationi, potest se ingerere in causa, si lapsus sit terminus appellanti præfixus ad illam prosequendam.*
30 *Quid si terminum præfixerit ex interuallo.*
31 *Vnus ex duobus Iudicibus in causa procedentibus, appellationi deferens, potest delationem reuocare, antequam illi deferat alius Iudex.*
32 *Iudex, qui non dedit Apostolos Reuerentiales simpliciter, sed reuerentiales in forma, potest in causa se ingerere.*
33 *Apostoli Reuerentiales in forma continent refutatorios.*
34 *Iudex, qui dedit Reuerentiales in forma censetur admisisse appellationem, quatenus veniat admittenda, alias non.*

HACTENVS de inconstantia respectu partis; nunc videndum est de inconstantia in Iudice.

1 Regula est, Iudicem, postquam detulit appellationi, nullo modo inconstantem esse posse, neque in illa causa amplius pro-
2 cedere cum per delationem abdicauerit à se omnem iurisdictionem, *cap. cum in appellatione, de appellat. in 6.* Franc. *in cap. cum cessante num. 14. de appellat.* Bart. *in l. eius, qui quæst. 2. num. 5. ff. de appell. recip. & in l. inutile, vers. quæro de aliquibus num. 2. ff. de minor. 25. ann.* Felyn. *cap. qualiter, & quando il primo fall. 4. num. 14. de accusat.* Soccin. *cons. 38. nu. 11. lib. 1.* Marant. *vers. & quandoque appellatur par. 6. act. 2. limit. 2. nu. 209.* Lancellott. *de attent. 2. par. cap. 12. limit. 1. num. 73.* Scacc. *de appell. quæst. 17. limit. 47. num. 41.* Buratt. *decis. 171. nu. 3.* Ridolphin. *in praxi*

in praxi par. 1. *cap.* 13. *num.* 247. Add. ad Buratt. *decis.* 556. *num.* 15. *&* 17. *decis.* 24. *per tot. par.* 4. *recent.*

3 Quæ regula procedit tam in Iudice ordinario, quàm in delegato, Franc. *in cap. cum appellat.* §. *si verò nu.* 1. *de appellat. in* 6. Scacc. *dicta limit.* 47. *num.* 41. *vers. extende primò.*

4 Secundò procedit, quamuis delatio esset iniusta, cui Iudex non debebat deferre, Angel. *l. quoniam Iudices num.* 4. *C. de appellat.* Franc. *dicto cap. cum appellationibus,* §. *si verò num.* 1. *&* *num.* 11. *de appellat. in* 6. Scacc. *dicto tract. quæst.* 17. *limit.* 36. *num.* 4. Rota *dicta decis.* 24. *propè fin. par.* 4. *recent.*

5 Hinc propterea, si appellationi etiam sine causa detulisset, Iudex à se abdicat iurisdictionem, Paris. *cons.* 106. *num.* 6. *&* 25. *lib.* 4. Rolan. *cons.* 77. *num.* 2. *lib.* 2. Lancellott. *de attent. dicta limit.* 1. *num.* 75. Scacc. *d. limit.* 36. *num.* 4.

6 Pariter, si appellatio esset interposita sine scriptis, cui nihilominus Iudex detulisset, eundem effectum operatur, Paris. & Rolan. *vbi supra*, Cæs. de Grassis *decis.* 2. *de appellat.* Lancellott. *dicta limit.* 1. *num.* 76.

7 Scacc. *loco cit. num.* 4. Idem dicendum, si non essent petiti Apostoli, Paris. Rolan. & Lancell. *loco cit. num.* 78.

8 Tertiò procedit, vt post delationem Iudex non possit esse inconstans, etiam si vellet grauamen reuocare, Abb. *in cap. cum cessante num.* 15. Franc. *num.* 14. Card. Alex. *num.* 50. *de appellat.* Gemin. *cap. vt super num.* 6. *de appellat. in* 6. Alexan. *l. quod iussit num.* 16. & ibi Iason *num.* 36. *ff. de re iudic.* Lancellott. *d. limit.* 1. *num.* 79. Scacc. *dicta limit.* 47. *num.* 42. vbi subextendit.

9 Quod habet locum, etiamquod adesset consensus partium, Rot. *decis.* 8. *aliàs* 70. *de appellat. in nou. & decis.* 49. *aliàs* 363. *eodem tit. in nou.* Lancell. *loco cit. num.* 80. Scacc. *loco cit. num.* 43. Et res esset integra, Paris. *cons.* 106. *num.* 25. *lib.* 4. Lancell. *loco cit. num.* 81. Scacc. *loco cit. num.* 46.

Contrarium voluere Franc. *in cap. cum appellat.* §. *si verò num.* 5. *de appellat. in* 6. *& in cap. cum cessante num.* 14. & ibi Dec. *num.* 51. Cardin. Alex. *num.* 40. Lancellott. *loco cit. num.* 81. quos refert, & sequitur Scacc. *loco cit. num.* 43. *vers. contrarium.*

Concorda has opiniones, vt posterior procedat in Iudice Ordinario, prior verò in Iudice Delegato, vt voluit Rota *decis.* 49. *de appellat. in nou.* & faciunt ea, quæ dicta sunt *supra* in inconstantia reuocationis interlocutoriæ.

10 Quartò procedit, siue expressè, siue tacitè Iudex deferat appellationi, puta dando acta pro Apostolis, *vt in decis.* 8. *aliàs* 70. *de appellat. in nou.* Lancellott. *dicta*

12 *limit.* 1. *num.* 84. Vel nihil respondendo de Apostolis, Lap. *allegat.* 124. Lancellott. *loco citato numer.* 84.

12 Quintò procedit, etiamsi per Iudicem ad quem sibi non fuerit inhibitum, quia delatio sua absque alia inhibitione dicitur sibi manus ligasse, Rolan. *dicto cons.* 77. *numer.* 2. *lib.* 3. Lancellott. *dicta limit.* 1. *num.* 85.

13 Sextò procedit, non solùm in ipso Iudice, sed etiam in delegato ab eo cum clausula, *donec vices suas duxerit reuocandas,* si ante reuocationem detulit, Bisignett. *decis.* 21. *aliàs* 30. *num.* 11. *de appellat.* Lancellott. *loco cit. num.* 86. *& limit.* 6. *num.* 27.

14 Septimò procedit etiam in iudicio criminali, & in sententia lata contra con-

15 fessum, & conuictum, quæ licet aliàs executioni demandetur, non obstante, quod ab ea fuerit appellatum, vt volunt Doctor. *in cap. Romana,* §. *si autem, de appell.*

16 *in* 6. Tamen si Iudex illi detulit executio retardatur, Angel. *in l. Constitutiones, de appellat.* Bald. *in l.* 1. *C. de confessis,* Aufrer. *ad decis.* 176. Cappell. Tholos. *circa med.* Lancellott. *loco cit. num.* 87. addo Scacc. *de Iudic. cap.* 97. *num.* 104. *lib.* 1. Farin. *cons.* 17. *num.* 7. & ibi latè *addit. littera D,* Guazzin. *ad defens. defens.* 36. *circa appellat. num.* 30.

17 Cauendum propterea est à Bossio *tit. de appellat. num.* 16. & à Baiardo *quæst.* 74. *num.* 14. qui contrarium voluere ea moti ratione, quia Iudex Reipublicæ præiudicare non potest, parum enim Reipublicæ præiudicatur, cum per hanc admissionem appellationis non remaneat Reus impunitus, cum à Iudice superiori possit sententia confirmari, & exequi.

18 Octauò procedit etiam in appellatione friuola, quæ de iure non esset admittenda, Angel. *l. quoniam Iudices num.* 4. *C. de appellat.* cum aliis per Scacc. *limit.* 36. *n.* 4.

19 In tantum quod nec etiam suam delationem reuocare poterit, Gemin. *in cap. cum appellat.* §. *si verò num.* 6. *de appellat. in* 6. Anguisciol. *cons.* 47. *num.* 3. *lib.* 3. Lancell. *loco cit. num.* 88. Scacc. *dicta limit.* 47. *numer.* 47.

20 Nonò procedit, vt si Iudex inconstans velit procedere, postquam detulit appellationi, ei possit resisti, Angel. *l. addictos num.* 2. *C. de appellat.* Felyn. *cap. quærenti num.* 6. *de offic. & potest. Iudic. deleg.* Lancell. per Scacc. *dicta limit.* 47. *num.* 87. Qui tamen aduertit, quod extensio hæc posset procedere, quando agitur de executione pœnæ corporis afflictiuæ, puta mortis, quia sic loquuntur Angel. & Felyn. *supra* allegati.

21 Dic primò, licitam esse inconstantiam, si per Iudicem ad quem causa remittatur ad Iudicem, qui detulit appellationi, *dicto cap. cum appellationibus,* Rota *dicta decis.* 8. *aliàs* 70. *& decis.* 49. *aliàs* 363. *de appellat. in nou.* Lancellott. *de attent. dicta limit.* 1.

numer. 88. versic. limit.

22 Secundò dic, licitam esse inconstantiam, quando essemus in Iudice ordinario, vel alio, qui possit per viam querelæ
23 adiri, quia si ab eius interlocutoria appelletur, partes possunt re integra, etiam hac appellatione pendente, coram eo comparere, Franc. *dicto cap. cum cessante num.* 11. Rota *dicta decis.* 49. Lancellott. *loco cit. num.* 89.

24 Tertiò dic, licitam esse inconstantiam, quando delatio facta fuit cum clausula solita *si, & in quantum*, quoniam hoc casu,
25 si non erat deferendum, non censetur delatum, Ruin. *cons.* 61. *num.* 27. *lib.* 5. Maranta *in specul. quæst.* 23. *par.* 6. *p. princip. num.* 200. Rolan. *cons.* 77. *num.* 18. *lib.* 2. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *quæst.* 100. *num.* 868. *& de recup. remed.* 9. *num.* 331. cum alijs per Lancellott. *loco cit. num.* 90. vbi ampliat, etiamquod causa appellationis
26 cum dicta clausula admissa, fuerit per Principem, siue superiorem alteri com-
27 missa, & delegata, etiam cum decreto irritanti, nam si appellatio tanquam friuola de iure non erat admittenda, quia non censetur admissa, poterit Iudex procedere post dictam appellationem, Osasc. *decis.* 5. *num.* 9.

Sed contra quod si Iudex admiserit appellationem cum clausula *si, & in quantum*,
28 etiamsi inceperit à negatiua tamen ipse habeat ligatas manus, & abdicauerit à se iurisdictionem, itaut non possit procedere ad vlteriorem executionem, voluit Posth. ex multis, quos allegat *de manut. obseruat.* 106. *num.* 26. & 27. & vltra allegatos à Posth. dicit Intrigliol. *singul. lib.* 1. *singul.* 31. *num.* 2. tu tamen non recedas à priori opinione, quia est magis recepta, & communior, & vltra *supra* allatos eam secuti sunt Ridolph. *in praxi par.* 1. *cap.* 13. *num.* 249. Adden. ad Buratt. *dicta decis.* 171. *num.* 9. Dunozett. iun. *decis.* 15. *num.* 4. *in fine, cum seqq. & decis.* 600. *num.* 3.

29 Quartò dic, licitam esse inconstantiam, quando Iudex præfigit appellanti termi-
30 num ad prosequendam appellationem, etiamsi ex interuallo id faciat, Milis *in verb. Iudex, qui detulit*, Rota *decis.* 50. *aliàs* 366. *de appellat. in nou.* Lancellott. *loco cit. num.* 94. & 95.

31 Quintò, licita est inconstantia, quando essemus in interlocutoria prolata à duobus Iudicibus, quorum vnus detulit, is enim, si antequam alius deferat, velit suam delationem reuocare, hoc facere potest, &, non obstante tali delatione actus reuocationis valet, & tenet Angel. & Bald. *in l. si cum dotem, §. eo tempore, ff. solut. matrim.* & sequitur Alexan. *ibidem num.* 3. Lancellott. *loco cit. num.* 96. Scacc. *dicta limit.* 47. *num.* 47. *vers. restringe hanc extensionem*, & dixit prius *quæst.* 13. *num.* 23. apud quem vide.

32 Sextò, licita est inconstantia quando Iudex non dedit Reuerentiales simplici-
33 ter, sed reuerentiales *in forma*, sub quibus cum contineatur refutatorij, appella-
34 tio censetur tantummodo admissa, quatenus de iure sit admittenda, & non aliàs, Vestr. *in praxi lib.* 7. *cap. vlt. num.* 2. cum alijs cumulatis per Ridolph. *in praxi par.* 1. *cap.* 13. *num.* 251.

QVÆSTIO XLII.

ARGVMENTVM.

An Princeps, qui concessit priuilegium, ne possit ad eum appellari, possit nihilominus inconstans appellationem admittere.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à sententijs Inquisitorum Hispaniarum datur ad Inquisitorem generalem, non autem ad Sedem Apostolicam.*

2 *Princeps supremus, qui concessit priuilegium ne ad eum appellari possit, adhuc potest inconstans appellationem recipere, & numer.* 7.

3 *Iurisdictio Suprema non potest à Principe vllo modo alienari.*

4 *Appellationum ius competit Principi in signum supremæ potestatis.*

5 *Princeps supremus non potest sibi auferre supremam regaliam recursus ad ipsum, nisi sedi renunciet.*

6 *Præscriptione, aut Statuto induci non potest quod ad Imperatorem omninò non appelletur.*

8 *Iurisdictionis suprema potestas adeò Principis ossibus inhæret, vt per quamcunque facultatem alteri concessam, sit ab eo inseparabilis.*

9 *Iurisdictio semper censetur concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

10 *Clausula* ac si nihil reseruatum esset, *apposita in priuilegio per Principem concesso non tollit eius supremam potestatem.*

11 *Priuilegium de non appellando non impedit Principi illud concedenti causæ auocationē.*

12 *Africani ex priuilegio concesso per Legatos Apostolicos, cum consensu Sanctæ Sedis, appellare non possunt ad Vltramarina, & ad ipsam Sanctam Sedem.*

13 *Quid si Summus Pontifex motu proprio causam auocaret.*

14 *Priuilegium, seu iurisdictionem ex proprio arbitrio concedens potest ex eodem arbitrio reuocare.*

15 *Priuilegium de non appellando non tollit supplicationem, & querelam.*

16 *Supplicatio, & querela sunt diuersa ab appellatione.*

17 *Et respiciunt directè maiestatem Principis.*

18 *Priuilegium de non appellando concessum à Principe antecessore potest reuocari à Principe successore.*

19 *Regalium concessionem factam ab antecessore quando possit reuocare successor remissiuè.*

20 *Princeps supremus concedens Feudum cum facultate recipiendi appellationes, & ita ut Feudatarius superiorem in eo non recognoscat, non potest appellationes illius Feudi recipere.*

21 *Quid in casu denegatæ iustitiæ, vel notoriæ iniustitiæ.*

22 *Et quomodo hoc casu constare debeat de iniustitia.*

HÆC quæstio dum hæc scriberem, accidit in hac Suprema, & Vniuersali Romana Inquisitione; quidam enim nobilis Hispanus inquisitus in Sancto Officio Toleti, appellauerat ad Summum Pontificem, Sanctamque Sedem Apostolicam, Summus Pontifex appellationem admisit. Conquærebatur In-
1 quisitor maior illorum Regnorum, & cum eo etiam Rex non debuisse admitti appellationem, eo quia per Bullas Summorum Pontificum, & præsertim Bullam Iulij Tertij concessum erat, vt solùm ad Inquisitorem Generalem, non autem ad Sedem Apostolicam posset appellari, ac si nihil in Sancta Sede de iurisdictione seruaretur, quam Bullam ponit per extensum Salgad.
2 in opere suo damnato *de retentione Bullarum 2. par. cap. 33. num.* 102. Et licitam esse inconstantiam, posseque Principem supremum, non obstante priuilegio prædicto, ad eum non appellandi, recipere appellationes, voluere omnes illi, qui di-
3 xerunt summam hanc iurisdictionem nullo modo à Principe alienari posse, Lucas de Penna *in l. quæcumque, C. de omni agro deserto lib.* 11. Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius, verb. vxorem nomine Adelasiam 2. decis. num.* 319. *de testam.* Carolus Degrassal. *lib. 2. Regal. Franc. iure* 14. quos adducit Couuarr. *pract. quæst. cap. 4. nu.* 1. quibus addo Innoc. *in cap. venerabilis, de censib.* Couuarr. *in regul. malæ fidei possessor par. 2. §. 2. num.* 8. Michael Ferrer. *parte* 1. *obseru. cap.* 13. Cancer. *var. lib. 2. cap. 2. num.* 123. Ius autem appellationum com-
4 petere Principi in signum supremæ potestatis, voluere Crauett. *cons.* 209. *numer.* 8. *volum.* 2. Petr. *de potest. Princip. cap. 6. numer.* 96.

5 Secundò, quia Princeps supremus non potest sibi auferre supremam regaliam recurrendi ad eum, nisi sedi renunciaret, Couuarr. *cap. possessor 2. parte §. 2. vers. 2. rerum species, de reg. iur. in* 6. Auedan. *de exeq. mandat. lib. 2. cap. 4. num.* 20. Gaspar Vall. *in l. Imperium num. 79. de iurisd. omn. Indic.* Ias. *cons.* 208. *lib.* 2. Dec. *cons.* 307. *num.* 9. Natt. *cons.* 640. *numer.* 18. Roman. *cons.* 371. Soccin. sen. *cons.* 275. *numer. 5. volum.* 2. Peregr. *de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num.* 60. cum alijs, quos refert Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 19. num.* 3. Rosental. *de feud. cap. 5. conclus.* 16. vbi ex hoc infert,
6 quod nulla præscriptione, siue statuto induci potest, vt ad Imperatorem omnino non appelletur, ex Bald. *in Auth. quas actiones nu. 14. C. de Sacros. Eccles. & in l. 2. nu. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, Bart. *in l. omnes Populi num. 27. de iust. & iur.* subdens ità fuisse iudicatum, Peregr. *de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 60. & seqq.* Mastrill. *loco cit. nu.* 4. Cabed. *decis. 40. par. 2. num.* 14.

Tertiò, adduco optimum, & rotundum Textum *in cap. dudum, de præbend. in* 6. ibi, *nos igitur attendentes, quod & si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem penès nos nihilominus remansit maior*, & ibi Geminian. *num.* 5.

7 Quamuis ergo Summus Pontifex concesserit priuilegium, quod non appelletur ad Sedem Apostolicam, hoc tamen debet intelligi ipso volente, secus, si ipse admiserit appellationem, quia tunc ex vi maioris potestatis apud se retentæ causas huiusmodi, non obstante prædicto priuilegio, cognoscere poterit, Bald. *cons.* 326. *num. 10. ad fin. lib.* 1. Parif. *cons.* 83. *num. 15. volum.* 4. Couuarr. *dicto cap. 4. practic. qq.* Natt. *cons.* 405. *num. 1. & 408. nu. 7. & 487.* Carthar. *decis. Genuæ 68. num.* 2. cum alijs per Giurbam *cons. 59. nu.* 13. Peregr. *de iur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num.* 31. Et hæc suprema potestas iurisdictionis adeo inhæret ossi-
8 bus Principis, vt ab eo per quamcunque facultatem, quam alteri concedat sit inseparabilis, Anchar. *cons.* 310. Regens Tapia *decis. 1. num.* 7. ex Bald. *in l. qui se Patris, C. vnde liberi*, Grammat. *decis. 30. nu.* 3. Rolan. *cons. 48. num. 21. lib.* 2. Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 16. num.* 9.

9 Quartò, quia concessio iurisdictionis semper censetur concessa cumulatiuè, & non priuatiuè, *dicto cap. dudum, §. nos igitur, de præbend. in* 6. Bald. *dicta l. qui se*

*patris nu.*14, *C. vnde lib.* Iaſ. *l.quod in rerum* §. *ſi quis poſt nu.*8. *de leg.*1. Natt. *d.conſ.*487. *num.*24. Roland. *conſ.* 1. *num.*134. *volum.* 2. cum alijs per Bellon. iunior. *conſil.* 5. *numer.* 9.

10 Neque obſtare videbatur clauſula, *ac ſi nihil reſeruatum eſſet Sanctæ Sedi*, quia huiuſmodi clauſula non obſtante, non tollitur ſuprema poteſtas Principis, ad tradita per Oſaſc. *conſ.*3. *num.*12.

11 Quæ omnia, ſi procedunt in terminis appellationis, multo magis procedere debent, quando Summus Pontifex procedit per viam auocationis cauſarum, quia auocatio ſub priuilegio de non appellando non cadit, vt in terminis decidit Regens Tapia *dicta deciſ.* 1. *per tot.* & præſertim *num.*38.39.40.*&* 41. optimè Eminent. D. Cardinalis Auperonius in replicatione facta ad Regem Magnæ Brittaniæ *pag. mihi* 391. vbi, quod licet conſentiente Sede
12 Apoſtolica per ſuos Legatos, non poſſint Africani appellare ad Vltramarina, atque ad eandem Sedem Apoſtolicam, hoc tamen priuilegium non comprehendebat
13 auocationes cauſarum, ad quas Summi Pontifices motu proprio procedebant, pluribuſque exornat hanc concluſionem exemplis; Cum enim in arbitrio ſuo fue-
14 rit priuilegium concedere, illamque iuriſdictionem mandare, ità in arbitrio ſuo eſt mandatum adimere, *l. ſolùm*, §. *ſicut*, *ff. de off. Proconſ.* Rebuff. *ad l.quod iuſſit* 2.*not. num.* 61. apud quem plura de auocationibus cauſarum videbis.

15 Nec habet locum priuilegium prædictum, ſi adeatur Summus Pontifex per
16 viam ſupplicationis, vel querelæ, licet enim non tollatur appellatio, non ob id
17 videntur ſublata hæc, quæ ſunt diuerſa, & reſpiciunt directè maieſtatem Principis, Dec. *l. fin. num.*51. *C. de edict. D. Adrian. tollen. & conſ.*551.*num.*1. Marſil. *prax. crim.* §. *opportunum num.*60. Pariſ. *conſ.*164. *n.*28. *lib.* 4. Ruin. *conſ.*157. *col. pen. lib.* 5. quos refert, & ſequitur Cabed. *dicta deciſ.* 40. *num.*15. *lib.* 2. & hæc omnia, ſi procedunt
18 in ipſomet Principe, qui priuilegium conceſſit, tanto magis habent locum in ſucceſſore, qui non tenetur ad obſeruandum prædictum priuilegium, Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ*, §. *amplius num.* 2. Decius *cap.*1. *num.*6. *de probat.* & ibi Felyn. *num.* 5. Brun. *conſil.* 11. *num.* 12. Boſs. *de Princip. num.*384. Surd. *conſ.*210. *num.*62. cum alijs per Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*1. *cap.*18. *nu.*24.
19 apud quem reperies, quando poſſit ſucceſſor reuocare Regalium conceſſionem.

20 Fallit tamen huiuſmodi concluſio, quando conceſſio appellationum eſſet conceſſa ſimul cum Feudo, itaut Feudatarius in eo ſuperiorem non recognoſcat, Bald. *l.*1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* Felyn. *in cap. cum non liceat num.* 10. *& ſeqq. de præſcript.* Afflict. *in prælud. Conſtit. Regni qu.*21. *per tot.* Cepoll. *conſ. crim.*17. *num.*45. Natt. *conſ.* 408. *num.* 7. Decian. *conſ.* 56. *num.* 4. *vol.*5. Oſaſc. *conſ.*9. *num.*41. *&* 43. Peregr. *de iur. Fiſc. lib.*1. *tit.*2. *num.*63. hos adducit, & ſequitur Bellon. iunior. *dicto conſil.* 5. *num.* 28.

21 Sed nihilominus hoc in caſu Princeps ſupremus poteſt adiri per viam querelæ in caſu denegatæ iuſtitiæ, vel notoriæ iniuſtitiæ, Gloſs. *in cap. quoniam, in verb. deſeruit.* 10. *diſtinct.* Abb. *in cap. expoſita num.*2. *de arbitr. & in rubr. de appellat. num.*9. Felyn. *in cap. ſi duobus num.* 6. *eodem tit.* Peregrin. *dicto num.*62. Abb. *in cap. dilecti*, qui declarat *num.*7. *de appellat.* Guidopap. *quæſt.*436. *num.* 85. Franc. Marc. *deciſ.*375. *num.*3. *par.*2. Bellon. iun. *dicto conſ.*5. *nu.*31. *&* 38. Sed oportet hoc caſu docere de
22 iniuſtitia notoria, & manifeſta, Abb. *in dicto cap. expoſita num.*2. *de arbitr. & in rubr. de appellat. num.*9. Felyn. *in dicto cap. ſi duobus num.*3. *verſ. primus*, Boſs. *de for. compet. num.* 167. cum alijs *ſupra* citatis per Bellon. iun. *dicto conſ.*5. *num.*43.

QVÆSTIO XLIII.

ARGVMENTVM.

An capto pignore in cauſam iudicati, creditor poſſit eo dimiſſo ad aliud inconſtans ſe conuertere: Et an in ſubhaſtatione, & deliberatione pignoris licita ſit inconſtantia, tam reſpectu ſubhaſtantis, quàm reſpectu offerentis; Et quid attenta læſione? Et an in locatione gabellarum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor capto pignore in cauſam iudicati non poteſt inconſtans illo dimiſſo ad aliud ſe conuertere.*

2 *Aſſiſtentiam obtinens ſuper quibuſdam bonis, an poſſit pro eodem credito ſuper alijs agere.*

3 *Creditor habens electionem pignoris ex prouiſione legis, vel contractus, capto vno pi-*

gnore non poteſt conuolare ad aliud, niſi expectato exitu an bona capta ſufficiant pro ſatisfactione.

4 *Creditor capto vno pignore poteſt ad aliud ſe conuertere quando pignus captum non eſt ſufficiens.*

5 *Executio, & diſtractio pignorum fit à creditore ad conſequendum, quod ſibi debetur.*

6 *Pignoribus prioribus diſtractis non ſufficientibus, adhuc remanet creditor in reſiduo.*

7 *Creditor acquieſcens bonis captis, quæ vidit non ſufficere, non poteſt ad alia conuolare.*

8 *Executione prima impedita, vel intricata poteſt Iudex committere, quod ad nouam executionem ſuper alijs bonis deueniatur.*

9 *Quid ſi fuiſſet conceſſa adiudicatio, quæ effectum non habuiſſet.*

10 *Vel ſi debitor feciſſet depoſitum cum aliqua conditione.*

11 *Depoſitum vt ſuffragetur debet eſſe liberum.*

12 *Creditor capto vno pignore poteſt eo dimiſſo ad aliud euolare in executiuis.*

13 *Quid ſtante obligatione Camerali.*

14 *Debitore capto pro debito, poteſt creditor petere immiſſionem in tenutam, vel ad executionem realem procedere in executiuis.*

15 *Et an creditor immiſſus in tenutam poſſit inſtare pro captura debitoris.*

16 *Creditor habens pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria auctoritate, & Iudicem adiens, an, & quando poſſit nihilominus propria vti auctoritate ſibi competente.*

17 *Obligatio Camer. continet clauſulam* quod vna via electa, alia non tollatur.

18 *Actor in executiuis electa vna via non cogitur in ea perſiſtere.*

19 *Creditor capto principali debitore poteſt deuenire ad capturam fideiuſſoris in executiuis.*

20 *Creditor habens pignus pro ſua aſſecuratione poteſt eo relicto contra fideiuſſorem agere.*

21 *Quid ſi fideiuſſor ſit datus ad id, quod minus ex pignore redigatur.*

22 *Sequeſtrum bonorum debitoris non impedit creditori ne valeat ad aliam executionem procedere.*

23 *Executione conſumpta per adiudicationem, & traditionem bonorum, non poteſt creditor ad alium executionem deuenire.*

24 *Adiudicatio pignorum ſola ſine illorum traditione non impedit creditori ne valeat procedere ad aliam executionem.*

25 *Nec liberat fideiuſſores.*

26 *Adiudicatio ſola non acquirit bonorum poſſeſſionem creditori.*

27 *Executio noua quando fieri poteſt non debet fieri in eodem inſtanti, ſed ordine ſucceſſiuo.*

28 *Pignora, & vectigalia deliberari debent plus, & vltimo offerenti.*

29 *Licitatio reiterari non debet poſtquam bona fuerunt vltimo licitatori deliberata.*

30 *Subhaſtatio dicitur perfecta finito tempore, & extincta candela, itaut non ſit amplius locus pœnitentiæ.*

31 *Quid ſi fuiſſet oblatum pretium minimum.*

32 *Licitator nouus, & meliorem offerens conditionem admitti non debet etiamſi compareat momento poſt extinctam candelam.*

33 *Quid ſi nouus licitator ſit idem creditor.*

34 *Creditor admittitur ad licitandum.*

35 *Secundus oblator non admittitur poſt peractam ſubhaſtationem, quamuis offerat pretium duplicatum.*

36 *Quid ſi magna exindè vtilitas ſubhaſtantibus proueniret.*

37 *Licitatori vltimo per extinctionem candelæ dicitur quæſitum ius.*

38 *Iudex non poteſt prorogare terminum ad licitandum, vel nouum terminum concedere poſt extinctam candelam.*

39 *Quid ſi non eſſet ſecutum ſecundùm decretum.*

40 *Vel ſi ſecuta eſſet etiam deliberatio.*

41 *Vel adiudicatio ipſi creditori licitanti.*

42 *Quid ſi nouus licitator compareret ante traditionem rei, vel pretij numerationem.*

43 *Vel ſi compareret poſt traditionem.*

44 *Quid ſi agatur de re Communitatis, minoris, vel Eccleſiæ.*

45 *Vltimus licitator, in cuius præiudicium Iudex velit nouum licitatorem admitti, poteſt appellare.*

46 *Et inſtrumentum factum cum nouo licitatore eſſet nullum.*

47 *Eccleſiæ, & loca pia non poſſunt eſſe inconſtantes, & à contractibus perfectis recedere.*

48 *Imò tenentur illis ſtare magis quam perſonæ ſeculares.*

49 *Gratificationi non eſt locus in ſubhaſtatione.*

50 *Eccleſia, vel illius adminiſtrator, an poſſint gratificare ſoluenti iuſtum pretium.*

51 *Iuſtum pretium cenſetur, quod liberaliter offertur à ſciente rei conditionem.*

52 *Licitationem, & oblationem iuſta ſubſiſtente cauſa poteſt Iudex non ſequi.*

53 *Quid ſi fuit oblatum iuſtum pretium.*

54 *Conſuetudo de admittendo nouum licitatorem poſt extinctam candelam licita eſt.*

55 *Quid ſi nouus oblator creſcat pretium in tertia, vel maiori parte.*

56 *Et de praxi Tribunalis Audit. Cam.*

57 *Licitator nouus admittitur quando à ſubhaſtatione fuit appellatum.*

58 *Quid ſi maior oblator non eſt idoneus, ſed decoctus.*

59 *Licitator nouus admittitur in præiudicium aliorum licitantium, & poteſt Iudex terminum extendere, vel abbreuiare, quando fuit ſim-*

pliciter proclamatum, quod qui vult emere veniat ad offerendum, nec fuit adiectum, quod bona deliberabuntur plus offerenti, & num. 63.

60 Terminum ad licitandum potest Iudex prorogare ad instantiam creditoris, quando infra terminum præfixum non comparuit aliquis oblator.

61 Quid si Statutum requirat solùm vnicum bandum.

62 Oblator nouus admitti potest quando in subhastatione non interuenerunt debitæ solemnitates.

64 Exponens rem vendendam, & non dicens, quod vendetur plus offerenti, videtur potius velle explorare illum pretium, quam vendere.

65 Licitator nouus admittitur aduersus alium licitatorem, cui bona fuerunt vendita pendente termino subhastationis.

66 Venditio facta licitatori infra terminum subhastationis habet in se tacitam conditionem, nisi alius accedat licitator, qui maius offerat pretium.

67 Quid in venditione facta à priuato.

68 Vel in subhastatione iudiciali.

69 Oblatio maior, etiam post perfectam subhastationem, & candelam extinctam, admittitur quando agitur de interesse creditorum.

70 Creditorum iura haberent multa specialia, de quibus hic remissiuè.

71 Venditor post perfectam venditionem, non potest ab ea recedere.

72 Creditor, ad cuius instantiam bona subhastantur, potest post subhastationem, pretio non soluto, recedere à venditione, rem retrahere, & alteri vendere.

73 Minori, Reipublicæ, & Ecclesiæ, an, & quando competat restitutio in integrum aduersus subhastationem perfectam comparente alio, qui offerat meliorem conditionem.

74 Primus oblator in casibus, in quibus admittitur secundus, si supplere velit pretium à secundo oblatum præferendus est.

75 Fiscus an possit reuocare locationem factam ad certum tempus, eo pendente, dum comparet alius meliorem conditionem offerens, & primus conductor recusat supplere pretium.

76 Terminus subhastationis reuocari potest re integra antequam aliquis publicè offerat.

77 Licitator nouus an semel tantùm, vel pluries admitti possit.

78 Licitator nouus non admittitur post perfectam subhastationem in rebus subiectis casibus fortuitis, nisi in ea interuenissent sordes, vel gratia.

79 Subhastatio potest rescindi ex capite læsionis.

80 Dummodo sit vltra dimidiam.

81 Et an sufficiat læsio in sexta parte.

82 Læsio maior requiritur in venditione voluntaria, quam in iudiciali, & de ratione.

83 Iudex non habet tam absolutam dispositionem rei, quam habet dominus.

84 Læsio minima, & etiam in vno nummo vltra dimidiam sufficit ad rescindendam subhastationem.

85 Adiudicatio iudicialis ex capite læsionis rescinditur.

86 Subhastatio rescinditur ex capite læsionis, etiamsi fieret virtute pacti iurati de vendendo rem per subhastationem.

87 Quid si læsio sit enormis.

88 Iurans non censetur in læsionem enormissimam consensisse.

89 Renuncians enormissimæ læsioni adhuc ex illa potest petere subhastationis rescissionem.

90 Subhastatio ex capite læsionis rescinditur siue in ea Iudex interposuerit decretum, siue non.

91 Gabellarum locatio an ex capite læsionis rescindatur, & num. 94.

92 Læsio considerari non potest in ijs, quæ pendent ab incerto futuro euentu.

93 Minori non datur restitutio in integrum in ijs, quæ pendent ex futuro euentu.

95 Læsionem ad æstimandam attenditur tempus contractus.

96 Quid de contractibus, qui habent tractum successiuum.

97 Subhastatio voluntaria facta per dominum non rescinditur prætextu læsionis.

98 Quid si venditor promisit non contrauenire, vel subhastationem iuramento firmauit.

99 Venditor, qui non ex necessitate, sed per viam voluntatis bona subhastauit, potest ex capite læsionis subhastationem rescindere.

100 Fiscus an, & quando rescindere possit subhastationem ex capite læsionis.

101 Emptor ex capite læsionis non potest rescindere emptionem factam sub hasta.

102 Creditor accipiens in solutum pro toto debito rem minoris valoris non potest contractum rescindere sub prætextu læsionis.

103 Læsio an, & quando admittatur ad rescindendam subhastationem, stante Statuto, quod factis subhastationibus bona adiudicentur plus offerenti.

104 Læsio non admittitur ad rescindendam venditionem ad tempus.

105 Quid in locatione.

106 Actio rescissoria ex capite læsionis durat per 30. annos.

107 Quid stante Statuto tempus minuente.

108 Ecclesia potest allegare læsionem vsque ad 40. annos.

109 Oblator maior quis dicatur, & quæ conditione admittantur, vel reijciantur in oblationibus remissiuè.

110 Iudex, qui decretum interposuit in subhastatione bonorum, potest inconstans iure retractus rem subhastatam repetere.

111 Auctoritatem interponens alicui actui, vel nomine alieno, vel necessitate officij sibi non præiudicat nomine proprio, & particulari.

1 PRO complemento huius tractatus inconstantiæ iudicialis videndum est, an capto pignore in causa iudicati liceat creditori, illo dimisso ad aliud incõstanter se conuertere: & illicitam hoc casu esse inconstantiam apparet ex Textu *in l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. si pignora ff. de re iudic.* Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 5. §. 2. *nu.* 21. Anton. Sola *ad decret. Sabaudiæ lib.* 3. *tit.* 32. *gloss.* 20. Guidopap. *dec.* 348. *nu.* 2. Gilian. *ad Statut. Perus. verb. executio num.* 11. Borell. *in summa decis. tit.* 32. *nu.* 245. *de sent. execut.* Franc. Milan. *decis.* 14. *num.* 132. hos Posth. *de subhast. inspect.* 27. *num.* 1. Gaspar. Anton. Thes. *qq. forens. lib.* 1. *qu.* 7. *num.* 5. *vers. in contrarium,* vbi *num.* 6. inuestit contra variationem, & inconstantiam, quæ non est toleranda, Gloss. *in l. in causæ, in verb. recusabit, ff. de Procur. cap. mutare, cap. quod semel, de reg. iur.* & propterea fuit decisum in Concilio Neapolitano, teste Capic. *decis.* 33. quod, qui obtinuerat assistentiam in quibusdam
2 bonis, non potuisset variare, & pro eadem quantitate super alijs bonis agere, Anton. Thes. *loc. cit.* Vrsell. *conclus.* 157. *num.* 1. de qua tamen decisione dictum fuit supra.

3 Et hæc inconstantia illicita est, siue creditor haberet electionem ex legis prouisione, siue ex contractu, quia debet expectari exitus, an bona capta sufficiant pro satisfactione, vt possit ad alia redire, Franc.

Milan. *d. decis.* 14. *nu.* 14. Posth. *de subhast. d. inspect.* 27. *num.* 2.

4 Licita tamen erit inconstantia, si pignus captum non sit sufficiens, *d. l. à Diuo Pio, §. pignora*, & ibi DD. Angel. *l. restituere, ff. de rei vendic.* Bero. *cons.* 107. *num.* 2. *vol.* 3. Carthar. *decis. Genuen.* 105. *num.* 6. Gaspar. Anton. Thes. *d. quæst.* 7. *num.* 9. Posth. *de subhast. d. inspect.* 27. *nu.* 36. ratio est, quia

5 executio, & distractio pignorum fit à creditore ad effectum consequendi id, quod sibi debetur, *l. creditor, C. de distract. pignor.*

6 si priora pignora non sufficiunt, remanet creditor residui, *l. hypothecis eod. tit.* Rot. *dec.* 48. *post* Nigr. *de subhast.*

7 Dummodo creditor captis bonis videns ea non sufficere acquiescat, Gaspar. Anton. Thes. *loc. cit. vers. nisi creditor*, Posth. *loc. cit. num.* 39.

8 Secundò, licita est variatio, si per primam executionem non fuerit benè consultum creditori, vt quia in prima executione aliquis se opposuerit, vel controuertatur, an res sit debitoris, vel reperta fuerint bona intricata, quia hisce casibus licita est inconstantia, & Iudex potest mandare, vt super aliis bonis fiat executio, Gaspar. Anton. Thes. *d. quæst.* 7. *num.* 6. *vers. cum iste casus*, Posth. *de subhast. d. insp.* 27. *num.* 4. *cum seq.* vel si esset concessa adiu-

9 dicatio, quæ effectum non habuisset, & per quam creditori satisfactum non fuisset, Carthar. *d. decis.* 105. *num.* 6. *vsque in fin.* Posth. *d. insp.* 27. *num.* 11. Rot. *dec.* 122. *num.* 18. & 161. *num.* 24. *par.* 6. *recent.* vel si debitor fecisset depositum cum aliqua

10 conditione, quia depositum debet esse

11 liberum, vt suffragetur, Bart. *in l. soluturus nu.* 5. *ff. de solutionibus*, Salyc. *l. acceptam nu.* 1. *C. de vsur.* Cenc. *de cens. par.* 3. *cap.* 1. *qu.* 3. *art.* 9. *num.* 28. Rot. *d. decis.* 122. *num.* 20. Posth. *d. inspect.* 27. *num.* 10.

12 Tertiò licita est inconstantia, quando sumus in executiuis, *l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inspic. l. hæres à debitore, §. ei autem, ff. de fideiuss. l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib.* 10. Ias. *l. nulli, C. de iudic. & cons.* 9. *vol.* 1. Asin. *de execut.* §. 7. *cap.* 213. *num.* 4. Posth. *d. inspect.* 27. *n.* 16. & 26. Caputaq. *dec.* 50. *num.* 7. *par.* 1. Rot. *d. decis.* 122. *num.* 15. & 16. & *d. dec.* 161. *nu.* 4. *par.* 6. *rec.* Mer-

13 lin. *decis.* 623. *num.* 3. Præsertim stante obligatione Camerali, Paris. *cons.* 103. *n.* 3. *vol.* 3. Galles. *de oblig. Camer. qu.* 15. *num.* 2. & ibi Zacch. *num.* 1. Rot. *d. dec.* 122. *num.* 19. vbi quod hoc procedit sine difficultate ex tritissimo, & vsitato stylo.

14 Hinc infertur, quod, si debitor captus sit pro debito, & adhuc non soluat, potest creditor petere se immitti in tenutam bonorum, vel aliam executionem realem facere, Petr. Pech. *de iur. sisten. cap.* 4. *nu.* 25. Asin. *de execut. dicto loc.* Gaspar. Anton. Thes. *d. qu.* 7. *nu.* 2. Salust. Tiber. *in praxi lib.* 1. *nu.* 46. Marches. *de commiss. par.* 3. *de commiss. admiss. ad cess. bonor.* §. 1. *num.* 31. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. cum aliis per Posth. *loco cit. nu.* 20. Rot. *d. dec.* 122. & 161. *num.* 24. *par.* 6. *rec.* Merlin. *d. decis.* 263. *num.* 3.

15 Similiter è contrario, si creditor sit immissus in tenutam, potest instare pro captura debitoris, Archid. *cap.* 1. *de eo, qui immissus in possessionem*, Bart. *in d. l. consentaneum num.* 17. Bald. *in l. ignorare, C. de testam. milit.* Dec. *cons.* 73. *in fin.* Roman. *singul.* 411. Rot. *in Romana Pecuniaria* 15. *Iulij* 1609. coram *Marcomontio* penès Marches. *de commiss. ab obligat. Cameral. p.* 1. §. 2. *pag.* 874. Merlin. *d. dec.* 623. *num.* 4. Fab. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 20. *diffin.* 4. Rot. *dec.* 122. *par.* 6. *rec. nu.* 17.

16 Pariter, si creditor, qui habet pactum ingrediendi possessionem propria auctoritate, adiuerit Iudicem pro satisfactione, potest nihilominus redire ad pactum, & vti propria auctoritate sibi competente, Rot. apud Merlin. *d. dec.* 623. *num.* 4. vnde valde mirandum est de inconstantia modernæ Rotæ, seu potius Domini Compilatoris R. P. D. Bichij, qui *in decisione Romana, seu Veliterna affictus* 25. *Iunij* 1646. quę est inter eius impress. *dec.* 281. resoluit, non potuisse Capitulum S. Petri vti pacto apposito in instrumento affictus Casalis Campi-mortui cum DD. de Venturinis, obligatione Camerali vallato vendendi fructus dicti Casalis propria auctoritate, ex quo Iudicem adiuit pro licentia vendendi; quia omnes doctrinæ allegatæ in dicta decisione procedunt, quando sumus in iudicio ordinario, non autem in executiuo, vt declarat Ias. *d. cons.* 9. *n.* 41. & in puncto Vrsill. *ad* Afflict. *dec.* 326. *n.* 2.

17 & ratio est, quia, cum in obligatione Camerali contineatur clausula, *quod vna via electa, alia non tollatur*, & in execu-

18 tiuis *actor vna via electa non cogatur in ea persistere*, Merlin. *d. decis.* 623. *nu.* 3. sibi non præiudicauit Capitulum in potestate capiendi possessionem fructuum propria auctoritate adeundo Iudicem pro licentia illos capiendi, & vendendi, Caput. *dec.* 50. *num.* 5. *par.* 1. Surd. *decis.* 44. *nu.* 17. & 18. Rot. *d. dec.* 122. *num.* 16. & *d. dec.* 161. *n.* 4. *par.* 6. *rec.*

19 Hinc etiam infertur, quod, si captus est principalis debitor, potest creditor ad capturam fideiussoris, etiam deuenire, *l. hæres à debitore, §. quod si stipulator*, & ibi Bart. *ff. de fideiuss.* Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 193. *nu.* 36. Posth. *d. inspect.* 27. *nu.* 22.

20 Idem est, si creditor pro sui assecuratione pignus habeat, quia nihilominus relicto pignore potest aduersus fideiussorem agere

agere, Mangil. *de subhast. qu.* 62. *nu.* 11. & 12. Posth. *d. inspect.* 27. *num.* 30. Nisi fide-
21 iussor datus sit ad id, quod minus ex pignore redigatur, Mangil. & Posth. *loco citat.*

Idemque erit, si creditor habeat bona debitoris sequestrata, quia nihilominus
22 inconstans poterit debitum petere, & ad executionem procedere, quia non est sibi satisfactum, Surd. *cons.* 365. *n.*21. Crauett. *cons.* 63. *num.* 9. Posth. *d. inspect.* 27. *nu.*32. Rot. *d. dec.* 122. *num.*18. *par.* 6. *recent.*

23 Cessabit tamen omnino inconstantia, quando consumpta est executio mediante adiudicatione bonorum, traditione, & liberatione, *l. apud Aufid. ff. de opt. legat.* Doct. *l. serui elect. ff. de leg.* 1. Franc. *decis.* 53. Rot. *dec.*414. *par.*4. *diuers.* Merlin. *dec.*566. *num.* 2. & *d. dec.* 623. *num.*5.

24 Aduerte tamen, quod sola sententia, & adiudicatio non tollit variationem, & inconstantiam, sed requiritur traditio, & liberatio, vt supra dictum est, latè post hæc scripta visus, Salgad. *in labyrint. creditorum par.* 1. *cap.*18. *per tot.* vbi propterea infert, quod per solam adiudicationem pigno-
25 rum in concursu creditorum non liberantur fideiussores, sed requiritur satisfactio, & solutio, itaut creditori aduersus eos denegetur inconstantia, & variatio; ratio
26 est quia per solam adiudicationem bonorum creditori, illi non acquiritur possessio, nec dominium, Coccin. *decis.* 185. *num.* 5. & 223. *nu.* 4. Greg. XV. *dec.* 546. *num.* 9. & 10. Cassador. *dec.* 7. *de caus. possess. & propriet.* Paleott. *decis.* 215. Seraph. *decis.* 937. *num.*2. Buratt. *decis.* 124. *per tot.* & propterea, vt dixi alias cauendum est à *d. dec.* Capic. 33. & à *dec.* Guidopap. 348. à Thes. *d. qu.* 7. à Surd. *cons.* 413. *num.* 18. *vol.* 3. quia eorum dictum procedit, si per adiudicationem bonorum debitoris factã creditori, est plenè illi satisfactum, vt bene declarat Rota *d. dec.* 161. *num.*24. *par.*6. *recent.* in omnem tamen eusum, quando
27 licita est variatio, executio non debet fieri eodem instanti, simul, & semel, sed ordine successiuo, Alex. *cons.* 130. *nu.* 15. *vol.* 4. Marches. *de commiss. par.* 3. *de commiss. admiss. ad cess. bon.* §. 1. *num.*33. Posth. *loc. cit. num.* 24.

An autem in subhastatione, & deliberatione pignoris licita sit inconstantia. Duplex oritur quæstio, altera respectu ipsius subhastantis, altera respectu offerentis.

28 Quoad primam dic, quod cum pignora, bona, vectigalia, quæ venduntur subhasta, deliberari debeant plus offerenti, & vltimo licitatori, qui liberè maiorem summam, & meliorem conditionem in tempore obtulerit, *l. licitatio, ff. de public. vectigal. Auth. hoc ius porrectum, de sacros. Eccles. l. penes,* vbi Doct. *C. de vectig. & commun. l.* 1. & *l. si tempore C. de fid. instrum. & iur. Hast. fiscal.. lib.* 10. iuncta *l. loca, C. de locat. prædior. ciuil. lib.*11. Rebuff. *de subhast. art.* 7. *gloss.* 1. *num.* 7. Bertachin. *de gabell. par.* 2. *num.* 20. Carocc. *de oblat.* Glusian. *de dat. insolut. cap.* 28. *num.* 317. Gratian. *discept.* 321. *num.* 19. cum alijs plurimis allegatis à Posth. *de subhast. inspect.* 35. *num.* 3. Mastrill. *dec.* 84. Rot. *decis.* 21. & 106. post Mangil. *de subhast.* vbi aliæ decisiones allegantur, addo nouissimè; Salgad. *in labyr. creditorum par.*2. *cap.* 2. *num.*2. Io. Philipp. *de subhast. cap.* 4. *num.* 13. Rot. *dec.* 12. *num.* 9. *par.* 12. *rec.* locus non est
29 inconstantiæ, itaut alius possit admitti, & licitatio reiterari, *l. eos, C. de diuers. præd. lib.*11. *l. si tempora, C. de fid. instrum, l.* 1. *C. de vend. reb. Ciuitatis lib.*11. *l. cuius,* §. *fin ff. ad municip.* Alber. *l. & si fine,* §. *quæsitum, de minor.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 5. *par.* §. 13. *num.* 16. Capic. *dec.* 36. *nu.* 5. Asin. *de execut.* §. 4. *cap.* 86. *per tot.* Mastrill. *decis.* 84. hos omnes Salgad. *loco cit. num.* 2. *vers.* 1. Ratio est, quia tempore
30 subhastationis finito, extincta iam candela, dicitur perfecta subhastatio, contractus consummatus, & propterea pœnitentiæ locus non est, Buratt. *dec.*249. Alex. *cons.*114. *num.* 2. *vol.* 6. Asin. *de execut.* §. 6. *cap.* 20. *num.* 20. Scacc. *de Iudic. cap.* 91. *num.* 41. Rot. *dec.* 55. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* cum alijs per Salgad. *loc. cit. nu.* 4. addo Caball. *cons.* 120. *num.* 1. & 11. Grat. *discept.*321. *n.* 19. Mangil. *de subhast. qu.* 24. *num.* 15. & 16. cum alijs per Posth. *eod. tract. inspect.* 35. *num.* 19. Rot. *dec.* 376. *num.* 5. *par.* 4. *rec.*
31 & hæc conclusio habet locum, etiamsi minimum pretium fuerit plus oblatum, Luc. Pet. *in prax. lib.*8. *cap.*2. *nu.* 58. Posth. *loc. cit. num.* 22.

32 Secundò habet locum, etiamquod solo momento post extinctam candelam nouus accedat licitator meliorem offerens conditionem, Asin. *de execut.* §. 4. *cap.*86. *num.* 12. Franc. Marc. *decis.* 566. *num.* 1. cum alijs per Salgad. *loc. cit. num.* 3.

33 Tertiò habet locum, etiam quod licitator sit ipsemet creditor, Bart. *l. licitatio n.*4. *ff. de public. & vectigal. & in d. l. si tempora, C. de fid. instrum. lib.*10. Bertachin. *de gabell. p.* 2. *q.*9. Mangil. hos omnes *de subhast. q.*37. *num.* 15. Posth. *eod. tract. d. inspect.* 35. *n.*5.
34 nam de iure admittitur creditor ad licitandum, *l.* 2. *C. si in caus. Iud. pign. capiat.* Asin. *de execut.* §. 4. *cap.* 69. Giurb. *dec.*53. Greg. XV. *decis.* 12. *n.*1. & ibi Addent. cum alijs per Posth. *de subhast. inspect.* 32. *numer.* 8. & 9.

35 Quartò habet locum, etiamquod secundus oblator offerat duplicatum pretium, quia iam peracta subhastatione iste non admittitur, *l. non est probabilis, C. de re-*

rescind. vendit. Magon. *decis. Florent.* 132. *num.* 1. 2. & 3. Mangil. *de subhast. quæst.* 24. *num.* 27. Posth. *cod. tract. de inspect.* 35. *n.* 46.

36 Quintò habet locum, etiamquod magna vtilitas subhastantibus resultaret ex maiori oblatione, quia extincta candela

37 post ius quæsitum vltimo licitatori non datur inconstantia, Asin. *d.* §. 4. *cap.* 86. *num.* 25. & §. 6. *cap.* 10. *num.* 40. Posth. *dict. inspect.* 35. *num.* 48. & *seq.*

38 Sextò habet locum, etiamquod Iudex vellet nouum terminum concedere, seu prorogare licitationem, vel subhastationem, vt nouus licitator accederet, Aldobrand. *cons.* 116. *num.* 11. *lib.* 2. Caball. *cons.* 129. *nu.* 11. Asin. *de execut.* §. 6. *cap.* 1. *num.* 23. Mangil. *de subhast. qu.* 11. *num.* 1. & 2. & *qu.* 16. *num.* 13. & 15. *qu.* 24. *nu.* 15. *qu.* 28. *num.* 10. Rot. *decis.* 55. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* Buratt. *decis.* 703. *num.* 5. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 50.

39 Septimò habet locum, etiamquod non esset secutum secundum decretum, Papon. *arrest.* 14. *lib.* 6. *tit.* 18. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 54.

40 Octauò, tanto magis habet locum, si subhastationibus factis subsecuta esset etiam deliberatio, Peregr. *de iur. Fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 5. Mangil. *de subhast. quæst.* 86. *num.* 18. Magon. *decis. Florent.* 132. *num.* 2.

41 Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 55. vbi idem esse dicit, si facta sit adiudicatio etiam ipsi creditori licitanti.

42 Quod procedit, etiamsi ante rei traditionem, vel pretii numerationem, vel intra sex, aut septem dies, vel ante aliquod aliud breue tempus alius addat summam aliquam, quia non datur inconstantia, Griuell. *decis.* 44. *num.* 1. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 61.

43 Nonò, tanto magis habet locum, si deliberatio sit perfecta, & res emptori tradita, & ab eodem assecuta possessio, Maurit. *de restit. in integ. cap.* 375. *in princ.* Mangil. *de subhast. qu.* 21. *nu.* 3. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 63. & 64.

44 Decimò, habet locum, etiamquod agatur de re communis, vel minoris, vel Ecclesiæ, Mangil. *de subhast. qu.* 28. *num.* 7. Mastril. *decis.* 84. *nu.* 2. Griuell. *d. decis.* 44. *num.* 4. Posth. *d. inspect.* 35. *nu.* 71. Salgad. *d. cap.* 2. *par.* 2. *num.* 5.

45 Vndecimò, intantumque hæc sunt vera, vt si Iudex inconstans admitteret nouum oblatorem, iniuriam faceret vltimo licitatori, & ab eo posset appellari, Papon. *d. arrest.* 14. *lib.* 6. *tit.* 18. Posth. *d. in-*

46 *spect.* 35. *num.* 77. & instrumentum factum cum nouo oblatore esset nullum, Rot. *dec.* 376. *num.* 7. *par.* 4. *recent.* etiamquod tractaretur de re Ecclesiæ, vel loci Pij, qui-

47 bus non datur aliquod priuilegium, vt possint esse inconstantes, & à contractibus

48 perfectis recedere, imò tenentur magis, quam aliæ personæ seculares, Rota *d. decis.* 376. *num.* 7.

49 Duodecimò, nec gratificationi est locus, Rebuff. *de precon. licit. & subhast. art.* 7. *gloss.* 1. *nu.* 18. Papon. *arrest.* 2. *lib.* 13. *tit.* 19. *de vectigal.* Mangil. *de subhast. qu.* 144. *nu.* 1. Posth. *d. inspect.* 35. *nu.* 9.

50 Fallit in Ecclesia, seu illius administratore, qui poterit gratificare ei, qui soluit iustum pretium, Gloss. *cap. ea enim,* §. *hoc ius* 10. *qu.* 11. *in verb. vt plus,* Roman. *singul.* 752. Archid. *in dicto* §. *hoc ius,* Abb. *in cap.* 1. *de empt. & vendit.* cum aliis per Mangil. *d. tract. qu.* 144. *num.* 3. & per Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 34.

51 Cæterum, Rebuff. *ad Constit. Regni Galliæ tit. de precon. art.* 7. *glofs. vnic. num.* 20. dixit, quod administrator Ecclesiæ malè faceret, si non daret plus offerenti, quia illud censetur iustum pretium, quod liberaliter offertur à sciente rei conditionem, *l. mortis causa capion. vltim. glofs. ff. donat. causa mortis,* Canonistæ *cap. dilecti, de empt. & vend.* Mangil. *loco cit. nu.* 4. Posth. *d. inspect.* 35. *nu.* 36. & 37.

52 Dic tamen, quod ex causa potest Iudex licitationem, & oblationem non sequi, *l. licitatio, ff. de pub. & vectigal. l. si pignori, ff. familiæ Herciscundæ,* Asin. *de execut.* §. 4. *cap.* 20. *num.* 3. Mangil. *de subhast. quæst.* 71. *num.* 5. *qu.* 83. *num.* 4. & 158. *num.* 3. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 131. Quod tamen non

53 procedit, si iustum pretium fuerit oblatum, Mangil *d. qu.* 71. *num.* 6. & *quæst.* 83. *num.* 5.

54 Dic primò, licitam esse inconstantiam, si statutum, stylus, vel consuetudo aliud dictet, Tepat. *var. sent. tit.* 41. *cap.* 8. Mangil. *de subhast. qu.* 11. *num.* 7. Posth. *loco cit. num.* 93. vbi *nu.* 74. ex Paponio *d. arrest.* 14.

55 dicit, quod seruanda est consuetudo admittendi nouum oblatorem, si oblatio

56 crescat in tertia, vel maiori parte, Rot. post Mangil. *de subhast. decis.* 20. vbi de stylo A. C. Posth. *loco cit. num.* 117. Capic. *decis.* 3. Nigr. *de subhast. cap* 7. §. 4. *nu.* 12.

57 Dic secundò, licitam esse inconstantiam, si à decreto fuisset appellatum, Rebuff. *de precon. licit. & subhast. art.* 5. *glofs.* 1. Mangil. *de subhast. qu.* 131. *num.* 2. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 95.

58 Dic tertiò, licitam esse inconstantiam, si, qui emit, non est idoneus, sed decoctus, vel fallitus, Ferrett. *de gabell. nu.* 281. Posth. *loco cit. num.* 96. Moscatell. *in prax. verb. venduntur num.* 78. Nigr. *cap.* 7. §. 7. *num.* 15.

59 Dic quartò, licitam esse inconstantiam, si preco, vel edictum simpliciter diceret, quod, qui vult emere, vel conducere, veniat ad offerendum intra talem diem, nec adijceret, quod plus offerenti dabitur.

quia poterit terminus extendi, prorogari, & abbreuiari in præiudicium præcedentium licitatorum, imò illis inuitis, & contradicentibus, Mangil. *de subhast. q.* 16. *num.* 13. Posth. *cod. tract. d. inspect.* 35. *num.* 97.

60 Quod multo magis procedit, si in termino in edicto apposito nullus ad licitandum comparuerit, quia tunc creditore postulante, potest Iudex inconstans alium terminum concedere, Luc. Pet. *in prax. lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 38. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 101. qui cum dicto Luca, & Tepat. subiungit, hoc non procedere, si statutum vnicum tantum bannum requirat, quæ

61 tamen opinio mihi non arridet; quia, etiamsi statutum præfigat terminum, non tamen tollitur, quin, si nulli est ius quæsitum, & partibus volentibus non possit Iudex nouum terminum concedere.

62 Dic quintò, licitam esse inconstantiam, si necessaria in subhastatione non interuenerint, quia tunc potest admitti nouus oblator, Mangil. *de subhast. qu.* 35. *num.* 2. *& 3. & qu.* 36. *num.* 10. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 98. 99. *&* 100. & propterea, si quan-

63 do res sub hasta simpliciter posita fuerit, nec fuerit additum, quod dabitur plus offerenti, tunc erit locus inconstantiæ, & pœnitentiæ, Asin. *de execut.* §. 6. *cap.* 1. *num.* 16. *&* 24. *& cap.* 2. *nu.* 14. Tepat. *var. sent. tit.* 417. *cap.* 15. Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 65. Mangil. *qu.* 16. *nu.* 13. *& qu.* 25. *num.* 6. *& quæst.* 33. *num.* 5. *&* 6. Posth. *inspect.* 34. *num.* 6. Rot. *decis.* 30. *num.* 2. *post. tract.* Posth. & ratio est, quia

64 tunc exponens sic rei pretium potius explorare velle videtur, quam vendere, vel locare, Rota *d. decis.* 30. *num.* 1. Posth. *loco cit. num.* 8.

65 Dic sextò, licitam esse inconstantiam, si durante termino subhastationis fuerit licitanti res vendita, vel concessa, quia illa venditio habet in se conditionem, nisi

66 infra terminum subhastationis alius accedat, qui meliorem offerat conditionem, *l. si tempora C. de fid. instrum. & iur. Hastæ fisc. lib.* 10. Fabian. de Monte *de empt. & vendit. qu.* 5. *in rub. subhast. mater. num.* 90. *&* 92. *in fin.* Mangil. *de subhast. qu.* 12. *n.* 10. *& qu.* 24. *in fin. & qu.* 37. *num.* 3. Posth. qui alios *d. inspect.* 35. *num.* 103.

67 Quod tamen dictum procedit, quando Fiscus, vel Respublica vendunt, secus si venderet priuatus, Fabian. de Mont. *de empt. & vendit. rubr. de subhast. nu.* 92. Asin. *de execut.* §. 6. *cap.* 13. *in fin.* Iodoc. *de subhast. cap.* 4. *num.* 8. Peregr. *de iur. Fisc. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 42. Mangil. *d. qu.* 12. *num.* 10. *qu.* 34. *num.* 9. *& qu.* 37. *num.* 4. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 109. *&* 110.

68 Secundò procedit dictum in subhastatione pignoris iudicialis, quæ fit ad instantiam creditoris contra debitorem, nam pendente deliberationis termino, potest tunc alius offerre, & licitare, *l.* 1. *ff. de in diem adiect.* Salust. Tiber. *in prax. A. C. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 7. Nouar. *ad l. si tempora nu.* 10. *C. de fid. instrum. & iur. Hast. Fisc. lib.* 10. Valasc. *decis.* 37. Posth. *d. inspect.* 35. *num.* 113.

69 Dic septimò, licitam esse inconstantiam, quando agitur de interesse creditorum, nam tunc admittitur oblatio maior, etiam contractu perfecto, & candela extincta, seu termino elapso, Nouar. *ad l. si tempora nu.* 9. Ricc. *collect.* 1726. Buratt. *decis.* 735. *in fin. & decis.* 786. *num.* 3. hos omnes Posth. *loco cit. num.* 116. quibus addo Afflict. *decis.* 36. *num.* 6. Magon. *decis. Florent.* 132. Tho. *in compendio verb. oblatio*, Amat. *var. cap.* 38. *num.* 3. & latè discusso articulo, aliosque adducens tenet Salgad. *in labyr. credit. par.* 2. *cap.* 2. *à n.* 12.

70 habent enim iura creditorum in concursu multa specialia, de quibus per Salgad. *loco cit.* & præsertim, quod facit ad rem nostram, quod licet in venditionibus perfectis inter priuatos non liceat ab illis recedere, nec detur pœnitentia, seu incon-

71 stantia, vt videbimus suo loco, hæc tamen conclusio fallit, quando venditio fit

72 sub hasta in satisfactionem creditorum, quia pretio non soluto licita est inconstantia, & licitum à venditione recedere, rem retrahere, & alij vendere, ex Alex. Iaf. & aliis Vrsill. ad Afflict. *decis.* 358. *n.* 4. Surd. *cons.* 168. *num.* 14. Gratian. *discept.* 7. *num.* 4. *& discept.* 231. *num.* 20. Hermosill. & Mangil. *citat. à* Salgad. *loco supra citat. num.* 64.

73 Dic octauò, licitam esse inconstantiam, quando tractatur de minoribus, de Republica, vel Ecclesia, qui restituuntur aduersus venditionem factam per subhastationem, si alius post aliquos dies offerat *l. si sine*, §. *quæsitum, ff. de minor.* Afflict. *decis.* 340. & ibi Vrsill. Guidopap. *decis.* 536. Mastril. *d. decis.* 84. Franc. Auiles. *in cap.* 31. *Prætor.* quos refert Ric. *d. collect.* 1726. *limit.* 1. Asin. §. 4. *cap.* 84. *in fin.* Mangil. *de subhast. qu.* 28. *& qu.* 80. *in fin.* Posth. *loc. citat. num.* 122. vbi ex Papon. *lib.* 18. *tit.* 6. *arrest.* 27. dicit hoc procedere, quamuis in licitatione rei minoris, neque deceptio, neque circumuentio interuenerit, vel solemnitas vlla omissa sit, si quis sit, qui multo maioris emere voluerit.

Contrarium in hoc voluit Alber. *d. l. si sine*, §. *quæsitum, ff. de minor.* vbi distinguit tres casus, primò quando minor, Ciuitas, Ecclesia, vel Fiscus vendendo res suas seruauit debitas solemnitates, & fecit sicut maior, quia tempore opportuno vendit; & iusto pretio, quamuis postea appareat plus offerens non admittitur, nisi de

sorde, & gratia doceretur.

Secundus casus est, quando debita solemnitas non est seruata, quo casu ipso iure non valet venditio, nec restitutione opus est.

Tertius est, quando debita solemnitas est seruata, sed minor sua facilitate est læsus, quia vendidit tempore non opportuno, vel non iusto pretio, & tunc restituitur, & ita dicit intelligendum, *d. §. quæsitum*, Alber. sequitur Greg. Lopez. *lib. 5. tit. 19. par. 6.* Afflict. *decis. 340.* & ibi Vrsill. Mastril. *d. decis.* 84. Guttierez *pract. lib. 1. cap. 38. per tot.*

Quid dicendum? pendet resolutio quæstionis ex intellectu, Textus *in l. si sine dolo, ff. de minor. iuncta l. si sine, §. quesitum, de minor.* quam videre poteris penès Caldas Pereyra *ad l. si curatorem, in verb. sua facilitate num. 4. vers. 3. quare nos alia.*

Interea Ego sequor libenter opinionem Guidopap. *decis.* 536. & aliorum, quos supra citaui, quam opinionem sequitur etiam Mangil. *d. quæst. 28. num. 21.* & post hæc scripta visus Fab. Capic. Galeot. *responso Fiscali* 14. *num.* 33. sed cum hac adiectione, quod non quælibet oblatio sufficiat, vt detur huiusmodi restitutio minori, sed requiratur, vel in tertia parte, vt per Griuell. *decis.* 44. *num.* 9. vel saltem in quarta parte, iuxta opinionem Guttierez *de gabell. qu.* 142. *num.* 8. vel tandem resideat in arbitrio Iudicis, an sit maior oblatio, Guttierez *d. tract. qu.* 140. *num.* 13. *& quæst.* 38. *pract. lib.* 1. *num.* 4. Si enim parua esset oblatio, vtique non esset admittenda, quia tunc præponderat authoritas Reipublicæ, quæ non debet ob tenuem oblationem admittere hanc inconstantiam, Guttierez *loco cit. num.* 14. alias non inueniretur, qui cum Republica vellet contrahere, Guttierez *practic. qq. lib.* 1. *qu.* 38. *n.* 2. & propterea dixit Griuell. *d. decis.* 44. tertiam partem pretij non esse, si v. g. deliberatur pro triginta, & offerantur quadraginta, sed debent offerri 45. hoc est semissem, itaut toto computato pretio triens totius efficiatur, super quo tamen non insistam, quia potius id concludit ex quadam consuetudine, quam ex dispositione iuris, vt per eum, & ita intelligitur, Posth. *inspect.* 57. Aduerte tamen, quod si primus
74 oblator vellet supplere pretium oblatum à secundo, vtique esset præferendus, Guttierez *d. qu.* 38. *num.* 6. *& de gabell. d. qu.* 140. *num.* 13. à Ponte *de potest. Pro-reg. de regal. impos. tit.* 4. §. 5. *nu.* 58. vbi ex Odofred. & Andr. de Baruto tenet, quod, si facta sit à Fisco locatio ad quinquennium, si durante eo quinquennio alius meliorem conditionem offerat, potest inconstans
75 tradere huic rem locatam, nisi prius locator pretium supplere intendat, de quare videbimus suo loco de inconstantia in contractibus.

76 Dic nonò, licitam esse inconstantiam re integra, idest antequam aliquis publicè obtulerit, & promiserit, & publicè facta fuerit reuocatio, sicut promissio, Mangil. *qu.* 16. Posth. *inspect.* 34. *num.* 12.

77 An autem semel, vel pluries de huiusmodi inconstantia dari possit: semel tantum posse dari dicit post Auiles, idem Guttierez *d. cap.* 38. *num.* 5. Alber. *verò in d. l. sed etsi sine*, dicit, sępius posse dari, si constet de deceptione, & eum sequitur Muscatellus *in prax. par.* 3. §. *venduntur num.* 65. qui tamen subiungit, non nisi bis esse concedendam, vel remitti Iudicis arbitrio, Nigr. *de subhast.* §. 8. *num.* 3. Fab. Capic. Galeot. *d. alleg.* 14. *nu.* 43.

78 In rebus verò, quæ fortuitis casibus sunt subiectæ, non datur inconstantia, nisi sordes, vel gratia allegentur, Mangil. *d. qu.* 28. *num.* 23. Posth. *d. inspect.* 57. *n.* 54.

79 Sed hac occasione quæritur, an detur inconstantia in subhastatione prætextu læsionis: & dari, magis opinio communis est, & in practica seruari dicit Gabr. *de empt. & vendit. conclus.* 1. *num.* 61. Gomes *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 2. *de empt. & vendit.* Iodoc. *de subhast. cap.* 3. *num.* 12. Asin. *de execut.* §. 4. *cap.* 43. Marches. *de commiss. par.* 2. *de commiss. restit. in integr. num.* 11. vbi, quod est communis opinio tam Legistarum, quàm Canonistarum, Mangil. *de subhast. q.* 39. *& q.* 42. *num.* 11. *& qu.* 47. *num.* 22. Mastrill. *decis.* 33. *num.* 10. *par.* 1. cum innumeris per Posth. *d. inspect.* 59. *à num.* 3. Rot. *decis.* 259. *post* 2. *vol. cons.* Farinac. *& decis.* 648. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* vbi de veriori, & magis communi, & quod fuit sæpè decisum *decis.* 604. *num* 1. *par.* 3. *& decis.* 406. *num.* 5. *p.* 4. *recent.* Caualer. *decis.* 187. Buratt. *decis.* 538. *num.* 1. *& dec.* 675. *num.* 8. Rot. *post* Nigr. *de subhast. decis.* 43. Intrigliol. *lib.* 1. *singul.* 320. vbi add. Rot. *decis.* 12. *num.* 42. *par.* 12. *rec.*

80 Hæc tamen læsio debet esse vltra dimidiam non enim quælibet sufficit, Abb. *in cap. ad nostram nu.* 9. *vers. puto tamen, de empt. & vendit.* cum alijs per Rot. *decis.* 648. *n.* 6. *par.* 1. *recent.* Posth. *de subhast. d. inspect.* 59. *num.* 41. Mangil. *eod. tract. qu.* 40. *num.* 4. licet multi relati à Rot. corã Bichio *decis.* 609. *num.* 5. *&* 6. velint quod in subhasta-
81 tione facta à Iudice sufficiat læsio in sexta parte, ea ratione quia in venditione vo-
82 luntaria maior læsio requiritur, cum concurrat consensus domini, & ideo ipse sibimet imputare debet, si rem maioris valoris viliori pretio distrahit, quod non videtur procedere in venditione necessaria facta mediante subhastatione, cum ea fiat absque consensu domini, & quasi eodem reluctante, nec Iudex habeat tam abso-

83 lutam dispositionem rei, quam habet ipse dominus, in qua tamen opinione Rota non se fundat, nam in suo casu aderat læsio vltra dimidiam, vt apparet ex lectura decis. *supra* allegatæ *sub dicto num.6. euidens in casu nostro*.

84 Sufficit tamen quælibet minima læsio vltra dimidiam, etiam in vno nummo, Cagnol. *in repet. l.2.quæst.14.nu.138.& 139.* Felyn. *in cap.cum causam, il secondo, in princ. de testib.* Gomes *var. to. 2. de contract. cap.2. sub rubr. de empt. & vendit. num.22.* Mangil. *dicta quæst.40.nu.5.* Posth. *d. tract.inspect.59. num.46.*

85 Hæcque inconstantia habebit locum, etiam in adiudicatione iudiciali, Cagnol. *dicta l.2.nu.163.* Asin. *de execut. §.4.cap.43. & §.7. cap.25,* cum alijs per Posth. *loco cit. num. 8.* Castill. *decis. 14. tom. 1. num. 1.* Duran. *decis.235. n.20.* Quicquid dixerint Alexan. Roman. Rebuff. & alij relati ab Anton. Sola *ad Constit.Sabaudiæ lib.3.tit.39. de forma, ac ordine obseruan.in pign. subhastat. & deliberat. stabilium gloss. 3. num. 15. 18. & 20.*

86 Secundò habebit locum, etiamquod adesset pactum de vendendo per subhastationem, illudque pactum esset iuratum, Mastrill. *decis.33.num.12. & decis.247. nu.1. par. 3.* Giurb. *decis. 105. num. 1.* Mangil. *de subhastat. quæst.47. num. 7.* Posth. *dicto tract. inspect.59. num.11. 12. & 13.* Rota *decis.43. post tract.* Mangil. *de subhastat.*

87 Aduerte tamen, quod hoc dictum procedit data enormissima læsione, secùs enormi, vt aduertit Mastrill. *d. decis. 247.* & alij *supra citati*, non enim iurans cen-

88 setur in tantam læsionem consensisse, Roc. *decis. vnic. de empt. & vendit.* Odd. *de restit.par.1. quæst.4.art.13.* Padill.*d.l.2.nu.43.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil.236. num.15.* Afflict. *decis.322. nu.9.* Mangil. *d. quæst.47, num. 11.* Posth. *dict. inspect. 59. num. 13.* Rota *dicta decisione 43. num. 1. in fin. post* Mangil.

89 Tertiò, habebit locum, etiamquod fuisset renunciatum enormissimæ læsioni, Mangil. *dicta quæst.47, num.21.* Posth. *dicta inspect. 59. num. 15.* Mastrill. *decis. 33. numer. 13.*

90 Quartò, habet locum, siue interpositum sit decretum Iudicis, siue non, Adden. *ad quæst.22.* Guidopap. Posth. *loco cit.nu.17. & 18.*

91 Sed an læsio habeat locum in locatione gabellarum panis, vini, carnium, & similium? Menoch. *cons. 1121. num. 6.* tenet,

92 non habere locum ea ratione, quia fuerunt venditi fructus incerti futurorum annorum, in quibus non potest considerari læsio, vt post Bald. & Cremen. respondit ipse Menoch, *cons.843. num. 34. & cons. 844. num. 43. & dicto cons. 1121.* expendit Text. *in l. si ea lege, C.de vsur.* vbi, *si ea lege mater tua apud creditorem suum obligauit, vt fructus inuicem vsurarum consequeretur: obtenta maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt*. Ex quibus verbis apparet ratione incertitudinis futurorum fru-

93 ctuum aliquid iudicari iustum, quod si appareret certum, esset iniustum, & propterea non dari minori restitutionem in integrum in his, quæ dependent à futuro euentu, voluit Caldas *in l. si Curatorem, vers. Aduersarij dolo nu.5. C. de restit.in integr.* quem ad hoc propositum citauit Guttier. *de gabell. quæst.147. num.10.*

94 Contrariam opinionem, quod scilicet hoc casu detur læsio, voluere relati à Mangil. *de subhastatione quæst. 42. numer. 1. & seq.* quem sequitur Posth. *dict. inspect. 59. num. 19.*

Concorda opiniones, quod, si læsio, est vltra dimidiam, tunc possit opponi, secus minimè, Soccin. *cons.68.num.9. lib.2.* cum alijs per Menoch. *dicto consil. 1121. à numer. 14.*

Idem est dicendum in locatione vectigalium, seu gabellarum per ea, quæ doctè differit Larrea *decis. Granaten.71. per totam,* quæ latius re assumit *in allegat. Fiscal. 32. per tot.* vbi bene ad omnia in contrarium adducta respondet; Et ratio est, quia etsi

95 in æstimanda læsione attendatur tempus contractus, *l.si voluntate, C.de rescind.vendit.* Hæc tamen regula procedit in contracti-

96 bus, qui momento perficiuntur, secus in his, quæ habent tractum successiuum, Natt. *cons.548.n.36.* Rolan. *cons.1.nu.173. lib.1.* Alba *consil. 34. num. 15.* cum alijs adductis per Larream *d. allegat. num. 32. à num. 13.*

97 Cessat primò, inconstantia in subhastatione prætextu læsionis, quando subhastatio est voluntaria, & facta per dominum, Gabr. *de empt. & vendit. conclus. 1. num.61.* Pinell. *de rescind.vendit. par.2.cap.2. nu. 25.* Peregr. *de iur. Fisc. lib.6.tit.4. num.8.* Asin. *de execut. §. 7. cap. 174. num. 1.* Fenzon. *ad Stat.Vrbis cap.194. n.51.* Posth.*d.inspect.59. num.22. & 24.* Eoque magis, si venditor,

98 siue locator sub hasta sciens verum valorem, & redditum rei subhastatæ promisit non contrauenire, sed ratum, & gratum, & firmum habere, vel adsit iuramentum, Menoch. *cons. 844. num. 38. & dicto cons. 1121. num. 4.* Posth. *dict. inspect. 59. num. 23.*

99 Sed, si voluntariè per viam voluntatis, non autem necessitatis per subhastationem res vendita sit, tunc esse locum inconstantiæ, voluit Iodoc. *de subhast.cap.4. num.26.* Posth. *loco cit. num. 25.*

100 Secundò, cessat inconstantia prætextu læsionis, quando Fiscus per subhastatio-

nem vendit rem suam, Peregr. *de iur. Fisc. lib.6. tit.4. num.* 8. Grat. *discept. 7. num.* 11. Nouar. *ad l. si tempora num. 7. C. de fid. instrum. & iur. Hast. lib.* 10. Mangil. *de subhast. qu.39. nu.* 5. Posth. *eodem tract. d. inspect.* 50. *num.* 26. 27. 28. *&* 29. Niger. *eodem tract. cap.7. §.8. num.* 9.

Contrarium voluere Muscatell. *in praxi par. 3. §. venduntur num.* 57. & plures relati ab Anton. de Amat. *resol.* 38. *nu.* 18. *&* 19. Sed dic, quod prima opinio procedit, quando tempore opportuno, & seruatis solemnitatibus Res Fisci est subhastata, secus, si tempore non congruo, & adsit læsio enormissima, Mastrill *dec.* 84. Amat. *loco cit.* Niger. *loco cit. num.* 13.

101 Tertiò, cessat inconstantia respectu emptoris, qui de læsione dare non potest, Asin. *de execut. §. 6. cap.* 14. *num.* 4. Posth. *loco cit. num.* 30.

102 Prout, nec creditor poterit dare de læsione, qui rem minoris valoris in solutum acceperit pro toto debito, Mangil. *de subhastat. quæst.* 19. *num.* 5. Posth. *loco cit. num.* 22.

103 Quartò cessat inconstantia quando Statutum mandat, quod factis subhastationibus readdiudicetur plus offerenti, Mastrill. *decis.* 32. *par.* 1. Posth. *loco cit. num.* 33.

Contrarium voluit Mangil. *eodem tract. de subhast. quæst.* 45. ex tradit. per Alex. *in l. Prætor, ff. ad leg. falcid.* Bertrand. *cons.* 100. *lib.* 4.

Concorda opiniones, vt prima procedat stante aliquali læsione, secunda stante enormissima, sic Mangil. *loco cit. num.* 5.

104 Quintò cessat in venditione ad tempus, Menoch. *dicto cons.* 844. *num.* 47. Posth.
105 *loco cit. num.* 36. Quod tamen non procedit in locatione, Menoch. & Posth. *loc. citat.*

106 Quanto tempore autem duret tempus huiusmodi inconstantiæ? Dic regulariter durare ad 30. annos, Glusian. *de dat. insolut. cap.* 27. *num.* 300. Mangil. *quæst.* 46. *num.* 27. Posth. *d. inspect.* 59. *num.* 49.

107 Si autem per Statutum huiusmodi tempus minuatur, illud seruandum est, Buratt. *decis.* 538. *num.* 21. Posth. *dicto loco*
108 *num.* 50. qui subiungit in Ecclesia esse tempus 40. annorum.

109 Quis autem in proposito dicatur plus obtulisse, & maior oblator, & quæ conditiones admittantur, & reijciantur in oblationibus? videndus est Posth. *d. inspect.* 35. *à num.* 140.

110 Sed an Iudex, qui auctoritatem interposuit in subhastatione bonorum, possit inconstans repetere rem subhastatam iure retractus? Dic in hoc posse esse inconstantem, per Text. *in l. filius, §. multo, ff. de inoffic. testam. l. quidam, C. admin. Tut. l. aduersus, §. 1. ff. de inoffic. testam.* ex quibus legi-
111 bus habetur, quod, qui nomine alieno, vel necessitate officij suam interponit auctoritatem sibi non præiudicat, Bald. *cons.* 102. *lib.* 2. Salyc. *dicta l. cum quadam, C. admin. Tut.* & in terminis Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 9. num.* 272. quem sequitur Mangil. *de subhast. quæst.* 145. *per tot.*

112 Quouerò ad inconstantiam ratione oblatoris; dic, quod licet nemo compellatur emere, vendere, vel locare, seu conducere, *l. inuitum, C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iur. delib. l. ne cui, l. munus, C. locat.* Mangil. *de subhast. quæst.* 107. *num.* 2. Rota *decis.* 65. *post d. tract.* Posth. *inspect.* 34. *n.* 14.

113 Et licitatio sit actus voluntarius, Papon. *arrest.* 2. *lib.* 18. *num.* 6. Nihilominus facta
114 oblatione per licitatorem dic non dari locum inconstantiæ, argum. Text. *in l. sicut, C. de act. & oblig. l. 1. & 2. quando lic. ab empt. disced. l. 2. ff. rescind. vendit. l. ab emptore, C. de pact.* Domauder. *de subhast. cap.* 5. *num.* 17. Angel. *cons.* 324. *num.* 3. Bart. *dicta l. si tempora, C. fid. instrum. lib.* 10. Rebuff. *de precon. art. 1. gloss. 1. num.* 34. Asin. *de execut. §. 6. cap. 2.* Nig. *de subhast. cap. 7. §. 2. num. 1. & 2.* Rota *decis.* 89. *post tract.* Posth. *dicto tract. de subhast. inspect.* 34. *nu.* 26. *&* 28. Io. Philip. *de subhast. cap. 4. comment. 4. nu.* 5. Rota *decis.* 12. *num.* 10. *par.* 12. *recent.* Ratio
115 est, quia, cum contractus sit perfectus inter offerentem, & subhastantem, non est locus pœnitentiæ, Bart. *dicta l. si tempora, C. de fid. instrum. lib. 10. & in l. licitatio nu. 4. C. de public. vectigal.* Rota *decis.* 376. *nu.* 5. vbi, quod alias multiplicarentur absurda, & nunquam esset finis subhastationis.

116 Et in tantum illicita est inconstantia, vt, si oblator vellet pœnitere, possit cogi ad soluendum oblatum pretium, etiam per capturam personæ, Castill. *decis. 7. nu.* 6. Christin. *ad consuetud. Mechlinienses tit.* 19. *art.* 17. *num.* 14. Carpan. *ad Satut. Mediol. cap.* 167. *num.* 14. cum alijs per Nigr. *d. §. 2. num.* 2. Tepat. *var. tit.* 417. *cap.* 19. Glusian. *de dat. insolut. cap.* 17. *num.* 257. *& de bonis ad cridam ponen. cap. 1. num.* 182. Giurb. *decis.* 53. *nu. 1. in fin.* Posth. *inspect.* 34. *nu.* 77. *&* 78. Io. Philipp. *de subhastat. dicto cap. 4. num.* 6.

117 Et tenetur oblator, etiamquod nomine alieno licitauerit, nisi præsentet eum, cuius nomine licitauit, Christin. *loco cit. num.* 11. Nig. *loco cit. num.* 3. Tepat. *loco cit. cap.* 21. Papon. *arrest.* 13. *lib.* 18. *tit.* 6. Posth. *loco cit. num.* 83. Io. Philipp. *dicto cap. 4. num.* 11.

118 Eoque magis cessat inconstantia, si vnicus tantum fuit licitator, Muscatell. *in praxi par. 3. §. in vendit. num.* 102. Nig. *loco cit. num.* 4.

119 Nec datur ipsimet creditori licitanti, Tusc. *conclus.* 81. *littera O, num.* 20. Nig. *loco cit. num.* 5.

120 Imò nec datur pœnitentia in hærede, emptore mortuo ante instrumentum confectum, Anton. de Marin. *quotid. resolut.*
121 *cap.46.num.6.* Nec isto casu poterit oblator excipere de nullitate subhastationis, Anton. Fab. *in Codice lib.8. tit.16. diffinit.22.* & ibi *num. 3. in allegat.* Posth. *loco cit. numer.* 86.
122 Eo magis, si oblator rei possessionem accepit, & possedit, Mangil. *de subhastat. quæst.*124. *num.* 7. Posth. *d. inspect.* 34. *numer.* 87.
123 Nec remedio appellationis suam oblator potest tueri inconstantiam, Glusian. *de dat. in solut. cap.*17. *num.*219. Posth. *loco cit. nu.*88. Quinimò, si adhuc inconstans recu-
124 set oblator suam oblationem adimplere, poterit admitti secundus oblator etiam pro pretio minori, sed condemnabitur inconstans ad soluendum reliquum pretium, nisi habuerit iustam causam inconstantiæ, Rebuff. *de Precon. art.*5. *gloss.*1. *n.*13. Posth. *loco cit. num.*89. vbi *num.*90. subiungit, quod hoc casu Iudex non debet sic ex abrupto admittere inferiorem oblatorem,
125 sed, vel subhastationem in aliud tempus differre, vel præuia æstimatione priori adiudicare creditori, Rota post Nigr. *de subhast. decis.* 6. *num.* 29. & penès Marches. *par.*1. *fol.*1246. *num.*5. Nig. *dicto* §.2. *nu.*24. vbi dicit, quod nunquam vidit hoc obseruari.
126 Dic primò, licitam esse inconstantiam, si forma subhastationis seruata non sit, ex quo officiales, & subhastantes plus offerenti vendi non promiserunt, Mangil. *q.*16. *num.*7. Rota *decis.*89. penes Posth. *d. tract.* & *decis.* 30. *num.*3.
127 Secundò, licita erit inconstantia variato rerum statu, quia intelligitur obla-
128 tor obligatus rebus sic stantibus, Asin. *de execut.* §.6. *cap.*87. *nu.*1. Tusc. *d. concl.*81. *num.*3. Mangil. *de subhast. quæst.*37. *num.*26. & *quæst.*86. *num.*22. Posth. *loco cit. nu.* 100. & 101. Rota penès ipsum *dicta decis.* 30. *num.*8. Et propterea, si antequam celebretur Instrumentum venditionis, seu deliberationis, detegatur, partem bonorum vendi non posse, vel aliud sit impedimen-
129 tum, vt omnia bona non vendantur, oblator inconstans potest suam oblationem non seruare, Asin. *de execut.* §.6. *cap.*87. *nu.*1. & §.7. *cap.*301. *nu.*1. Mangil. *quæst.*72. *num.*1. Posth. *loco cit. num.* 202.
130 Præsertim, si oblatio fuerit pro omnibus bonis, & non alias esset oblaturus, si non credidisset, se omnia bona subhastata non habiturum, Asin. & Tusc. vbi *supra* Costa *in praxi conuent. par.*1. *n.*262. Mangil. *dicta quæst.*72. *num.* 1. & 2. Posth. *loco citato num.*103. Nig. *dicto* §. 2. *num.* 19.
131 Idemque esset, si fundi tales essent, vt dura esset eorum separatio, vel, si oblator,
132 vna re sibi tradita in communionem incideret, vel, si habito respectu ad vnam
133 rem, illa sibi tradi non posset, vt per Mangil. *dicta qu.*72. Posth. *loco cit. nu.* 104 105. & 106. Vel, si reperiretur, rem aliter
134 se habere, quam in edicto comprehenderetur, quia tunc licita est inconstantia, Rota *decis.*30. penès Posth. *de subhast.* vbi, quod oblator poterit pœnitere, quia inuenerit, bona subhastata esse obnoxia fœnerationi magis iustæ, Posth. *loco cit. nu.*107. vel fideicommisso, Nig. *dicto* §.2. *num.* 21.
135 Vel, si detegatur, rem subhastandam esse hypothecatam alteri, Asin. *de execut.* §.4. *cap.*76. *num.*1. & §. 7. *cap.* 300. *num.* 1. Posth. *loco cit. nu.*108. Nig. *dicto* §.2. *nu.*17. vel non esse debitoris, Nig. *loco cit. num.*21. vel etiam si pendente subhastatione insolitum damnum succederet, puta grandinis, vel alia vi fructus pereant, tunc
136 poterit oblator inconstans pœnitere, si Officiales nolint facere remissionem pro rata arbitrio boniviri, Bald. *cons.*393. *lib.*4. Tusc. *conclus.* 715. *subhastantes num.* 18. & *conclus.* 714. *subhastatio num.* 10. Ferrett. *ad consuet. Burdigalen. cap. fin. vers. quod si post,*
137 Nig. *loco cit. num.* 10. vbi limitat, nisi oblator sit in mora, Mangil. *de subhastat. quæst.*37. *num.*23. & *quæst.*68. *num.*24. & *dicta quæst.*70. *num.*14. Posth. *loco cit. num.*121.
138 Tertiò, licita est inconstantia, si oblator fuerit ab oblatione liberatus, quia creditoribus aliunde sit satisfactum, Rota penès Posth. *de subhastat. decis.* 89. *num.* 8. Posth. *loco cit. num.*100. vbi *num.*111. dicit,
139 hoc procedere respectu illorum creditorum, quibus est satisfactum, non respectu aliorum, Rot. *dicta decis.*89.
140 Quartò, licita erit inconstantia, si velit illi fieri deliberatio contra formam suæ oblationis, Buratt. *decis.*785. *num.* 4. & 6. Posth. *loco cit. num.*118.
141 Quintò, licita erit inconstantia in eo, qui obtulit in licitatione rei Fiscalis, vel Reipublicæ, si expediat Fisco, vel Reipublicæ, secus si non expediat, Bertachin. *de gabell. par.*2. *num.*21. Ferrett. *eodem tract. num.* 279. Iodoc. *de subhastat. cap.*5. *num.*18. Rota *decis.*113. *num.*13. *par.*7. *recent.* Posth. *loco cit. num.*122. Nig. *dicto* §. 2. *num.*22.
142 Sextò, licita erit inconstantia, si ex oblatione non resultet aliqua vtilitas offerenti, quia non censetur obtulisse animo se obligandi, Corn. *cons.* 29. *lib.* 4. Posth. *loco cit. num.*123.
143 Septimò, licita erit inconstantia in oblatore paupere, seu dolo inducto ad offerendum, Rota *decis.* 28. *num.* 15. penès Nigr. *de subhast.* Posth. *loco cit. num.*125.
144 Octauò, dic licitam esse inconstantiam in minore offerente, quia non habet legi-
145 timam personam standi in iudicio, Pic. *ad Statut. Vrbis lib.*1. *cap.*151. *gloss.*7. *nu.*314.

& ſeq. Poſth. *loco cit. num.* 127.
146 Nonò, licita eſt inconſtantia, vbi dominus pignorum cogi non poterat ad vendendum, Rot. *deciſ.* 55: *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* Nig. *loco cit. num.* 12.
147 Decimò, licita eſt inconſtantia in oblatore, qui obtulit poſt terminum datum ad offerendum, Rota. *dicta deciſ.* 55. *num.* 3. Nig. *loco cit. num.* 13.
148 Vndecimò, licita erit inconſtantia, antequam ſit facta ſcriptura, Bald. *conſ.* 7. *lib.* 5. Nig. *loco cit. num.* 16.
149 Duodecimò, licita eſt pœnitentia, ſi oblatio ſit facta Notario, & non Officiali, Caroc. *de locat. par.* 3. *de locat. vectigal. qu.* 3. *num.* 4. Rota *dicta deciſ.* 55. *par.* 1. *recent. &* 113. *par.* 7. Mangil. *quæſt.* 70. *num.* 13. Poſth. *loco cit. num.* 27. Si tamen oblator
150 receptus fuerit per Notarium præſenti pecunia oblig. Camer. & iuramento non datur pœnitentia, Rota *deciſ.* 89. penès Poſth. & penès Marcheſ. *par.* 1. *fol.* 1245. Poſth. *loco cit. num.* 29.
151 Decimotertiò, licita eſt inconſtantia de conſenſu creditoris, Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 66. *num.* 13. Rota coram Duran. *deciſ.* 445. *num.* 76. *&* 77. Quod tamen intelligendum eſt ante completam deliberationem, quo caſu ſolùm agitur de intereſſe creditoris, ad cuius commodum, & voluntatem cum fiat ſubhaſtatio, ei renunciare poteſt, Rota *deciſ.* 12. *num.* 14. *par.* 12. *recent.* ſecus ea conſumpta, & poſtquam debitori per factum Iudicis fuit ius quæſitum, quia tunc conſenſus creditoris ſolùm eſt attendendus in ſui præiudicium, non debitoris, erga quem licitator eſt obligatus, vt reſpondit Rota poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 436. *num.* 14. *&* 15. & coram Duran. *deciſ.* 257. *num.* 11. *&* 12. *cum ſeq.* quas deciſiones refert, & ſequitur Rota *dicta deciſ.* 12. *num.* 16. *par.* 12. *recent.*



FINIS.

